


HISTORIA
NATURAL
TOMO I
DE QUADRUPEDOS
Y AVES

A
47
200



B-VII-15;

599

~~16~~
~~13~~
~~7~~

599
JON



2 800 40 **Galifa** MADE IN SPAIN

B-VII-15;

~~16
7-13
7~~

599


10K

502 Jons



A-39

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	
Sala:	A
Estante:	047
Libro:	200



AMSTELODAMI,
Apud IOANNEM IACOBI FIL. SCHIPPER. MDCLVII.



ILLUSTRISSIMO ET EXCEL-
LENTISSIMO HEROI,

DOMINO

BOGUSLAO,
COMITI IN LESZNO:

Supremo Regni Poloniae Thesaurario, Ma-
joris Poloniae Generali, Samboriensi & Mied-
zyrzecensi Praefecto, &c. &c. Domino & Patrono
suo gratiosissimo:

*Hanc Historia Naturalis de Quadrupedibus partem
offert, utque se, & sua studia, sibi commenda-
ta esse velit, observanter petit*

Illustriss. Excellent.

addictissimus

JOANNES JONSTONUS
Med. D.

Del legado de D. Mariano del Arco



A 2

P R Æ

*F
1896*

PRÆFATIO AD LIBRUM

D E

QUADRUPEDIBUS.



Lacet & de Quadrupedibus in genere aliquid præfari, Benevole Lector, satis facturumque me confido, si aliquid de Nomine, Partibus, Loco, Nutritione, Augmento, Generatione, Vita, Animalibus actionibus, Usu, & Differentiis, præmifero. Horum verò nomine Animalia illa nobis veniunt, quæ mediæ inter aërea & aquea naturæ, pilis ut plurimum, testis quandoque, obduncuntur, & quaternis pedibus incedunt. Græcè τετραποδα, τετραπόδια, τετραποδι, & τετραδάμωνα, dixero. In reliquis omnibus multi-

plex & incomprehensa occurrit varietas, quæ tibi, si bene per-

Plin. H.
N. l. II.
c. 39.
Partes
externæ.

penderis, stuporem injicere poterit. Partes mihi primò externas vide. Pilos habent quæ animal pariunt, quæ ova, testam. Equis sunt in juba largi, in armis leoni: dasypodi & in buccis intus, & in pedibus. Villosissimum animalium lepus. Omnibus senectute crassescunt. In solo equo canitiem contrahunt. Setis suæ & histrices teguntur, oves lana, capræ aruncum de mento demittunt. Corium Hippopotamo tam crassum, ut inde torquentur hastæ: elephantis etiam & rhinocerotibus ferè impenetrabile. Nullibi major naturæ la-

Plin. H.
N. l. II.
c. 37.

scivia, quam in Cornibus. Sparsit hæc in ramos, ut Cervorum. Aliis simplicia tribuit, ut in eodem genere subulonibus ex argumento dictis. Aliorum finxit in palmas, digitosque emisit ex iis, unde platycerotas vocant. Dedit ramosa capreis, sed parva: nec fecit decidua. Convoluta in anfractum arietum generi, ceu castus daret: infesta tauris. Rupicapris in dorsum adunca, damis in adversum. Erecta, rugerumque ambitu contorta & in leve fastigium exacuata, strepsiceroti, quem addacem Africa appellat. Mobilia eadem ut aures, Phrygia armentis: Troglodytarum in terram directa: quæ de causâ obliquâ cervice pascuntur. Aliis singula, & hæc medio capite, aut naribus. Tamque aliis ad incursum robusta, aliis ad ictum. Aliis adunca, aliis redunca; aliis ad jactum pluribus modis, supina, conversa, connexa: omnia in mucronem migrantia. Auriculæ omnibus duntaxat animal generantibus, & quidem mobiles. Minores aliis vel majores. Cervis tantum scissæ ac velut divisæ; scoricibus pilosæ. In equis & omnium jumentorum genere, indicia animi præferunt: fessis emarcidæ: micantes pavidis: subrectæ furentibus: resolutæ ægris. Os magno hiatu, cani, leoni, & venatu viventibus rescissum; mediocre, suum generi. Promuscis soli elephanto. Maxilla longæ jumentis, rotundæ simiis. Collum leoni tantum, & lupo & hyenæ ex singulis ossibus rigens. De Mam-

Plin. H.
N. l. II.
c. 42.

mis hoc observatum à Plinio. Quibus solida ungula, nec suprâ geminos fetus, hæc omnia binas habent mammas, nec alicubi quàm in feminibus. Eodem loco bisulca & cornigera: boves quaternas, oves capræque binas. Quæ numeroso sæcunda partu, & quibus digiti in pedibus, hæc plures habent toto ventre, duplici ordine, ut sues: generosæ duodenas, vulgares binis minus: similiter canes. Alia ventre medio quaternas, ut Pantheræ: alia binas, ut leonæ. Elephas tantum sub armis duas: nec in pectore, sed citra in alis occultas. Nulli in feminibus digitos habentium. Digiti quibus ex rapina victus, quini in prioribus pedibus, reliquis quaterni.

Plin. H.
N. l. II.
c. 43.

Plin. H.
N. l. II.
c. 45 &
46.

Leones, lupi, canes, & pauca alia, in posterioribus quoque quinos ungues habent, uno juxta cruris articulum dependente: reliqua, quæ sunt minora, digitos quinos Ungues omnibus quibus & digiti. Sed simiæ imbricati: rapacibus unci: cæteris recti, ut canibus, præter eum qui à crure plerumque dependet. Ungulas solidas habent quæ non sunt cornigera: cornigera ferè bisulca sunt. Sues in Illyrico quibusdam locis solidas habere dicuntur.

Plin. H.
N. l. II.
c. 51.

Veterino tantum genere rænascentur. Cauda denique, omnibus præter simias, & ovagignentibus pro desiderio corporum. Nuda hirtis, ut apris: parvæ villosis, ut ursis: prælongis setosæ ut equis. Amputatæ lacertis renascentur. Boum longissimus caulis, atque in imâ parte hirtus. Idem asinis longior quam equis, sed setosus veterinis. Leoni infima parte ut bubus & sorici: pantheres non item: vulpibus & lupis villosus, ut ovibus, quibus procerior. Haud minor

Partes in-
ternæ.

internorum diversitas. Dentes exerti verri, apro: ferrati, cani, leoni: continui, equo, bovi: acuti primores: plani interiores. Altero ordine carent cornigera. Nullis exerti, quibus ferrati. Nulli exerti vel ferrati, cui cornua: sed omnibus concavi, cæteris solidi, simiæ ut homini. Ruminantibus, leoni & cani mutantur. Suibus deciduum unquam. Lingua Crocodilis tota adhæret: leonibus ac felibus imbricatæ est asperitatis, ad limæ similes: Elephanto præcipuè lata. Costæ suibus denæ, cornigeris tredecem. Cor omnibus in medio pectore est. In equorum boum & cervorum ossa reperiuntur. Maximum proportionem, muribus, lepori, asino, cervo, hyænis, & omnibus propter metum maleficis. Pulmo, testudine sine san-

guine:

guine: Chamæleoni portione maximus, & nihil aliud intus. *Venter* solidipedum asper & durus: terrestrium aliis denticulata asperitatis, aliis cancellatim mordacis. De ruminantium ventribus libro secundo diximus. *Lien* rotundus bifulcis & cornegeris: prolixus multifidis: prælongus solidipedibus: minimus pecori in regione Asia quæ Scephis dicitur. *Re- nes* omnia habent quæ animal generant: ova parientium, testudo sola. *Vesica* nulli ova gignentium præter testudinem: nulli, nisi sanguineum pulmonem habenti: nulli, pedibus carentium. De *Adipe* & *Servo* observatum, *Cornigera* unâ parte dentata, & quæ in pedibus talos habent, *Servo* pinguescere: *bifulca* scissisve in digitos pedibus, & non *cornigera*, adipe. *Concretus* hic & cum refrigit fragilis: semperque in fine carnis. *Contra* pingue inter carnem cutemque succo liquidum. *Quædam* non pinguescunt sterilia cuncta pinguiâ. *Medulla* in juvenia rubet & senecta albescit. *Nonnisi* carnis hæc ossibus nec cruribus jumentorum aut canum. *Pinguis* iis quibus *adeps*: *sevosa* *cornigeris*: *Ursis* nulla leoni in feminum & brachiorum ossibus exigua. Et tantum departibus. *Locum* plærisque terram natura designavit: paucis, ut *Crocodilo*, hippopotamo, castori, testudini marinae, & aquam. Ex his & illis quædam latibula habent: quædam in arboribus degunt. In frigido climate nonnulla, in calido alia invenies. *Negata* in eodem situ quædam aliquibus. In *Cilicia* (*Lycia* alii legunt) *dorcadès* non transeunt montes *Syris* vicinos: *onagri* montem qui *Cappadociam* à *Cilicia* dividit. In *Hellepontio* in alios fines non commeant cervi: & circa *Arginussam* elatum montem non excedunt. In *Pordoselene* insula *viam mustela* non transeunt: in *Bæotia* *Lebadia* illata, solum ipsum fugiunt, quæ juxta in *Orchomeno* tota arva subruunt talpæ. In *Ithaca* lepores illati moriuntur, extremis quidem in littoribus: in *Ebuso* cuniculi non sunt. *Cyrenis* muta fuerit rana: illatis è continente vocalibus durat earum genus. In *Olympo* *Macedonia* monte non sunt lupi, nec in *Creta* insula. *Mirobilis*, cervos in eadem insula, præterquam in *Cydoniadarum* regione, non esse. In *Africa* nec apros, nec cervos, nec capreas. Frustrâ & in victu uniformitatem quæris. *Herbis* & frugibus boves, cervi, equi, sues vescuntur: humiliorem deprædantur oves; altiorem, ramos, & germina capræ. *Carnes* lupis, leonibus & canibus in deliciis: pisces fibro & feli: muscæ chamæleoni. *Ruminant* cibum quædam, quædam non item. *Simiam* & *Cercopithecus* inter pamphaga fortè rectè posueris. *Ursus* hyeme in latebris, eo humore quem ex prioribus pedibus tum intumescuntibus exfugit, vivere creditur. De *Generatione* habe, concipere quædam citra coitum, ut post *Nili* à terris recessum in *Ægypto* mures. *Congredientium* plæraque autumnæ æstate vel vere coire: cum ferocitate tauros & ursos: sine ea canes. *Vivos* foetu maximus numerus profert: ova testudinis, *Crocodili*, lacertæ &c. *Molam* ex vento in *Lusitania* equas concipere ex *Resendo* disco: boves gravidos dextro duntaxat vulvæ sinu ferre, etiam cum geminos ferunt, aliunde. *Gestationis* tempus mirè variat. *Lupus* mensem vel ad summum XL. dies gestatur: *canis* novem septimanis: *sus* quatuor mensibus: *capra* quinque: *ovis* circiter sex: *bos* decem: *equus* undecem. *Idem* de numero partus intellige. *Mula* nunquam parens creditur: *lupus* semel duntaxat in vita eniti: *lepus* etiam superfætat. De *Augmento* hoc dixisse sufficiat, *muşon* & *bifulca*, digitatis majora, *rhinocerotem*, *camelum*, *hippopotamum* &c. si exceperis: differreque in eadem specie propter loca magnitudinem. In regione *Camadu* arietes asinis non cedunt. *Testudines* ad *Taprobanam* tantæ ut CIII. pondo pependerit: *lacertæ* in *Æthiopia* Cubitor. octo. *Vita* brevis quibusdam, diuturna aliis. *Lepores* & *feles* septimum duntaxat annum attingunt: *aries* & *caper* rarò decimum. *Sus* ad vigesimum pervenit: *Canis* ad eundem aliquando: *Bos* decimum sextum vix excedit. *Equi* mares ad trigesimum aliquando attingunt. *Ad septuagesimum* quintum pervenire, apud *Plinium* legimus. *Mulum* octoginta annis vixisse, ex *Atheniensium* monumentis apparet: *Cervos* centum, in *Historia* invenies. *Ad Animales actiones sensus externi & interni appetitus, & locomotiva*, pertinent. *Dorcadès* & *lynxes* visu excellunt: *hyenæ* & *feles* de nocte vident: *talpæ* parum aut nihil. *Acute audiunt* lepores: *Cameli*, cervi, & equæ *Lybicæ* cantu tibiæ oblectantur. *Odoratu* canes valere nemo ignorat: sues adeò sunt debili, ut ne fatore canis moveantur. *Simia* nos gustu vincit, ut vulgari versiculo traditur. *Internos* si attendamus, *Insignis* sunt amentia quædam, ut *bubalus*, qui capite abdito totum se latere credit: *Sagacissima* quædam. *Simiæ* nihil non imitantur. *Vulpes* glaciem transmissuræ, admota aure, ejusdem crassitiem explorant. *Canes* quamvis longa itinera meminere: nec ulli, præter hominem memoria major, *Cervi* audito canum latratu, secunda fugiunt aura, quò pariter recedat vestigiorum odor. *Reliqua* in capitibus de equis, capreis, lupis, & aliis vide. *Maximè* verò mirandum quod tam multæ quadrupes sciant, quæ morbis suis medeantur. *Panthera* sterces humanum quærit. *Testudo* cunilæ quam *bubulam* vocant, pastu, vires contra serpentes refovet: *mustela*, *rutæ*, in murium venatu, cum iis dimicatione conferta. *Bos* in *Cypro* contra tormina, hominum excrementis sibi medetur. In *Appetitu Amor & Libido*, præcipuè occurrit. *Simiarum* erga fætus tantus, ut magna ex parte complectendo necent. *Sues* foeminæ libidine turgentes adeò efferantur, ut hominem laccerent. *Tanti furoris & tauri*, ut *vacca anea* *Syracusis*, ab agresti tauro, qui pecore aberrasset,

Plin. H.
N. 1. 11.
c. 37.

Locus.

Plin. H.
N. 1. 8.
c. 58.

Vicius.

Genera-
tio.

Resend.
Antiq.
Lusit. l. 1.

Augmen-
tum.

Vita.

Plin. H.
N. 1. 8.
c. 42. &
44.
Animales
a. lions.

Cicero
de Nat.
Deor. l. 2.
Plin. H.
N. 1. 8. c.
27.
Plin. H.
N. 1. 28.
c. ult.
Livius l.
41.

Plin. H.
N. 1. 8. c.
42.

inita sit, ac femine aspersa. E contra Camelus coitum in propatulo refugit. Equum detracto oculorum operimento, & cognito eum matre coitu, prærupta petiisse, atque exanimatum, Plinius author est. Circa *Locomotivam* veloces quosdam, tardos alios novimus. Nullum animal cursu leporem æquare, credidit Xenophon: Horatius verò cum celerrimam curam dicere vellet, *ociorem cervis* dixit. Alce tantum itineris uno die conficit, quantum equus triduo. Nil de Arabicis asinis dicam: nam vulgares tardissimi sunt, ut & Tigris, docente nos Bontio. *Vocis* ferè obliiti fuiffemus: cujus tamen insignis in isto animalium genere est varietas. Equus namque hinnit: Taurus mugit: Afellus uncat: Aries blaterat: Ovis balat: Sus grunnit: Verres quiritat: Cervus onager glocitat: Caper circus murit: Aper frendet. Leo rugit: Tygris raucat: Panthera caurit: Pardus felit. Lupus ululat: Barrus barrit: Canis latrat. Vulpecula gannit: Catulus glaucitat: Lupus vagit. Mus mintrat: Mustela dentrit: Sorex disticat: Rana coaxat. Sed ad *Usum* deveniamus. Bono enim nostro à Deo condita, nemo negaverit. Hinc nobis, *Alimonia, Medicamenta, Vestitus, & talia.* *Alimonia.* Lac namque nobis suppeditant pilis prædita, ex quo butyrum & caseus conficitur. Carnes jumenta, & quæ in desertis vivunt cervi, apri, damæ, alce & alia. Nec tantum ad necessitatem provisum est, deliciarum etiam oblivisci noluit Natura. Leporis carnem, *primam mattyam* Martialis vocat. Caro verò etiam domesticæ suis quinquaginta modis ita condiri potest, ut toridem ferinæ carnis species videantur. *Medicamenta.* Docuere enim quædam: nec unum est, quòd suppeditet. Cunilam & rutam contra venena valere à mustela & testudine accepimus. Venas secandi artem Hippopotamus docuit. Ductu cervorum dictamnum sagittas extrahere scimus. De remediis contra morbos, Hyftria consulatur. *Vestitum.* Magna pecorigratia in usu vellerum: corporum tutela ipsi debetur. Caspiorum ditissimi vestimenta ex pilis camelorum conficiebant. Ex lanis etiam illa fiunt, quæ Cæsar *subcoacta*, Helmoldus Presbyter *feltra & filtra.* Græci *πικρα & πικρα* vocant. Ex his, aut ex centonibus, aut ex coriis, tunicas aut tegmenta milites faciebant, quibus tela vitarent. Mortua pelles suppeditant. Primæ tunicæ quas Deus fecerat, ex istis. Pelle leonis induebatur Hercules. Ex agnibus Rhenones Germanorum erant. Perones ex corio conficiebantur: nobiliorum calcei ex aluta. Frisii denique, issu Drusii, coria boum in usus militares pendebant. De *aliis usibus* hoc duntaxat dicam. Canes ad custodiam facere. Feles alimenta à muribus defendere. Equum, asinum, mulam, Camelum, ad vecturam adhiberi. Ex nervis fiunt fides. Camelorum veretro optimè arcus intenduntur. Funes, quibus brachia catapultarum continentur, torquentur è nervo. Dentibus aprorum lævigatur charta. Plebejos ministros apud Romanos quidam bovillis cornibus insonantes, ad cætus cogebant. *Per cornu fluentia in fauces hominum vina decurrere*, dixit Ambrosius. Urorum certè barbari septentrionales potabant. Delii Apollinis ex cornibus ara, inter septem orbis miracula recensetur. *Taurino felli præcipua potentia, etiam in are, pellibusque aurea colore ducendis.* Quid de *Fimo* dicam, de cujus discrimine ita Plinius: *Humanas dapes ad hoc imprimis advocant. Alii præferunt hominum potus, in coriariorum officinis, pilo madefacto. Proximè spurcitas suum laudant: Columella solus damnat. Varro præceptis adjicit, equino, quòd sit levissimum, segetes alendas: prata verò graviore, & quòd ex hordeo fiat, multasque gignat herbas. Quidam etiam bubulo jumentorum præferunt, ovillumque caprino: omnibus verò asininum, quoniam lentissimè mandant.* De *Differentiis* in infinitum agi posset. Quomodo verò in suos ordines, totum Quadrupedum exercitum digesserimus. Historia docebit. Occurrent primò Solidipeda; mox bisulca, tam ruminantia, quæ vel cornuta vel non, quàm non ruminantia: digitata tandem, tam vivipara, quæ vel terrestri vel aquatica: quam ovipara, quæ vel teguntur testâ, vel non. Sed nolo in hanc rem plura. Tu *Benevole Lector*, laborem boni consule, & proximis nundinis, Historiam Serpentum & insectorum, quam Sublimium, Subterraneorum, & Hominis Historia, si DEUS voluerit, excipiet, expecta.

Xenoph.
l. de Venatione.

Vox.

Usus.

Aristot.
H. A.
l. 5. c. 2.
Dionys.
Halican.
l. 2.

Plin. H.
N. l. 28.
c. 7. Plin.

Differen-
tiæ.

S Y L L A B U S.

P.	P.	T.	S.	P.	T.	P.	T.
Panthera minor Oppiani	109.		Salamandra	137.	77	Tejuguacu	136. 77
Pardus	81.	53	aquatica		77	Tejunhana	136. 77
Pardalis	151.		terrestris vera nigra maculis lu-			Temapara	136. 77
Papio Dabijon	100.	61	teis distincta		77	Testudo	143. 80
Peva	150.		Scincus	138.	78	aquatica	146. 80
Porcus Guineensis		46	Sciurus	113.	66	marina	147. 80
Porcellus Indicus sic dictus	112.	65	Senembi feu Ignava	135.	77	terrestris	144.
Puma Peruan.	81.		Simia	96.	59	Tigris	84. 53
Putorius	107.	64	Stellio	138.	77	Gefneri	54
Pygargus	54.	34	Stelliones ex Matth.		77	Tlacaxolotl	149.
Pyradus	63.		Strepsiceros	38.		Tlacuarzin	118. 73
Pyrandus	63.		Su	150.		Tlalmitzli.	81.
			Suhak Scytharum	57.		Tragelaphus	63. 34
			Sus	70.	47. 48	Tupinambis	136. 77
Q			Cornuta		48		
Quadrup. solidiped.	I.		domesticus	73.		Vacca	26. 13
bifulca	25.		Guineensis	73.	46	Indica	16
digitat. vivip.	77.		Sylvestris	73.	47	Verres Eber	47
digitat. ovip.	130.		Tapiereete Bras.	73.		Vervex	22. 23
domestic.	122.					Æthiopicus	58
non ruminantia	70.					Alius	23
Quamitzli	81.		Tajacu Caaigora	3.		alius peregrinus	23
			Tajibi	94.		Vitulus	27. 15
R.			Talpa	118.	66	marinus	68
Rana	131.	75	Tamandua-gvacu	95.	62	Upalim fera	100.
Ranae aquaticae	130.		Tamandua-i	95.	62	Ursus	86. 55
terrestres	131.		Tapiroffu	146.		Urus	36. 19
Rana temporaria	133.		Taraguira	136.		jubatus	19
Rangifer	64.	37	Taraguiycu Aycuraba	136.		Lybicus	19. 20
Ranunculus viridis.	133.		Tarandus	63.	37	Vulpes	92. 56
Siebenscher	63.		Tatus feu Echinus Bras.	120. 62. 63.	80	Indica	93.
Rhinoceros	66.	38	Taurus	26. 15. 30	14	Vulpi congeneres	194.
Ruminantia cornigera in genere	25.		castratus		14		
in specie	26.		Pœonius		30	Zainus	65. 46
Ruminantia non cornigera	67.		Taxus	101.	63	Zebra Indica	15. 5
Rupicapra	52. 27. 32		fuillus	102. 48. 64		Zibeth	159.

I N D E X


Tabularum : quo quævis loco fit inferenda.

Tabula.	I.	XXIX.	55	LVI.	
II. }		XXX. }		LVII. }	89
III. }		XXXI. }	65	LVIII. }	
IV. }		XXXII.		LIX. }	
V.	16	XXXIII.	52	LX. }	195
VI.	12	XXXIV.	64	LXI. }	
VII. }		XXXV. }		LXII.	100
VIII. }	17	XXXVI. }	55	LXIII.	101
IX. }		XXXVII.	64	LXIV.	107
X. }		XXXVIII.	66	LXV.	109
XI. }	36	XXXIX.	68	LXVI.	115
XII.	15	XL.	69	LXVII.	105
XIII. }		XLI. }		LXVIII.	102
XIV. }	25	XLII. }		LXIX. }	
XV. }		XLIII. }	67	LXX. }	122
XVI. }		XLIV. }		LXXI. }	
XVII. }		XLV. }		LXXII.	109
XVIII. }	37	XLVI. }	76	LXXIII.	154
XIX. }		XLVII. }		LXXIV.	97
XX. }		XLVIII. }	74	LXXV.	131
XXI. }	37	XLIX.	76	LXXVI.	134
XXII. }		L. }		LXXVII.	136
XXIII. }	39	LI. }	77	LXXVIII.	140
XXIV.	55	LII.	85	LXXIX.	141
XXV. }		LIII.	81	LXXX.	143
XXVI. }		LIV.	83		
XXVII. }	53	LV.	86		
XXVIII. }					


F I N I S.

Equus Pferd

Roß Hengst Gaul




Equus Pferd







Equus Frisicus Frisch Pferd



*Equus Pannonicus sive Hungaricus
Hungarisches Pferd*







Equus

Pferd



Equus Ethiopicus *Ethiopisch Pferd*





Equus Pferd



Cantherius

Wallach





HISTORIÆ NATURALIS

DE


QUADRUPEDIBUS,

LIBER I.

De Quadrupedibus Solidipedibus.

CAPUT I.

De Equo.

Aldrov.
de Solidi-
ped. c. 1.

Brutis animantibus, quæ sanguinem habent, aliis binos, aliis quatuor pedes, largita est natura. Quæ tot habent, Latinis Quadrupes, Græcis τετραπαιδα, Aristoteli τετραπαιδα dicuntur, & sub tribus sum-

mis generibus continentur. *Unum est* ασηχιδες, μονώνυχον, seu μάνυχου, aut μονώνυξ seu μονυξ, Euripidi μονόκλων, quasi unâ tantum præditum unguâ, dicitur. Plinius Solidipedem, Gaza Solipedem vocavit. *Alterum est*, quorum pedes binis fissuris utrinque, hoc est, à parte priore & posteriore deducuntur. Unde *bisulca* Latini, δίχρητα Græci vocaverunt, eaque chelas seu forcipes pro unguibus habere, Aristoteles dixit. *Tertium* πολυσχιδές & πολυδάκτυλον, multifidum, & multipliciter digitatum, quod pedes manuum nostrarum instar, multifidos habeat. Omnibus pedes ad ingressum dati sunt: sed digitata prioribus præterea ad manuum officia uti nituntur, quod solidipedes posterioribus facere, Aristoteles annotavit. Ex *Solidipedibus*, sunt, *Equus, Asinus, Onager, Mulus, Monoceros, & Elephas*, de quibus ordine hoc primo libro agemus. Ab *Equo* autem incipimus, quod ejus singularis sit, inter *jumenta*, quæ à juvando nostras operas Latinis ita dicuntur, præstantia. Demosthenes eum inter urbis munitiones recenset. Romani in ejus emptione denis æris millia è publico persolvebant, adimebantque bello inutilibus Consulibus aut cujusvis Imperatoris equus, phaleris exornatus, ornamentum, ut apud Halycarnassæum legimus. In multis regionibus cautum, ne quis equos extra provinciam emittat. Circassi equos plebeis permittere nolunt. M. Antonius in civitatibus sedere in equis prohibuit. Atheas Scytharum Rex ipse equum suum strigili purgabat, ut Plutarchus meminit. Andromache Hectoris conjunx, manibus suis ave-

nam & fœnum Equis mariti præbuit, quod eum hisce delectari sciret. Theophylactus Lacapeni Imperatoris F. Patriarcha Constantinopolitanus ultra duo millia equorum habuit, & in eis alendis adeò fuit intentus, ut pistachia, pineas, palmulas, uvas passas, caricas, eaque omnia lectissima, vino fragrantissimo temperata, admixtis etiam, croco, cinnamomo, aliisque preciosissimis aromatis, iis apponeret, in hoc luxu. Verum Imperatorem superans; qui, ut ait Capitolinus, equo suo nomine volucris, uvas passas, & nucleos, in vicem hordei in præsepe ponebat. Moxii Tartariæ populi, constituto & solemni quotannis die equum post aliquot ceremonias corio exuebant, carneque in mensa absumta, paleâ, implebant, & mox erectæ aræ impositum, ut propitium numen adorabant, pellesque preciosiores offerebant, ut Josephus Barbarus in suo itinerario reliquit. Vixit Petrarchæ tempore in Italia quidam, qui ægrotanti equo quem amabat, aureum pulvinar, ac sericum cubile substravit: Cumque ipse interim podagrâ vinctus atque immobilis medicorum legibus regeretur, nihilominus tamen, aut fervorum vectus manibus, aut equo altero vix injectus, & suos medicos secum ducens, equum ægrum suum bis terque quotidie visitabat, illi suspirans atque anxius assidebat, illum leniter manu tractans, blando murmure solabatur. Tradit denique Ludovicus Romanus, Lib. 4. Narvingæ Regis potentissimi equum tanti Navig. c. 11. pretii esse credi, propter incredibilem margaritarum quibus oneratus est copiam, quanti est quæpiam ex nostris urbibus. In tanto apud plerasque gentes æstimio equus habetur, ut pluribus Aldrovandus ostendit. Cæterum, ut ad *Nomen* ipsum accedamus, varia tam apud Græcos, quàm apud Latinos fortitus est. Græcis dicitur ἵππος, πῆλον, quod de pullo proprie sumendum est; ἄλλα Caribus, unde Allabando cuidam nomen; ἡσυχίη Hesychio & Varino, quod tamen equo gradario duntaxat competere videtur; ἰκκίον Liguribus, ἰκκίον & Ethymologo, καβάλλιον & καβάλλιον, ἵππὸν καὶ ἰππὸν, quod ex præsepi abundè comedat; quo tamen

A

voca-

Aristot.
H. A. 1.
2. c. 1.Dionys.
Halycarn.
1.
10. Antiq.
Rom.

Nomen.

vocabulo ἵππος ἵππος, seu operarius equus tantum venit, ut apud Latinos vilitatis significationem habet; ἵππος hinnus, & γίνος, quorum illud equum, qui equum habet patrem, matrem asinam: hoc matrem equam, patrem mulum, significat: ab Aristotele tamen, pro pumilo equo, ut & Suida, cui ἵππος, εἰ ἀλοῦσα πάν ἵππων, fumitur; κίλη non simpliciter equus est, sed qui ab uno fessore agitatur, Varino ἀλοῦσα & ἀλοῦσα. Aristophanis interpres equum generosum intelligit: alii sellarem, sellarium, & nudum interpretantur; quidam, sed malè, desultorium. χρυσάμπυξ epitheton potius est quàm synonymum. Siquidem sic dicitur, quòd ἀμπυξ, teste Eustathio, dicatur, ἑστὴ κατὰ χροῖον τὰς πρὸ τοῦ μίστου τριχὰς τῶν ἵππων σκεδύουσα: id est, catena seu funiculus auratus, quo comæ in equorum frontibus sparsæ colligantur. A Latinis vocatur *Equus*, seu ab æqualitate, quod pares antiquitus jungebantur; seu quòd quando quadrigæ jungebantur, æquabantur, paresque forma & cursu jungebantur, ut Isidoro placet; *Eniochus*, apud Firmicum, ut Scaliger notat; *Canterius*, seu quasi carenterius, quòd castratus sit & femine quòd careat Varroni visum; seu quòd ipsi cauterium inustum sit. Ab aliis tamen pro viliori fumitur. *Veredus* est equus viatorius, qui neque rhedam neque cisium trahit, vice rhedæ tamen est, ut Turnebus voluit. Isidorus tamen & Festus rhedarium esse vult, Procopius cursus publici. *Mannus*, parvus equus dicitur Acroni & Porphyrio apud Horatium, quòd mansuetudine manuum ductus familiaris sequatur, solutos *tollutares* cognominat Seneca. Dicuntur & *Burdones*, *Burichi*, *buridi*, *buridi*, & *burici* apud Vegetium, fortè ἀπὸ τῶν ὄβριον ab oneribus, ut Gesnerus reliquit. Strabo Gygenios appellat. *Musimones* fortè dicuntur, quòd iisdem ex locis habeantur. Et tantum de Nominibus. Equum *Describere*, utpote animal omnibus notissimum, non est opus. Itaque de *partibus* tantum agemus, & vocabula quæ apud authores occurrunt, explicabimus. *Ungula* ὄπλα Græcis, quasi ἀπλα, quòd nec bifidæ, nec multifidæ sint. *Chelidon* seu hirundo, est unguularum concavitas à nido hirundinis dicta. *Batrachos* sive Rana, est ea pars quæ clavis solearum sæpe malè adactis læditur; seu teneritas ossium referens formam unguilæ, quam nutrit etiam, ejusque radices in se continet. Barbari Tuellum vocant, Germani *emen kern* / nucleum. Si unguilæ pleniores fuerint carnosæque; citra civitatem, Xenophon teste Cælio, *χαμίλας* vocat. Commissuram unguilæ cum pede, seu unguilæ exortum, Græci ἑσφάνη, Hippocrates τοῦ ὀυχῶ ἀρμονίαν dicit. κύνε Hefychio & Varino sunt unguularum pars; alii vicinam iis esse volunt, ideoque κύνοπλον vocari. Ges-

Isidor.
O. ig. l.
12 c. 43.

Partes
Equi.

neres putat à Russio appellari *Falcem*. Dicit enim (inquit) locum esse delicatum & nervosum, parumque carnosum, quod forsitan erit μεσοκώσιον. *Talos* nulli solidipedum esse scribit Aristoteles, Asino Indico excepto. *Suffrago*, id est in posterioribus pedibus quadrupedum, quod in prioribus genu, vel, est nodus aut articulus sub crure quo pedis versura constat, tibiæque ita annectitur p̄s, ut verti possit. Barbari *garrectum* nominant. *Basis* sunt ossa quædam sub tibiis Vegetio, Calcaneos fortè intelligit. *πρόιον* est os tibiæ, quod radius vocatur. *Cirri* & *subcirri*, equorum sunt ornamenta. Crura equi Vegetius vocat *gambas* quasi campas: Hippatri Græci *βραχιονάς* & *κίλη* vocare videntur. Vegetius etiam Latine *brachiola* in equis dixit. *Coxendices* maximas & validissimas habet, iisque ut plurimum valet. Inde fieri putat Ambrosius Nolanus, quòd fessorem ephippiumve juxta humeros amet, contra ac asini & muli. *ἑσθῶα* Xenophonti est *δὸρσιον* pars qua infidetur. *κόκκυρα* vocant veterinarii partem quandam inter armos, seu ἐν σπυαμία inter scapio: Absyrtus *κόκκον* appellat. Hinc Ætogenes equi, quòd genitivam quandam notam ἐν τοῖς ὀμοῖς καὶ τῶν κόκκων habeant. Gesnero verò, *Coccyx*, est pars in medio dorso, juxta spinam emittens. *Armus* idem quòd humerus. *Dorsum* *Garresum* barbari vocant. *Mammas*, tam mares in hoc genere, quam fœminæ habent; & fœminæ quidem omnes binas inter femora, mares, illi tantum, qui matri similes prodire, ut Aristoteles testatur. *Caudam* habet bovillæ contrariam, tenorem videlicet brevem, quem Plinius *causam* appellat, pilos prolixos. Illam Vegetius *muscerium*, à muscarii flabelli similitudine; hos Plinius *setas*, & longiones quibus muscas abigunt, Græci *σέτας* vocant. Duriore, sunt in equis quam equabus, quòd harum caudæ urinâ madefactæ, setas invalidas habeant. Quæ de Sertorio setas vellere jubente dicuntur apud Plutarchum vide. Qui ex collo dependent crines, *Iuba* Latinis, Xenophonti *χρίση*, Aristoteli *λοφία*, seu *crista*, dicuntur: qui à vertice juxta oculos & tempora propendent, capronas Latini, *Protocomium*, Vegetius, *προκίμιον* Xenophontes dixit. *Palpebra* inferior pilis caret: ideo reprehensus pictor. (Apelles is Ephesus an Nicon, Micon, vel Polygnostus fuerit, ambiguum) quòd eos addidisset. Soli præter hominem canescere, præter Aristotelem, Plinius prodidit, quòd os in quo cerebrum, tenuius quàm cætera pro magnitudine habeat, sed falsò. Nam & canes canescunt, sub ephippiis etiam in cicatrice semper albi proveniunt, seu quòd cum ea pars sit debilis, nutrimentum non ut antea digeritur, sed quodammodo corrumpitur, ut Aristoteli placuit; seu aliam ob causam

Plutarch.
de solert.
animal. in
Sertorio.

Unicolores tamen evadunt, si hordeum totum & in pulverem redactum, quod vim discutiendi, detergendique obtinet, insperferis. De Coloribus in Differentiis agemus. *Dentes* utraque oris parte habere continuos, tradit Plinius & Aristoteles inter ἀντιδελκαστα recenset. Habet autem præter agnatos qui lupini & sylvestres aliis & proximâ maxillæ parte, pullis præsertim adnascuntur, (ἐκτος πᾶν πρόσφυον) quadraginta. Ante cæteros, dentes parvi, magnitudine fabæ, in cibo capiendi impediunt, unde jumentum strigiosius evadit. Aristoteles maribus quàm fœminis plures esse notavit. Eos pro ætatis ratione equus mutat, ut & alia veterina. Anteriores qui prius mutantur, Græcè ἑμπροδύς & πόμες vocant, quasi sectores, aut incisores, Latini medios, Vegetius lactentes, Plinius fortè pullinos. Sunt autem numero duodecim, sex nempe in superiore, totidem in inferiore maxilla. Xenophon γνάμνος ut & alii Græci nominarunt, quasi ætatis indices Equus enim triginta mensium, primum dentes medios dicitur amittere, duos superiores, totidem inferiores. Incipientes quartum agere annum, itidem ejiciunt & totidem, proximos eorum quos amiserunt, & incipiunt nasci quos vocant Columellares. Quinto anno, incipiunt iterum eodem modo amittere binos, quos caninos habent, tum renascentes eis sexto anno impleri. Septimo omnes habere solent renatos & completos, ut Varro, exposuit. A complemento, inquit Absyrtus, cum reliquum trimatum agunt, dens rumpitur & rotundatur, & in triangularem figuram exit, quo tempore præcipue defluxio in ora equorum decumbit. Fiunt nonnunquam à septimo anno prominuli, quos προεπιλοκότα Absyrtus, Varro brochos vocavit. Columella quoque & Palladius, septimo anno omnes expleri æqualiter, asserunt, & ex eo cavatos gerere, postea verò quod annorum sit comprehendi non posse: decimo tamen anno, tempora cavari, & supercilia canescere, & dentes prominere. Duodecimo anno nigredinem in medio dentium apparere, Vegetius adjecit: at Aristoteles & Varro, nitescere in senectâ scribunt. Plinius rubescere legit. Ab hac dentium varietate sunt & aliquot equorum cognomina; λεδογνάμων Hesychio & Varino dicitur, qui nullum ex dentibus reliquum ætatis habet indicium, qui προεπιλοκότα & ἀγνάμων dicitur. Ἀσολο & ἀσολοταρ qui eos dentes non amisit. διουτερόλοτα qui secundum eos dentes projicit. πρώτολοτα, qui primum. Petrus Crescentiensis præter indices istos, habere scaliones & molares, ait: fierique posse, ut nonnulli plures habeant: sed tunc dentes esse duplices. Dentibus autem ad senectutem firmis utitur, quamvis durissimis cibis vescatur, quod à calidis abstineat, si Cardano credendum. γνάβος & in homine

maxillam denotat, dicitur tamen de equis potissimum. Eandem vel saltem proximam partem ἑπὶ τοῦ ἵππου Hippia tri appellare videntur. Maxima illis maxillæ, & à maximis moventur musculis, quia proni erant sumpturi cibum. In *Corde* os aliquando reperiri, præter Aristotelem, Plinius prodidit. *Fel* quidam habere dicunt, habere, superius citati & cum iis Absyrtus negant. Hic tamen de fellis vesica in hepate intelligendus est, quam non habere ait; sed quendam inhære solutorem nervulum, in quem se genus hoc humoris insinuet. Ruinus verò, qui Anatomem equi edidit, istiusmodi bilis receptaculum, à dextris hepatis esse ait, in ipsa cavitate, plurimisque in ipsius visceris substantiam, ramulis inseri, atque adeò facillimè ab omni bilioso onere jecur exonerare, deponere verò etiam in duodenum intestinum: additque etiam, naturam in hoc animante, folliculo, ut in homine, & aliis animantibus, recludi bilem noluisse, quòd cum animum habeat semper in patinis, voracitatisque modum nullum, ventrem quoque exonerare multo quàm alia cogatur frequentius, ideoque bilis stimulus semper in promptu adesse debeat. In *figura* hoc observandum tradit Aristoteles, quod pulli paulò submissiores suis parentibus sint, atque adulti caput attingere non possint, quòd novelli facillè faciunt. Proditur iis in nasci amoris veneficium, *hippomanes* appellatum, in fronte, caricæ magnitudine, colore nigro, quod statim edito partu devorat foeta, aut partum ad ubera non admittit. Id apud Aristotelem, Plinium, Theocriti scholiasten, & alios invenies. Est & alterum quod ex genituali equæ manat, cujus & Aristoteles, cum de immoderata equarum libidine agit, meminit. Plinius, qui hoc equarum virus à coitu vocat, tantas habere vires, ait, in veneficiis, ut affusum æris mixturæ, in effigiem equæ Olympiæ, admotos mares equos ad rabiem coitus egerit, quod etiam apud Pausaniam & Ælianum invenies. Ælianus confundit cum hippomane pulium seu *pullium*, quod Aristoteli est πρώτολοτα Plinio, teste Hermolao Barbaro, polea, estque illud quod equa prius emittit quàm pullum. Plinius eo nomine alicubi puli asinini simum, quem primum edidit, intelligit. *Locum* si spectes, ubique ferè locorum hoc animal invenitur. Paludibus & riguis gaudet, gaudet & ipsa planicie: nec montes, modò rigui sint, aspernatur. *Quin* Columella, equorum gregibus, inquit, spatiosa & palustria, nec non montana pascua eligenda sunt; rigua, nec unquam siccanca, vacuave magis quàm stirpibus impedita, frequenter molibus potius quàm proceris herbis abundantia. *Locum* pascendis idoneum ἰππολοτα vocant. Pompicus & bellator stabulo continetur. Id equile alii, Varro

Arist. H. A. l. 6 c. 22.

Plin. H. N. l. 8. c. 42. Aristot. H. A. l. 2. c. 15. Plin. H. N. l. 11. c. 37.

Theophrast. de animal. in vident.

Plin. H. N. l. 8. c. 42. & l. 24. c. 11. Arist. Hist. An. l. 6. c. 15.

Ælian. H. A. l. 3. c. 17. & 14. c. 18.

Columella R. R. lib. 6. c. 27.

Equarium, Grapaldus propriè præsepe dixit. Græcis *ἵππος*, *ἵππος*, *ἵππος*, *ἵππος*, ut Pollux annotavit. Hesychius & Varinus apud Lacones *ἵππος* dicitradunt. Lignum ad quod capistris alligantur, vacerra nominatur. Plura de loco in Differentiis vide. Quantum ad *Cibum*, frugibus victitare, ideo inter sapientissima animalia censerit inquit Plinius. Inter has præcipua sunt, Hordeum, quod minus quam avena vel triticum inflat; & tum equus *ἵππος* dicitur; quod hordeum Nicandro acoste vocetur; Avena, cujus usus apud nos fuit. Triticum, quod tamen Serapio reprehendit; Panis denique, qui in Anglia & alibi ex fabis & Pisis in hunc usum conficitur. Victitant tamen frequentius gramine & aliis, propriumque hoc equorum alimentum. Melilotus ideo in Italia Trifolium Cabalinum dicitur. Medicam herbam, quæ in Media crescit, præcipuè equos nutrire, apud Strabonem habemus. Prima falx, teste Aristotele, vitio datur, & cum fætida aqua rigatur, incommoda est. Quater autem rectè, interdum sexies demetitur per annum, ut Columella prodit. Ad maciem equorum nulla restantur quantum illa prodest. De *Cyriso* hæc Plinius. Datur animalibus post biduum semper, hyeme verò quod inaruit, madidum. Satiant equos denæ libræ, pauciores, minora animalia. Multis in locis vicia manipulatim collecta apponitur. Damasci ervilia & ervum, ut Bellonius prodidit. Necessitas ut & alia apponerentur, coegit. Equi Cæsaris à Scipionis exercitu in Africa obsessi, referente Hirtio, algâ è littore collecta, & aqua dulci elota nutriebantur. Pompejani ad Dyrrhacium obsessi, foliis ex arboribus strictis, & arundinum radicibus. In regno Senegæ, ob aridam tellurem, phaseolorum laceramentis & milio utuntur. Thraces, qui ad Strymona annem habitabant, tribulifoliis. Parthi Hippace herbâ. Tartari arborum ramis & corticibus, herbarumque radicibus, unguis è terra excussis. In provincia Aden piscibus, quorum ibi ingens copia, ut apud Paulum Venetum legimus. Iidem siccati in Golcondâ provincia Persiæ apponuntur: quod & de Gedrosiis, Celtis, Macedonibus, Lydis, Pæonibus qui Prasiadem paludem habitant, Ælianus & Herodotus prodidit. Arabes camelino lacte bis de die nutriunt. Vere tantum teneris herbis pasci sinunt. *Potum* amant aquam, seu turbidam, ut Aristoteles voluit; seu limpidam ac frigidam, perennem ac profluentem, ut Vegetius: seu leniter fluentem & parum turbidam, ut Crescentiensis, seu palustres, ut Baccius. Sunt qui vinum præbuere, cum animosos vellent. Sed & fanis, verum macilentis, Columella propinat. Cerevisiam quoque & olim præbitam, ex Varino colligi

potest, cui *ἵππος* est avena, & secundum alios frumentacea equorum potio. *Ætatem* si attendamus. In hujusce animalis genere ætas longior maribus: legimus fanè equum ad usque septuaginta annos vixisse. Jam illud non venit in ambiguum, quod in annum tertium & tricesimum generet, utpote qui etiam post vicesimum mittatur ad sobolem reparandam. Notatum etiam advertimus, Opuntem nomine equum ad gregariam venerationem durasse annis quadraginta. Annotatis proditum à veteribus indicium, si contracta armorum pellis lentè explicetur: in juvenibus ad suum statim locum redit. Sunt qui ex juncturis caudæ judicent, ubi ex dentibus non amplius dignoscitur. Quinquennio equas finem crescendi capere; mares anno addito, à Plinio habemus. Addit Aristoteles, post, annis sequentibus totidem crescere in corpulentiam, & ad viginti usque annos pergere proficiendo: verum celerius fœminas quàm mares perfici Salacissimum omnium animalium equum esse, Aristoteles prodidit. Hinc *ἵππος*, *ἵππος* *ἵππος* & *ἵππος*, ille inter homines dicitur, qui plus æquo veneri addictus est; & *ἵππος* ille, qui more equini generis, furiis ad eandem agitur. Famosior tamen equarum quàm equorum salacitas. Ideo Poætæ Cupidinem inter equarum armenta natum fingunt: mulieresque libidine prurientes caballæ, meretrices vero *ἵππος* dicuntur. Has societate conjunctas, olfactu mares dignoscunt, etsi paucis admodum diebus unâ fuerint: quod si fœminæ diversæ permisceantur, mares alienas morfu expellunt, suasque singuli seorsim habentes, pascentur. Gravidas coitum pati apud Aristotelem legimus: Absyrtus negat. An sint homine salaciores, Gryllus apud Plutarchum in dubium vocat, quòd capros, porcas, equas, iniverint viri, & fœminæ infano bestiarum amore exarserint: ad coitum verò nullum à bestia sollicitatum. Fuit tamen Athenis locus qui diceretur ad equum & puellam, quod quidam Codridarum Hippomanes nomine quid & postremus imperavit, filiam in loco quodam cum equo furibundo inclusit, quod clandestino concubitu virginitatem læsisset, & equus puellæ vim intulit. De *Ætate* coitu apta diversa produntur. Coire incipere bimum, tam marem quàm fœminam, prodidit Aristoteles. Sed hoc in paucis fieri, & pullos imbecilliore esse: ut plurimum trimatu seu tricesimo mense incipere, & proficere subinde ad proles præstantiam in vicesimum usque annum: dignè procreare posse, cum dentibus mittendis cessare: sed idoneum maximè tempus cum annum & sex menses complevere juniorum, aliquando pabuli bonitate & copia contingere. Plinius verò equas post tertium annum aut post unum ab enixu utiliter admitti putari

Plinius
H. N. l.
13. c. 24.

Hirtius
de bello
Africa-
no.

Scalig.
Ex. 206.
5.
Ælian.
H. A. l.
14. c. 15.

Ælianus
Plinius
H. N.
l. 4. c. 42.

Generatio.
Aristot.
H. A.
l. 6. c. 12.

Aristot.
l. 4. de
gener.
animal.
cap. 5.

Aristot.
H. A. l. 5.
c. 14. &
l. 6. c. 21.

Plin. H.
N. l. 10.
cap. 63.

Columella R. 1.6. 1. 28.

tari ait, cogique invitas: domitas autem sexaginta diebus equire, ante quam gregales dici. In Hispaniola, si Petro Martyri credimus, decimo postquam natæ sunt mense concipiunt, & geminos sæpe unico partu excludunt. Columellæ equa bima rectè concipere potest; equus mas non primo minor. Illa post decennium inutilis, quod ex annosa iners proles prodeat. Sic ad vicesimum durat. Anatolius vult, ut admiffarius (sic latinis vocatur, qui ad prolem diligenter servatur, Græcis ὄχετον, ὄχευθις, ἀναβάτης, κήρυξ) Hippiatricis, ut opus ipsum ὄχετα, & Proriga ille qui admittit) sit quinquennis, decimum quartum vero ingressus annum, ut conquiescat. Prurire agnosces, cum sese colligere, caudam frequentius jactare, humorem è genitalibus genituræ similem emitte, pluries etiam mingere, videris. Mas aliquando uno, aliquando duobus tribusve, aliquando pluribus diebus implet. Equa intermissio tempore, & melius quarto aut quinto anno interposito procreat. Omnino si nihil plus detur, unum tamen interponere annum, & quasi novale fecere necesse est. *Fatura* initium ab æquinoctio verno ad solstitium, locis calidis mense Aprili, frigidioribus Majo. Sic, quia mense duodecimo partum edit, circa herbescentem & temperatissimam anni constitutionem pariet. Elei finibus suis eductas iniri faciebant, quod sexcentis experimentis cognitum haberent, miræ felicitatis prolem sic provenire. Mares matutinum tempus appetunt, foemina post meridiem blandiuntur. Dantur & salacitatis irritamenta. Absyrtus, ustam cervi caudam cum vino terere, & genitalia illinire jubet. Alii cicer exhibent; nonnulli urticam ori indunt; pulverem testiculorum equi in potu exhibent; deterfa foeminae spongia loca naribus admovent: scillâ cum aqua ad mellis crassitudinem contrita, naturam equarum cum menses ferunt, tangunt: urtica vulvam perfricant: quidam denique fimo gallinaceo cum Terebinthina trito partes oblinunt. Lybicæ & Mysiæ equæ, tibiæ cantu excitantur, & gravidæ fiunt, ut apud Ælianum legimus. Genustibiæ Hippophorbium Pollux vocat: materia, laurus detracto cortice. Non omnes tamen concipiunt; nec omnes postquam concepere, edunt. Cujus rei indicium ajunt, quod foetus circum renes alia quædam, specie propemodum renum, ita continet, ut rescissus, quatuor renes habere videatur. Si, quot equæ uni equo sufficiant quæras, Columella, nec minus quàm quindecim, nec rursus plures quàm viginti, unum implere debere inquit. Aristoteles tricenas foeminas & paulò plures singulis maribus tribuit. Palladius æstimatis unius cujusque admiffarii viribus, pauca vel numerosa conjugia submitti consulit: juveni equo & viribus & forma con-

Ælian. H. A. 1. 12. c. 44.

Columella R. 1.6. cap. 27.

stanti, duodecem vel quindecim adscribit. *Concepisse* comperies, secundum Aristotelem, cum menses cessarunt; secundum Absyrtum, si marem respuat; secundum Plinium, quod colorem illicò rubriore pilo, aut quocunque pleniore mutent. *Marem edituram* ajunt, si tertio ante plenilunium die admittatur; si tertio post, foeminam. Illum feminatum colligunt, si dextra admiffarius desiluerit; hanc, si sinistra. Justa equa in Pharsalia dicebatur, quæ semper similem equo cui conjuncta erat, produxit. Vento in Lusitania concipere, Columellæ, Varro, Plinio, Solino, Alberto, Avicennæ visum; in Cappadocia idem fieri Augustinus prodidit; at Justinus in fabulis id recenset, Aristoteles fieri posse negat. Circa prænantem quænam faciendæ sint, Oeconomus docent. Abortiunt si fumigantis lucernæ odorem persenserint, vel cum prænantibus asini coiverint. Annum, secundum plerosque, uterum ferunt, secundum Absyrtum, undecem menses & decem dies. Uteri durities in causa, si Aristotelem sequimur. Facillimè omnium quadrupedum partus edunt, & quidem erectæ. Eumelus author est, cum tardius pullitium enititur, continuò parituram, si comprehensas leniter nares constrinxeris. Pariunt magna ex parte singulos, aliquando gemellos. Vacat admodum à purgamentis in partu, minimumque emittit sanguinis profluvium, pro corporis magnitudine. Cum peperit, statim secundinas devorat, illudque fronti annatum hippomanes. Visum prodiisse & hermaphroditos. Nero tales equas ex agro Treverico, carpento suo subjuges ostentabat, ceu planè visenda res esset, principem terrarum insidere portentis. De *androgyno* Princivalli Vicecomitis ita Cardanus. Unum habebat tantum testem proprio loco, cum mammis tumidis, ut equæ habent. Inde vulvam proprio loco, & ex vulva penis emittebatur, non major palmo cum eum exereret. *Vocem* equi cum exprimere Græci volunt χρομίζαν, & ἐπιχρομίζαν φρυμύλιον, vel potius φρυμύλιον, ut Ammonius monet, dicunt; Latini fremere & hinnire. Vox ipsa, χρομύλιον, βόχα, μύλιον, vocatur. De ejus mutatione ita Aristoteles. Equorum etiam voces, differre palam est. Foeminae enim simul ac natæ sunt, vocem exiguam mittunt ac tenuem: Mares exiguam quidem & ipsi, sed plenior tamen & graviore quàm foeminae & indies majorem reddunt. Bimus cum est, atque inire incipit, vocem magnam gravemque mas mittit: foemina majorem quàm ante & clariorem, usque ad vigesimum ætatis annum, magna ex parte: sed ab hoc tempore imbecillior tam mares quàm foeminae reddunt. Qui nunquam in aliorum equorum turba hinnit, hunc mutum esse scribit Mizaldus. Cum incedunt,

Columella 1. c. Varro R. R. 1.2. Plinius H. N. 1.8. c. 42. Solin. Polyhist. cap. 36. August. de Civit. Deil. 21. cap. 5.

Plinius H. N. 1. 11. c. 47.

Cardan. de rer. var. 1. 7. c. 33.

Vox.

Morus.

Cardan.
de Var.
Rer. I.
13. c. 3.

sonitum edunt, pedibus terram pulsantes. Inde Latinis sonipedes, Homero *ἰσχυροί*, quasi altisoni dicuntur. Quoniam poplites non adeo flectere possunt, ascendendo magis fatigantur, & lapsi, majore cum impetu ruunt: descendendo, quod quatuor habeant crura, magis contra pondus obnituntur. Agilitatem & epitheta quæ apud authores occurrunt, & exempla testantur.

Homero *ἰσχυροί, ἀσπίδοι, ἀλλήλοισι, ταχέως, ἰσχυροί* &c. vocantur. Oppianus, tantæ Iberos scripsit esse celeritatis, ut solæ cum eis Aquilæ, aut Circi accipitres comparari possint. Persei Pegasus alatus fingitur. Sarmatas longinqua facturos itinera, etiam si nihil offerrent pabuli, per centena & quinquaginta miliaria infedisse, non nemo prodidit. In Arabia, si Vartomanno credimus, citatissimo cursu diem ac noctem integram nunquam cessant. In Alanico bello captum à Probo Principe memorant, qui unius diei spacio centum obiret miliaria, vel in decimum haud interpellato labore. Cæterum *an equi equabus, aut vice versa velociores sint*, disquiritur. Homerus equabus Phætiadis palmam tribuit. Menelai Ætha pernicissima erat. Horatius quoque equum quàm equam quadrigis aptiorem dicere maluit. Equas inter currendum urinam emittere Plinius dixit. Crauxidæ equa octava Olympiade omnes vicit desultorios.

Horat. I.
2. Car.
od. 16.

Plin. H.
N. l. 15.
c. 21.

Hecratitis Thessali (Echecratidem Plinius vocat) prægnantem equam Olympia vicisse invenimus. At Oppianus mares ad venerationis usum præstare tradit; fœminas minus celeres ad longos per nemora decursus. *Quid equus admissus Cicroni sit*, in Aldrovando vide. Imminuitur, imò perditur celeritas, si ocio domi marcescat. Quamobrem Antigonus Rex cum suo equitatu obsessus, cum exercere equos propter loci angustiam non posset, eorum capita loco substrinxit altius, quàm ut prioribus pedibus terram possent attingere: deinde cogebat ipsum equitatum posterioribus exultare ac calces emittere; qui motus non minus sudorem excitabat, quàm si terræ spaciū decurrissent. Ex putrescentium medullis evolare vespas, notissimum. *Naturam* si spectes, *φασιδίαι* quoque sunt, seu *ἀγλαίαι*: bibunt sorbendo, & os profundius aquæ immergunt, quod audaciæ inscribitur: animum & os semper in patinis habent, & facilius sitim quàm famem tolerant: equæ crebrius mingunt, & per menses purgantur: plus excrementi sicci quàm humidum, quod siccis magis vascantur, egerunt: Spumant si cursu defatigantur, cujus causam Galenus exactè prodidit; somniant de iis quibus assuevere: dormiunt plerumque stantes, canterii magis, qui quod castrati sint, somnulosiores videntur. Cum irascuntur, canum modo dentes denudant mordentque:

Natura.

Galen. in
Aphorif.
l. 2. 45.

blanditiis maximè deliniuntur: pullos vehementer amant: Hinc factum ut Darius equam conscensam, quæ domi pullum habebat, ex prelio ad Issum rebus suis inclinatis evaderet: & Tartari, prædæ gratia regionem quandam, in qua multo per annum tempore sol non apparet ingressuri, pullos in limitibus relinquunt. Sic enim equæ nocturno itinere diligentius observato, rectà ad suos pullos in reditu contendunt. Rara denique, sed nota equarum rabies est, ut cum in aqua suam viderint imaginem, amore inani capiuntur, & per hunc oblitæ pabuli, tabe cupidinis intereant. Mentis error discutitur, si deducas ad aquam detonsam jubam: tum demum speculata deformitatem, pristinae imaginis aboletur memoria. Lycospadas equos maximè dare operam, ut aurigis suis formosi videantur, Ælianus prodidit. Ad *sensus internos*, ingenium, docilitas, memoria, amor & fides erga dominum, pudicitia, & magnanimitas pertinent. *Ingenio* debentur, quod inimicos partis suæ norunt, adeo ut inter prælia hostes morfu petant: quod rectoribus perditis quos diligebant, mortem fame accersant: quod auribus quæ audire indicent: & quod equitationis peritum agnoscant. Bucephalus Alexandri, accepto regio stratu, neminem unquam alium præter dominum vehere dignatus est; & vulneribus altis in prælio acceptis, non prius concidit, quàm dominum extra periculum deposuisset. Equum Caii Julii Cæsaris nullum præter Cæsarem dorso recepisse Solinus & Suetonius author est. Cuiusdam medici Pannonici præforibus solutus, etiam per integrum diem, donec ab ægris rediisset, expectabat; adventanti gratulabundus occurrebat. Choreas tripudique *edoceri* Sybaritarum exemplo notissimum, qui eo devenerant dementiæ, ut in symposiis equos ad tibiam saltare docerent. De illo verò quem Scaliger vidit, ita idem. Equum pusillum deformem circumducebat agyrta quidam, cujus jussu atque etiam loco interdum ille omnia faceret; ambulare, succussim properare, currere, saltare, vel quadrupes, vel bipes. Vinum bibere vidimus, in clunibus sedentem; anteriores pedes ad pateram ferri: pelvim sive mallavium cruribus sustinere, quasi à tonsore lavaretur; qualem pictum videmus asellum cucullatum: humo se sternere; porrectum atque projectum jacere: ciliorum compressionem annuere: caput ad heri nutum attollere: in terga vertere: supinus ostendere, quo corporis situ mulier incuntem admittat virum. Stabulum agnoscere, & sponte domum reverti, notum. Ideo Galba cum de equi possessione disputaretur, velatum duci ad flumen præcepit, & ubi bibisset, amoveri velum oculis, ut stabulum petere posset. Deuxippi equus,

Pau'us
Venetus
l. 9. c.
47.

Ælian.
H. A. l.
16. c. 24.
Sensus in-
terni.

Sueton.
in Cæsare.

Scaliger
Exercit.
209. f. 1.

Suidas in
ἰπποῖ.

ita

ita erat edoctus, ut & sine habenis ocyssimè ferretur, & illo pedetentim procedente, placidissimè staret. Nigritarum quoque equos non aliter dominos ac canes sequi, Strabo author est. In ventre cubare edoctos à Jarcis, apud Herodotum legimus. Nervam in Parthia equus adorabat. Luretiæ alter Reginam Ludovici xii. conjugem, genibus flexis salutabat. Circulos ligneos transfiliisse, more canum, saltuatimque vivacissima pernicitate sese gyrando revolvisse, Venetiis anno 1636. vidimus. *Memoriâ* valere inprimis tubæ sonus indicat, quo audito, aures arrigit, nares inflat, hinnit, frena cum strepitu rodit: pedibus terram quatit, loco manere difficulter potest. Parasitus etiam quidam apud Tzetzem, cum equo veheretur curili, prandio frustratus est, quod equus, cum in columnam metæ forma incidisset, circum esse putans, usque ad vesperam circum eam se flexisset, cum imperu semper currens. Taceo quod Tholoffanus de equo cujusdam Episcopi scribit, quem frater ejus ita adfueverat, ut quoties verba, Deus in adiutorium meum intende, audiret, saltibus crebris se extolleret. De *Amore, gratitudine & fide erga Dominum*, quorundam exempla testantur. Antiochi equus, occiso in prælio domino, se & suum fessorem Centeretrium Gallum præcipitem dedit. Sytharum reguli, hostem cum victor ad spoliandum venisset, ictibus & morsu confecit. Dionysii, ab eodem in cœno relictus, ut apud Plinium ex Philisto legimus, ut sese exemisset, vestigia Domini secutus est, etsi apum examen tergo hæreret. Homerus Patrocli equos flevisse dicit, Virgilius Pallantis, Cæsaris Suetonius, suum Asturconem Cardanus. Plinius quoque, eo effectum plerosque equorum in dominos esse ut affectos lugeant, lachrymasque interdum desiderio fundant, tradidit. Interfecto Nicomede Rege, equus ejus vitam inediâ finiit. Idem de Soclis juvenis Atheniensis equo, postquam ab eo venditus fuisset, dicitur. De *Pudicitia* apud Ælianum, Varronem & alios invenies. Plinius ita brevissimè. Alium, inquit, equum, detracto oculorum operimento, & cognito cum matre coitu, petiisse prærupta atque exanimatum. Equam eadem ex causâ in Reatino agro; læceratumque pariter aurigam invenimus. Namque & cognationum intellectus in iis est: itaque in grege prioris anni sorore, libentius etiam quam matre, equa comitatur. De pulli ex incesto domini concubitu nati zelotypiâ, vide Aldrovandum De *Magnanimitate* idem prolixè agit, sufficiat dixisse, quod Plinius habet, nempe, Equorum jubas tonderi præcipere, ut asinorum in coitu patiantur humilitatem: comantes enim gloriâ superbire: Inventi quoque qui

sine auriga certamen vicissent In Circo, inquit Plinius, ad currus juncti, non dubiè intellectum adhortationis & gloriæ fatentur. Claudii Cæsaris secularibus Circensibus, excusso in carceribus aurigâ, albatos equos palmam occupasse, opposita effundentes omnia, quæ contra æmulos debuissent, perito auriga insistente, facientes: cum puderet hominum artes ab equis vinci, & peracto demum legitimo cursu ad metam stitisse. Moxque subjungit. Majus augurium apud præcos, plebeis Circensibus excusso auriga, ita ut staret, in Capitolium cucurrisse equos sedemque ter lustrasse: maximum verò, eodem pervenisse ab Vejis, cum palma & coronis, effuso Ratumena, qui ibi vicerat: unde postea nomen portæ est. Phidoti Corinthii etiam equa, cui Auræ nomen, apud Pausaniam, ab ipsis statim carceribus fessore suo collapsa, & cursum pristinum æquè ac si rectorem haberet retinuit, & circa metam se convertit: audito verò sono tubæ ad cursum concitata est vehementius: cumque ad ludorum præfectos antevertisset, jam quasi victoriæ se competentem intelligens, constitit. *Sympathiam & Antipathiam* si attendas, singularis equo cum gallinis & otide amicitia: cum *camelo, elephante, lupo, urso, leone, sue, ovibus, asino, serpentibus, trachuro pisce, phoca; pomis & ficibus, hordeo quodam, gentiana, colore atro,* & cadaveribus, inimicitias exercent. *Camelos* cum Cyrus equitatu Cræsi opposuisset, in fugam equos conjecerit. Xerxes Arabes camelis usos, ultimos in exercitu locavit, ne equi consternarentur. In bello Tarentino elephantorum tum magnitudine tum deformitate, & novo colore simul ac stridore consternati equi, cum incognitas sibi belluas amplius quam erant, suspicarentur, fugam stragemque latè dederunt. Cæsar ingentem fluvium in Britannia trajecturus, conscenso elephante, equos Britannorum terruit. Ne tympana quidem ferre posse, si expellibus vel elephantis, vel cameli, vel lupi facta fuerint, à Porta author est. Rumpi eos traditum est, teste Plinio, qui vestigia *luporum* sub equite sequuntur, si calcaneum equi quadrigam trahentis conculcent, fisti, tanquam cum quadriga conglaciati essent, apud Ælianum legimus. Nunquam transituros equos, ubi lupi intestina sint defossa, Pierius Valerianus prodidit. Dentes verò maximos, infatigabilem cursum præstare equis dici, si eis alligentur, Plinius author est. De *Lycospadis & Lycophoris* equis in Differentiis agemus. *Ursos* in solitudine tympano ex equi pelle confecto, terreri Portæ quoque debemus. Castrati *leonem* nulla ratione accedunt, dextrarii seu non castrati adoriuntur. *Oves* si stabulo in quo mulæ, equi, aut asini steterunt, facilè in scabiem incidunt. *Rudentes asini*, in Darii

Plin. H. N. l. 8. c. 42.

Pausan. in Corinthiacis.

Sympathia & Antipathia.

Herodot. Hist. l. 1. p. 15.

Plin. H. N. l. 20. c. 20.

Plin. H. N. l. 28. c. 19.

Columnella R. R. l. 6. c. 30.

Plin. l. 8.

Plin.

contra Scythos expeditione, equos perturbarunt. De *serpentibus* Silius Italicus prodidit. Cauda *trachuri* ventri equæ appensa, abortum procurat, si *Æliano* credimus. *Phoca* aspectum ferre nequeunt. Animo linquuntur, si aut mala aut ficus dorso comportarint; exanimati, panis objectu revocantur. Hordeo illo abstinent, quod in quodam, circa Scytharum & Medorum dictam Thraciæ regionem, loco, provenit. In rabiem, aguntur, si lasere nares illiveris. Gentianam abortus equabus causam esse, Gesnerus ex quodam sene audivit. Securidacam si calca verint, soleas exuunt. Si equi ex Sybari fluvio biberint, sternutamentis exagitantur: si ex Cossinire Thraciæ, quod in agrum Abderitarum defluit, in rabiem aguntur. Idem de puteo haud procul à Potniis Bæotix urbe dicitur. Equum Catonis in Maurum aterrimum, aterrimis armis indutum, calcaribus adactus, sese inferre recusasse, Silius Italicus reliquit. A cadaveribus abhorre apud Homerum habemus. Maximus quidem equorum in Cibis, medicina, bello, venatione, itineribus, triumphis, & aliis usus est; nos tamen, quo loco duntaxat in Cibis & Medicina habendi sint, videbimus. Carnibus usos non tantum obfessos, quod in Veronensi sub Maximiliano I. Novariensi, sub Ludovico Aureliano; Rupellensi, sub Ludovico XIII. Gallorum Rege Christianissimo, ut alia taceam, factum, sed & gentes, apud authores habemus. Notum est, Nomadum, Scytharum, Sarmatarum, & Tartarorum modernorum nomen. His volupe, vulnerare incidereque equos, carnibusque etiam semicrudis vesci: caballos pridie tum spontè tum morbo absumptos, excisco loco apostemato comedere, eorundemque reges, si quando commeatum suis distribuerent, quadraginta hominibus equum unum dare solebant. Sed & apud Persas, in conviviis die cujusque natalis, assii toti aponebantur: à Germanis verò tam agrestes quàm domestici caballi, tam diu comedebantur, donec à Gregorio III. abrogaretur. Ab Alpinis populis pullos edi, Brujerinus se audivisse refert. Fuit & *Sanguis* in deliciis. Plinius sanè Sauromatas è milio, maximè pulte, & cruda etiam farina sanguine è cruris venis admixto vivere, prodidit. Micchovius verò & Paulus Venetus, equitantes si fames invaserit, sitisque molesta fuerit, venas aperire, haustoque eorum sanguine, famem sitimque pellere, reliquerunt. Gavisos eodem Cancanos, qui secundum quosdam Virgilio Bisaltæ, secundum Acronem & Porphyrium Hispaniæ gentes, apud Horatium habemus. De *Lacte* nullum dubium. Scythæ namque liberis statim atque nati sunt, lac equinum porrigunt. Inde Hippomulgorum, & Galactophagorum nomen. Idem Soli exponunt, ut crassior

pars subsideat, mox fervefaciunt. Evadere produnt, ut vinum album esse putetur. Moscchi verò olim Tartarorum servi, potum lactis equini illis tributum petentibus per ducem suum in itinere offerre consueverant. De Hippace quid sit, inter scriptores non constat. Pippocrates, Dioscorides, & Plinius, caseum esse scribunt, quem ille virus redolere, & bubulo proportionem respondere, adjicit. Alii equinum coagulum esse credunt. Theopompus scythicum ex lacte equino, edulium esse scribit. Ut ut sit, hæc & glycyrrhizâ, undecim & duodecim dies vitam tolerari apud Theophrastum legimus: plurimam temporis partem caseo equino usos Hippocratis testimonium est. Nec est quod quisquam illud miretur; cum Zoroastrem interdum solo lacte sex menses transegisse, quod de quodam alio Athenæus narrat, referant. *Medicinam* quod spectat, habet in calocum, lac, serum, sanguis, axungia, coagulum, dentes, lingua, os de corde, jecur, testes, fel, pili, ungula, sudor, spuma, saliva, urina, & stercus. Lac maximè perpurgat, ut purgare Dioscorides tradat. Serum ad ulcera renum perpurganda, conducit, si *Ætio* credimus; illud nempe, quod per decoctionem ex lacte separatur. Rhasis mulierem quæ non concipit, si lac equinum ignorans biberit, & mox cum viro congressa fuerit, concepturam scribit. Invenio & apud Plinium, vulvas collutas juvari eodem lacte. Sanguis septicus est: Equarumne quæ admixturam expertæ sunt, an verò marium *ἰχθυῶν* quod Hermolao Barbaro placet, vel equorum utriusque sexus, quod Plinio, experientia dirimere potest. Eundem Plinius regio morbo prodesse scribit: & hippiatræ eodem ad deversos morbos utuntur. Phragmaticum de matrice detractum, cum oleo vinoque tepefactum, & toti jumento contra pilos inunctum, curat. Fel, maleficæ naturæ est, si Plinio credimus, qui tantum inter venena damnari tradit, ut ideò flamine sacro equum tangere non liceret. Axungia suffumigata, partum mortuum, si Sexto credimus, foras ejicit, & secunda sequitur. Medulla unguentis ad spasmodum miscetur. Coagulum inter dysenteriacorum & coeliacorum remedia censerit, Dioscorides, Galenus, Avicenna, & Haly authores sunt. Dentium farina verendorum vitii insperfa, medetur. Qui primi equo cadunt, infantibus adalligati, dentitionem facilem præstant, idque efficacius, si terram non attrigere, ut Plinius prodidit. Sextus eos, si dentem qui doluerit, tetigerint, remedio esse scribit. Nam & infans, addit, si equi rostrum basaverit, dentium dolorem non sentit, & nec equus mordebit infantem. Lingua, ex vino inveterata, ad lienem præsentaneo remedio sedandum datur, si Cæcilio Bioni apud Plinium

Ælian.
H. A. l.
13.
c. 27.
Plucarch.
Symp. l.
6. q. 8.

Ujus.

Bruyer. l.
13. c. 40.
Plin. H.
N. l. 18.
c. 10.

Horat. l.
3. Car-
min.

Crome-
rus Hi-
stor. Po-
lon. l. 29.
Hippo-
crat. l. 4.
de mor-
bo. Plin.
H. N. l.
28. c. 9.

Theoph.
H. P. l.
9. c. 13.

Ujus in
Medici-
na.

Dioscor.
M. M. l.
2. c. 75.

Veger. l.
1. c. 17.

Galen. de
Euporist.
l. 2. c. 38.

Plinium fides. *Os de corde*, dentibus caninis maximè simile est. Hoc Scarificari dolorem, aut exento dente demortui equi maxillis ad humerum ejus qui doleat, demonstrari, Plinius author est. *Jecur* thecà cedrinâ repositum, dein vino Chio & aqua dilutum, ne jecur amplius exedatur, efficit. *Lien* ex aqua dulci potus, mortuum partum ejicit, apud Plinium. *Testiculi* aridi hausti Venerem stimulant. *Lichenes* in genibus, & super ungulas inflexu harum partium indurati *calli*, triti & in aceto exhibiti, comitialibus profunt, ut Dioscorides, Galenus, & Plinius, scribunt. *Pilus* ad ostium domus alligatus, ne culices, aut Cniphes per ostium involent prohibet. Id Rhasis & Albertus prodidere. In inguinum ulceribus equi setæ tres, totidem nodis alligatæ intra ulcus, remedio sunt. Eorundem ex capite & femine cinis, sanguinis profluvium sistit. Pilo circumligato verrucæ tolluntur, quod propter adstrictionem alimento privatæ arelicant. *Ungularum* cinis cum oleo & aqua illitus, panos & apostemata, in quacunque parte discutit: sed & strumas, si urina calefacta admisceatur. Ex vino & aqua potus adversus calculos prodest. Suffitus partum deturbat. Ramenta per nares equo infusa, urinam ejusdem promovere, Hierocles scribit. *Sudor* cum urina in balneo bibitus, tineas & serpentes è ventre hominis exigit, si promissis quorundam credendum. Mistus cum vino & à gravida potus, abortum facit. Si cultelli vel gladii calefacti cum imberint, inficiuntur adeò, Alberto prodente, ut locus ab eis vulneratus, sanguine, ante mortem animantis, manare non desinat. *Sputum* equi recens detracta, & cum oleo rosaceo infusa, auricularum quamvis vehementes dolores resolvit. Eadem, Marcellus, si ab equitando vexata fuerint inguina, aut intertrigines doluerint, fricari tanquam præsentaneo remedio, jubet. Ex *Saliva* commendat Gesnerus, in fervido faucium malo, quod æstate nonnunquam, pestilenti lue, in milites inprimis grassatur, remedium. *Saliva*, inquit equi, *avenam aut hordeum pasti*, *os ægroti diligenter colluitur: deinde ex cancris vivis contrusis, humorem exprimes, eodemque rursus lavabis. Quos si vivos habere non potes, pollinem de cancris aridis in clibano tostis insperge: postquam equi saliva ablueris.* Phthificis jam desperatis, salivam vel spumam cum aqua calida per triduum dabis. Æger sine cunctatione sanabitur; sed equus morietur. Id à Plinio, Marcello, & Sexto proditum habemus. De *Urina & Stercore* hoc dixisse sufficiat: illam aquæ ferrariæ ex officinis contra comitalem morbum misceri: hoc, ad colicam in vino albo decoctum, contra scorpionum ictus; & fluentem ventrem in aqua, Dioscoridi, Plinio & Sexto adhiberi. Recens naribus admotum, sanguinem reprimit,

Gesnerus
de Equo.

inprimis si cum creta & aceto accerrimo agitetur. Cum putaminibus ovorum in cinerem redactum mistum, ne ex vulnere immodicè fluat, prohibet. *Anhelitum* præservare à peste quorundam commentum est. *Differentie seu Genera* equorum varia sunt: præcipua, à *Locis*, partibus, & quibusdam accidentibus sumuntur. A *Locis* equi sunt, *Acarmanici*, qui maximi fuisse dicuntur. Unde in proverbium de re maxima cessere. *Ethiopici*, quos, feros credo, & pennatos, cornibus ornatos ferunt: malè à calore habentur. *Agigentini*, qui olim ad agones Græciæ mittebantur, & victores recedebant. *Alanici*, qui veloces & robustissimi. Probi tanta celeritate fuisse perhibetur, ut diurnis spaciis centum obiret milliaria, vel in decimum diem haud interpellato labore ut diximus. *Angli*, quorum bona pars non succussat, ut Polydorus Virgilius prodit. *Apamienses* in Syria, ubi supra triginta millia alebantur equæ, & emissarii trecenti. *Apuli*, quos Varro laudat, & Volaterranus bello aptissimos facit. *Arabes*, celeritatis, equæ inprimis, tantæ, ut per diem noctemque circiter, centenam illiarum itineris conficiant, si Vartomanno credendum. *Arcades*, à quibus ideò Arcadia *in Galia*. Equis & asinis admissariis ad mulos procreandos clara erat. *Armenii*, qui à Parthis genus ducunt, nisi quòd capite sint graviores, ideò *καρυσιφάροι* Absyrto. *Astures*, seu *Asturcones*, quibus forma minori præditis, mollis est alterno crurum explicatu glomeratio, fuere olim in precio: sed bellis apti non sunt. *Attici*, qui Sophocli præstantissimi. *Barbari*, qui ex regno Tunctano, & Numidia habentur, sunt perniciosissimi. *Bengalenses*, qui tam duras ungulas habent, ut ferreis soleis non indigeant, utcunque per saxa & montes currant. In Bisnagar quadringentis aut quingentis nummis aureis venduntur, octingentis quandoque, quòd aliunde advehantur. *Britones*, qui cruribus & auribus sunt mutili. *Burgundiones*, qui injuriæ tolerant. *Calabri*, qui itineri peragendo aptissimi. *Cappadoces* omnium ferè optimi Solebant incolæ Persis mille quingentos annuatim persolvere. *Carajani*, qui à mercatoribus in Indiam ducuntur, & quibus incolæ auferre de osse caudæ nodos duos vel tres solent, ne sessorem feriant. *Celtiberi* *ὀκίπαιροι* subalbidi; in exteriorem Hispaniam traducti, colorem mutant. *Cilices*, quorum trecenti sexaginta albi Dario pendebantur. *Corfici*, qui breves admodum, sed generosi Procopius tradit, paulò supra oves magnitudine esse. Alii, nisi clausis obequitari oculis, addunt. *Cretenses*, elatioris animi, & qui accessum ægrè ferunt. *Cyrenaiici*, ilibus substrictis & parvis, pedibus bonis, longiore inter equitandum animæ ductu, magnitudine pollent. *Daci* perniciosissimi, quibus juba ab armis ad terram usque, cauda prolixa, caput parvum.

Polydorus
H. Angl.
lib. 1.
Strabo
Geogr.
l. 16.

Martialis
Epigr.

Dani speciosi, & viribus clari. *Oelandi* ex Gothici maris insula, totius orbis minimi, sed perdociles. *Elei*, qui à pernicitate laudabantur. Incolæ equas finibus suis eductas iniri faciebant, quod esset experimento cognitum, miræ felicitatis prolem inde provenire. *Epiotici*, qui mordaces & perversi. Apud Elidem palmas merebantur. Nunc *Albanos* vocant. *Frigisci*, quos non minus velocitate quàm continuatione cursus, invictos commendat Vegetius. *Germani*, qui plerumque succussatores. *Transylvani*, qui docilitate ab aliis vincuntur: cursu verò jugi & longo nulli cedunt. *Græcanici*, quos Absyrus scribit, pedibus bonis fultos esse, vasto corpore, capite venusto, ardua antica parte statura, concinnoque corpore, sed clunium compago incommoda, nec respondente; pernices & animosos. *Hetrusci*, arguto capite, & densâ juba. *Hispani*, qui teste Absyrto, magno sunt corporis habitu, concinno & erecto, eleganti capite, compage corporis luculenter dividuâ; sed adstrictis clunibus, itineribus obeundis pares & robusti; corpore nec gracili, nec ad maciem opportuno; cæterum ad cursum habiles, qui in equitatione calcaribus non incitantur. *Quin* & ab ortu ad integram usque ætatem morati & obsequentes: deinde improbi & mordaces fiunt. Tantam eorum fidem, Rodericus Santius ait, ut cum se percussos in bello sentiunt, fessores suos incolumes extra prelium reponant. *Ianettos* vulgò vocant. *Hollandi* australes inprimis, lacertosi sunt. In Frisiâ generosi, torosi, & panopliæ ferendæ idonei. *Hunniscis* est secundum Vegetium, grande & aduncum caput, extantes oculi, angustæ nares, latæ maxillæ, robusta & rigida cervix, jubæ ultra genua pendentes, majores costæ, incurva spina, cauda sylvestra, tibix validissimæ, parvæ bases, plenæ & diffusæ unguæ, ilia cavata, totumque corpus angulosum, nulla in clunibus arvinâ, nulli in musculis tori, in longitudine magis quàm altitudine statura, propensior venter exhaustus, ossa grandia, macies grata, & quibus pulchritudinem præstet ipsa deformitas. Animus moderatus & prudens, vulnerum patiens. Hunnicos aliàs vocant: fortè sunt Ungarici, seu Pannonii, quibus Camerarius dentes cadere negari ait. *Iberi* Oppiano sunt celeres, sed cursus celeritatem pauca emensi stadia amittunt, corpore venusto, sed unguâ minus solidâ. Fortè sunt diversi ab Hispanis, & ex Iberia inter Armeniam & Colchidem sita oriundi. Oppianus tamen eosdem facit. De *Indicis* dicit Ælianus, difficulter currentes coerceri, nisi ab iis, qui à prima ætate in equestri scientia instituti sunt. Hi currum in orbem versare planè norunt. *Insabres*, sunt arduâ præ cæteris cervice, & micantibus oculis. *Istria*, proceri, individuâ spinâ cavaque. *Lybies*, corpore

oblongo, costis & lateribus crassioribus, & ampliøre ad rectum impetum pectore. Solis æstum & sitim meridianam facilè tolerant. *Massæyli* sunt parvi & celerrimi, & solâ virga reguntur, quod & de Mauris dicitur. *Menapii* seu Geldri, Germanicorum equorum soli bellatores, & ideò in precio. Eosdem & *Sicambros* dici volunt. *Moschi* soleis carent, ut Herbersteinus prodidit. *Murcibii*, vix ora tenacia ferro concedunt. *Neapolitani*, sunt animosi, speciosi, & robusti. *Nigritis* ob æstum nimium ferè nulli. Idem facit, ut eorum inguina intumescant, ne mejere possint. Pro fæno utuntur faselorum lacera-mentis, sole exsiccat: loco avenæ, milio. Pro equo phaleris & reliquo ornatu infra-to, dant mancipia novem, ad summum quatuordecem. *Nisæi*, quos maximi Oppianus facit omnium pulcherrimos, gressu molli, & freno faciles, capite parvo, jubâ longa & multa, comis utrinque demissis, subflavis. Medicos fuisse Stephanus & Ammianus Marcellinus testantur, qui & Neseos vocant. Viginti millia quotannis ad Regem Persarum mitti fuisse solita, sub tempus quo festum Mithræ celebrabatur, Strabo author est. *Norvegia* mediocris magnitudinis alit, sed admirandæ fortitudinis & pernicitatis, in saxosis viis, eosdem. *Numidici*, neque hordeum, neque triticum gustant, solo gramine & fæno contenti. *Parthi*, teste Absyrto, magno & amplo sunt corpore, Oppiano *βαδυσπλόκαμον* id est comam gestantes densis cincinnis nexam. De *Persicis* ita Vegetius. Persis & statura & positio à cæteris equorum generibus non plurimum differt, sed solius ambulaturæ quadam gratia discernuntur à cæteris. Gradus est minutus & creber, & qui sedentem delectet & erigat, nec arte doceatur, sed naturæ velut jure præstetur. Inter tollutarios enim & eos quos totonarios vulgus appellat, ambulatura eorum media est, & cum neutri sint similes, habere creduntur ab utrisque commune. In brevi amplius gratiæ, in prolixo itinere sævior patientia, animus superbus & nisi labore subjugatus, assiduè adversus equitem contumax, tumens, prudens: & quod mirum est, in tanto fervore, cautissimè decoris est observator: incurvata in arcum cervix, ut recumbere videatur in pectore. Inter *Pharsalicos* equam fuisse asserit Aristoteles, nomine justam, que pullos pateret omnes admiffariis equis similes. Unde fortè ei nomen factum. *Poloni*, ut scribit Cromerus, partim ob pernicitatem & laboris incommodorumque tolerantiam, partim propter molliorem incessum, à remotioribus expetuntur. Apud *Pssillos* arietibus non majores esse Ælianus nugatur. Qui sint *Saphareni* quorum simul cum Armeniis Vegetius meminit, postquam Persicos laudasset, apud neminem reperitur. Ego à Saphara Arabiæ foelicis oppido

Oppian.
l. c.Santius
Histor.
Hisp. p.
1. c. 2.Oppianus
Cy-
neger. l. 1.Ælian.
H. A.
1. 13. c. 9.Aristot.
H. A.
1. 7. c. 5.Ælian.
H. A. l.
16. c. 37.
Veget. in
Veteri-
naria.

pido in mediterraneis, cujus apud Plinium mentio, quodque Ptolomæo ^{σαφάρη} dictos puto. *Sardi* laudatissimi sunt, caudâ pro-cera atque lata, juba brevi, unguis asininis; lacertoso corpore, arrectis auribus, si bene Stradanus expressit. *Sarmatici*, genusequorum est, teste Absyrto, non inelegans, & in suo genere concinnum, ad cursum idoneum, simplex, grandi corporis habitu, valido capite, cervice decora. Castrantur, ne aut foeminarum visu exagitati raptentur, aut subsidiis ferocientes, prodant hinnitu densiore vectores. Plinius hocce populos cum longinqua acturi sunt itinera, inediâ pridie præparare equos ait; exiguum tantum potum impartientes, atque ita per centena millia, & quinquaginta continuò cursu euntibus insidere. *Scenita*, tantæ habent pernecitatis, Evagrius teste, ut propter velocitatem eorum vinci nequeant. *Succia* & *Gothia* magnos & ad cataphractorum prælia aptissimos, teste Olao Magno, producit, qui, regio edicto extra regnum educi prohibentur. *Tartarorum* plerique sunt albi. Venetus magnum Chamum numerum XM. alere prodidit. Tantæ velocitatis sunt Michovio, ut uno die XX. miliaria Germanica magna equitent. Sunt depressâ cervice, & pedibus aquam & pabulum sub nivibus quærunt. Perniciores sub Tartaris quàm aliis esse, Mosci affirmant. *Theffalis* nota bovilli capitis inuri solebat. *Thraces* Absyrto turpes esse scribit, deformi specie, rigido corpore, prægrandibus armis, spinâ curvâ, varos, ideoque ingressu vacillante, cursuque. Delphicum tamen oraculum & Virgilius laudat. *Toringos* quoque Vegetius commendat, & proximos Hunniscis facit. *Tyrrheni maris* insularum præsertim Sardinia & Corsica equos, breves admodum, sed animo generoso, & ingressu irrequieto, Volateranus facit. Et tantum de generibus à locis desumptis. A *Partium* constitutione haud paucæ quoque occurrunt differentia: præcipuæ *Elaphopodes* sunt à corvino pede sunt qui suffraginum articulo ossa continent, & ideo pessimo gressu nituntur, vectoremque contundendo fatigant. *Cynobate*, qui iisdem in locis brevia condunt ossa & humilia, ob idque ungulas ad internam calcium partem adferunt, ac pedes tractim agunt, in eisque claudicant. ^{ἑτεροσκελῆς} & ^{ἑτεροπόδας} dicit Absyrto illos qui in alteram partem vergunt seu inclinant. ^{ὑψύχων} Homero ^{ἑταύχων} est ille qui cervicem attollit. ^{ἑτερόβληθον}, qui dispares maxillas, unam nempe duriorum, alteram molliorem habet. Ex *accidentibus* color nobis aliquot præbet differentias, alia prætermittimus. Hujus ratione sunt, *maculati*, *trabeati*, *transstra-*

beati, *unicolores*, *albi*, *nigri*, *spadices*, *balliardi*, *cerulei*, *parvi*, *heterophthalmi*, *aetogenes*, & *alphorynchi*. *Maculati* ^{ἀσπίδες} Oppiano inprimis maximis nigris maculis & zonis, seu per crura extensis, seu per dorsum, seu in collo distincti, nobilissimi habentur, eoque præstantiores fore creduntur, quo natura in his ordinem quandam servasse videbitur, seu numeri seu paritatis ac loci, seu rectitudinis: post hos sunt qui maculas rubras aut rubiginosas habent. Ad hos spectant *Scutulati*, qui oblongis tæniis ornantur; *Guttati* ^{σύνδρα} qui rotundis fasciantur, ut pantheræ: & *Variiegati*, ^{ποικιλοδέρμους}, *pice* nonnullis, alii Homeri ^{αἰθόρατοι}, qui pice instar albo & nigro variant. *Trabeati*, dextros ambos aut sinistros pedes albos habent, & pessimi esse censentur. *Transstrabeati*, alternatim pedes habent candidos, & omnium deterrimi sunt. Causa utriusque quod illorum pedes in utero materno juncti fuerint, ob id simul contraxisse maculam. *Unicolores* Palladius admiffarios legi jubet. *Albi* Claudio sunt veloces, Platoni laudatissimi. Cæsius habent oculos, quod cum hi triplici ratione distinguantur, nigro, caprino, & cæσιο, corporis totius colorem, oculi quoque color consequatur. *Nigriscantes* laudibus efferuntur, maximè si in fronte, vel asteriscum, vel lineam albicantem, vel denique altero pede, candoris aliquid habeant. ^{αἰθόρας} Homeri quidam interpretantur, id est nigros & quasi igne exustos quales ^{αἰθόρας} & ^{πυρραμπίαις} in apro-rum venatione commendat Oppianus. *Spadices*, sunt sanguinei fulgoris, à colore palmei furculi. Alii palmatos vocant, Varro badios, Cassius Medicus balios, nonnulli Castanei coloris, & balliardas. *Ceruleos* Becanus celeres facit. ^{παραῖς} equos ^{τὸ χεῖμα πυρρῆς}, Hefychius & Varinus vocant. *Heterophthalmi* oculos habent, aut non æquè magnos, aut alterum altero humiliorem. Lacuna malè monoculos vocat. Parthi eos fortè probabant, quod pavidi & fugæ aptissimi essent. ^{ἀσπίδες} à genitiva quadam macula quam in armis & cocco referunt, Absyrto dici putat, Sarmatæ eos ut probos adsciscunt: illos verò, qui aquilinam notam ponè ferunt circa coxas & caudam, (iidem hi cum superioribus nam ^{αἰθόρα} aquila est) rejiciunt. ^{Ἀλφωρύγχοι} denique, tardius fenescere dicuntur.

Paul. Venet. l. 1. c. 65.
Michov. l. 1. c. 6.

CAPUT II.

De Asino.

EQuum excipit Asinus, despectum quidem, sed non minus utile jumentum. Incredibili sanè lucro dominus fuisse memoratur, compertumque tradunt, fuisse asinam quæ omnium prædiorum fertilitatem superarit: siquidem in Celtiberia visum est, singulas asinas quadringentis millibus nummorum fuisse enixas, ut apud Plinium legimus. Non est ergo mirum à Q. Axio Senatore quadringentis nummis asinum emptum: & Heliogabalum eosdem tanquam magna dona P. R. distribuisse. *Nomen* apud Latinos sortitus est, non ab a & sinos, ut esset quasi sine sensu animal, ut Bartholomæus Anglicus nugatur: sed à sedendo, ut Isidorus scribit, quasi assedum dicas: vel potius ab Ebraico Ason, quod ipsum asinum significat. Græcis est ἄσινος, παρα τὴν ὄντισιν, quod nostra opera juvet; nisi melius à livido colore ita dicatur, à quo & asello pisci, nomen inditum arbitrantur. Dicitur Cyrenensibus βριλός ab improbitate; Aristophani βόπυλον, quasi bovis instar stupidus; Nicandro βρομῆς ruditor; & à nimia vocis absurditate μεγάμυθος; Eustathio & Suidæ κείθων, à clitellis, & κείθωνος, Hesychio κείθων, quomodo & Dores eundem appellant. Aliis κείθωνος, κείθωνος, quod ei ilia albicent; μέμυθων, βρομῆς Cyrillo, μυχός, quod tamen vocabulum Phocenses, non nisi τῶ ἐπὶ ὀχείαν περιπαθεῖν tribuunt, qui & κείθων vocatur; ὀκείθων, agrestis nempe, ὀκείθωνος à ruditu; dicitur. *Descriptionem* si spectes, aures ipsi pro portione totius longissimæ & latæ; labia crassa: caput magnum: in collo & pedibus, nigra quædam lineæ, quas Hesychius μάκλις vel μάκλις vocat: In tergoreis exordio, crucis effigiem gerit, quo etiam loco quàm juxta renes, onera difficilius portat, quod ossa sint minus robusta. Pilus corporis duriusculus & lanificio ineptus. *Ilia* alba. *Membrum genitale* præ cæteris quadrupedibus grande. Nicander κεραιάν, quæ propriè est κεραιάν κεφαλαίων, vocavit. *Dentes* priores mense trigesimo tum mas tum fœmina amittit: secundos sexto: quòd si non prius peperere quàm decidant postremi, sterilitas certa. *Cutis* ei durissima & solidissima ut vix sustinere sentiat. *Cor* portione maximum ut omnibus timidis, aut propter metum maleficis, ut ait Plinius. *Sanguis*, crassissimus, pinguis, & nigerrimus. *Quantum ad locum*, Nomades asinis carere propter regionis frigus scribit: itaque in Septentrione paucos invenias. In Italia, Gallia, Germania, Græcia, haud pauci, ut in Differentiis dicemus, habentur. *Cibus* ipsi vilissimus. Nam & eo rure quòd pascuo

Plin. H. N. l. 8. c. 43.

Descriptio.

Locus.

Cibus.

caret contineri potest, exiguo & qualicunque pabulo contentus. Quippe vel foliis spinisque, vel perticis salignis alitur: vel objecto fasce sarmentorum. Paleis verò quibus ferè omnes regiones abundant, gliscit. Ideò Tzetzes maximum urbis excidium indicaturus, vereri se, acutè dixit, ne asinus eam depascat. Delectatur & ferula, quæ aliis animalibus venenum est; & ficibus, quas cum devorasset, & verò puer ut vinum asello daretur postulasset, in tantum cachinnum Polemon, vel Chrysippus resolutus est, ut eodem perierit. At in Christiani Moguntini Episcopi, teste Krantziò, asinos, tantæ impensæ factæ, quantæ in potentissimi Principis familiam alendam impendi possent. Adjunt etiam potu aquæ pinguescere, & excubo eo magis proficere, quo plus biberint. *Maximè* libidine pruriunt, id & Ambraciotarum æneus asinus, quem Delphis dedicaverit, postquam victoriam de Molossis, pugnâ nocturnâ, reportassent, ostendit. Segnes tamen esse & infæcundos, ob tantam veretri enormitatem, pro comperto habetur. Ideò Ægyptiis exosos Ælianus prodidit. De generatione ita Plinius: Partus à trigesimo mense ocysimus, sed à trimatu legitimus, totidem quot equæ & eisdem mensibus & simili modo. Parit duodecimo mense; singulatim magna ex parte procreat prolem: eâ namque naturâ est, ut unum pariat, sed nonnunquam gemellos etiam edit, rarissimè tamen. A partu die septimo mari jungitur, eodemque die juncta, maximè recipit initum, sed postmodum etiam patitur. Solet hæc, nisi priusquam gnomonem amittat pepererit, nunquàm postea initum recipere: sin antea pepererit, parere tota sua ætate potest. Gignit totâ vitâ, quæ ei est ad trigesimum annum. Prægnantes opere levant. Venter enim labore nationem reddit deteriorem. Marem non disjungunt ab opere, quòd remissione laboris fit deterior. Admittuntur antè solstitium, ut eodem tempore alternis annis pariant: duodecimo enim mense conceptum semen reddunt. *Huc usque Plinius.* Dolent eis à fœtu mammæ; ideò sexto mense arcent partus, cum equæ anno propè toto præbeant. Lac gravidæ habent mense decimo; vel ut Plinius, prægnantes continuò lactescunt. Pullis ubi pingue pabulum, biduo à partu maternum lac gustasse lethale est. Genus mali vocatur *Colostratio*. Hana socer Esau primus equis asinos copulavit: sicque isti se gerunt, ut si asinas, quas equi inivere, supervenerint, semen, propter ejusdem sine dubio frigiditatem, pervertant. Quòd facile implent, membri, ut Cardano visum, productio in causa; quâ ad intima uteri equæ penetratur. Observatione dignum, quod tradit Plinius, ad mularum maximè partus, aurium referre in his & palpebrarum pilos dici. *Quamvis* enim unicolor

Colu-mella R. R. l. 7. c.

Krantzius Sax. l. 6.

Generatio.

Ælian. H. A. l. 10. c. 28. Plin. H. N. l. 16. c. 20.

Genes. c. 36.

toto


Asinus Esel




Asinus Esel



Mulus Maul Esel





Inimicitia. roto corpore, totidem tamen colores quot ibi fuere, reddere. *Inimicitias* cum Ægitho, & Spino avibus, ex plantis cum cicuta, gerunt. Spinētis se scabendi causa atterens, nidos agithi dissipat: quod adeo pavet, ut voce omninò rudentis audità, ova ejiciat, pulli ipsi metu cadant. Igitur advolans ulcera ejus rostro excavat. Spinus ideò eos odit, quòd flores spinæ devorent, is in spinis degat. Cicutam si in Hetruria depascantur, profundissimo somno & torpore corripiuntur, ut planè mortui videantur. Scaliger testatur, multos ex ejus esu oscitantes, deinde in anfractuofos gyros circumactos concidisse. Quæ de corvo, lupo, scorice, & equo dicuntur, manifestam rationem habent.

Amicitia. *Amicitiam* verò cum scorpio, & vitis palmite colit. De illo ita Merula. Si percussus à Scorpio, superasino rectus desideat ad caudam, pro ipso dolorem sensiturum asinum: ejusque rei signum esse, quòd pedendo moritur. Vel si is, quem Scorpio pupugerit, in aurem dicat asino, Scorpius me pupugit; non amplius doliturum dolore in asinum transeunte. Abrafo verò ab asino vitis palmite, vindemiam inde ferociorem provenisse, observatum est: idque cum multa secuti diligentia mortales, latiore sibi proventum quotannis compararunt. Stygis aquam non nisi ungula asini pati; & Empedoclem utribus ex coriis asinorum flatus Etessarum validos compefcuisse, nescio an inter sympathiæ exempla recenseri debeat.

Vita. *Vitam* ad trigessimum producant annum, nisi nimis laboribus exhauriantur. Fœmina vivacior mare est. *Vox* ipsorum ruditus & oncatio, ut Scaliger voluit. Sed & *ἄριστος* & *μυδιόπαι* de asinis prolata invenies. Soli inter animalia pilosa, non à pediculo tantum, sed etiam à redivio immunes esse dicuntur. Laborant & catarrho & bulimo; & hoc maximè, si caricas & mala gestaverint. Illum *Malida* vocant, quod vitium in capite oritur, facitque ut per nares pituita multa ruffaque effluat, quæ si ad pulmonem descenderit, mori feruntur. Ælianus author est Maurusios asinos primum ut se in viam dederunt, incredibiliter incitata celeritate iter conficere, ut evolare non excurrere videantur. Deinde eos citò fessos de via, & pedes & spiritum deficere, ac pedum tarditate ad currendum constrictos insistere, & acerrimas lachrymas profundere. Claudicationis remedium vide apud Aldrovandum. Quod ab aqua sibi, ut Plinius, prodidit cavent; ita omninò, ut pedes tingere metuant: quod mirum dictu fitiant, & si immutentur aquæ, ut bibant cogendi exonerandive sint: quòd rictu labiisque latè ductis & dentibus deformiter denudatis irridere videantur: quod mingant ubi alii prius minxerunt, aut super fimum: quod mensibus multò ex proportione minus pur-

gentur: quòd cum bibunt parcè admodum os mergant, propter aurium sine dubio umbram: quòd denique tam exquisiti sint auditus, ut præter solos mures cæteris animantibus eo præstare dicantur, ad *Naturam* eorum pertinet. Singulari *stupiditatis* privilegio damnatos esse, omnes norunt, ita ut hujus vitii homines nomen asinorum meruerint, de quo prolixè Aldrovandus. Doceri tamen posse, aliquot exempla comprobant. Scribit quippe Cardanus ex Leone Africano, asinos ad tibiam saltare, & voce in aurem insufurrata spontè supinos concidere: clausis oculis inflari quasi venenum bibissent, nec minis interim, nec precibus, nec verberibus adduci posse ut surgant: Cæterum blanditiis adulationibusque ac spè potissimum vehendi formosas mulieres proposita, subito alacres exsurgere: ubi verò audierint vehendos esse annis, demissis auribus se claudos simulare. Interrogati etiam an formosæ juvenculæ illis placeant, capite annuere: demum etiam formosissimum in cœtu adstantium, deligere. Similia ferè de circulatoris Johannis à Grua asina, oculatus testis Gesnerus prodit. Asina, inquit, ter primum prosoni diversitate tripudium immutabat: tripudiabat autem anterioribus pedibus erectis summa cum alacritate: mox velut gaudio in maximum converso mœtorem, in terram se prosternebat, ac velut apoplectica immobilis jacebat, & si pedibus calcaretur, ut se moveret, adduci non poterat: dein jussa ut spectatores omnes salutaret, oculos caputque erga omnes humano velut more convertebat, flexisque anterioribus pedibus salutabat: & quod maximè mirum erat, cum adstantium omnium stupore, ad nutum heri, per ligneum circulum trajecto corpore saltabat, ad canis imitationem: postremò more canis sagacis, projectum in terram vel sudarium vel chirothecam colligebat, & domino referebat. Tantis in iisdem foetus sui amor est, ut per ignes etiam ad eos accedant; tantus erga genus suum, ut si viderint mori, animo deficient: observatumque est, asinam impendio cavere, ne vul in conspectu hominum, vel in luce pariat. Ponderis magnitudine imparem se esse, ostendit, aures demittendo. Fuisse carnis asinæ in *Cibus* usum Galenus testatur: sed & historia Caroli V. ab Hispanis aliquando comestam. Novimus etiam in obsidione Veronæ Anno M. D. XVI. cum vix lentem & fabam in quotidiano usu haberent, in deliciis fuisse. Infesto quoque Natalitiorum integer apud Persas assabatur, inter regias epulas census. Mecœnas verò, referente Plinio, primus pullos asinarum epulari instituit, eo tempore onagris prælatos: post eum interiisse auctoritatem saporis. Pessimi esse saporis; & concoctu difficillimas, stomachumquè lædere, ii qui vescuntur, testari

Ingenium.

Johannes Leo in descript. Africæ.

Gesnerus Hist. Quadruped. de Asino.

Usus in Cibus. Galen. l. 3. de Aliment. facult.

Plin. H. N. l. 8. c. 43.

Ufus in
Medicina.

Galen. 1.
6. de
tuenda
fanit.

poterunt. Medici *Lac*, *Sanguinem*, *Carnem*, *Iecur*, *Renes*, *Lienem*, *penem*, *testes*, *ungulas*, *lichenem*, *urinam*, & *stercus*, in usum traxere. *Lac* Galeno tenuissimum; si ad jumentorum quæ apud nos mulgeri solent lac comparetur: crassum, si cum camelino & equino conferas. Nisi ita distinguas, contradicere sibi dicendus est: cum & Plinius tenuissimum lac camelis esse scribat, mox equabus, crassissimum asinæ, ut coaguli vice utantur. Optimum verò erit, si asina fana sit, bene nutrita, juvenis, nec longè à partu. Tabidis, à quibusdam Medicis ita exhibetur, ut ipsimet id exugant, ne quid à nativo tepore remittat. Galenus melle mixtum, juveni cuidam, qui ferè contabuerat, à balneo statim exhibuit. Idem stomachum exulceratum per se potum reficit: & ad tussim, extenuationem & sputum sanguinis commendatur. Si doleant ubera, lactis ejusdem potu mulcentur, ut Plinius tradit; si verò addito melle fumatur, purgationes mulierum adjuvat. Capiti tamen infirmo, & vertigine laboranti non convenit. Privatim contra gypsum, & cerussam, & sulphur, & argentum vivum prodest. Gargarizatur quoque faucibus exulceratis utilissimè. Sunt inter exempla, qui lac asinum bibendo, podagrâ, chiragrâve liberati sunt. Alii verò feri asinini potu, eosdem cruciatus evasere. Conferre aliquid & candori in mulierum cute existimatur. Poppæa certè Domitii Neronis conjux, quingentas secum per omnia trahens fâtas, balnearum etiam folio totum corpus illo lacte macerabat, extendi quoque cutem credens. *Sanguine* fluxum sanguinis ex cerebro sedari, sunt qui dicant. Plinio verò, est genus febrium quod amphemerinum vocant, hoc liberari tradunt, si quis è vena auris asini, tres guttas sanguinis in duabus heminis aquæ hauserit. Eundem post aures captum, Hartmannus in mania vehementer commendat. Linteola munda, nulli usui ante exposita. in eo macerantur & exsicantur. Ex his portio in haustu aquæ fontanæ maceratur, & aqua ebibitur. Idem de *Carne* Ælianus testatur. Tradit enim Bathylin Cretensem rabie periclitantem, ab hoc gravissimo malo asininae carnis imperato usu, restituisse. Phthisicis easdem mederi Plinius prodidit; hocque genere maximè in Achaja curari id malum: quod & apud Avicennam legitur. Sed & contra comitalem morbum bibendam dari, idem author est. *Iecur* etiam comitialibus esu prodest, sed jejunis edendum præcipitur. Ali admixtâ modicè panace, ori instillandum docent, *Lien* ad lienis vitium tam efficaciter datur, ut triduo fentiat utilitas. Idem contritus, & ex aqua impositus, mamillis lac provocat, Si Sexto credimus. Inveteratas vulvas suffitu corrigit, ut Plinio placet. *Renes* triti & in vino mero dati, vesicæ medentur, & uri-

Plin. H.
N. l. 23.
c. 5. 28.
c. 12.

Plin. H.
N. l. 11.
c. 41.

Plin. H.
N. l. 11.
c. 41.

Plin. H.
N. l. 28.
c. 16.

Hartmann. in
Praxi
chymiat.

Plin. H.
N. l. 28.
c. 16.

næ incontinentiam prohibent. Cinere *genitalis* spissari capillum putant, inquit Plinius, & à canitie vindicari, si rasis illinatur, plumboque tritis cum oleo. *testis* dexter in vino potus, vel brachio adalligatus, ad coitum stimulat. Uterque contra fascina valet. *Pellis* injecta impavidos infantes facit. Anulus ex *Ungula*, in qua nihil sit nigri, ab epileptico gestatus, prohibet ne concidat. Cinis per dies multos potus eosdem adjuvat, & oleo subactus strumas discutit. Tarentinus illis ad multos pisces capiendos pro esca utitur. *Lichen* combustus, tritus, & ex oleo vetere impositus, tam validus est in producendis capillis, ut si mulieri inde maxillam unxeris, barba ei nascatur. Ex aceto illitus lethargicos excitat. *Urina* cum suo luto illita, & clavos abolet, & callis medetur, ut Marcellus prodidit. Savanorola in narium foetore utilem esse scripsit. Dioscorides nephriticis mederi in potu. Ideò ab ea minimè sibi temperavere antiqui. De *Stercore* ita Plinius. Fimum asinini pulli, quod primum edidit à partu, poleam vocant. Syri dant in aceto mulso contra lienis vitium. Idem cæliacis & dysentericis confert: in sapa decoctum, colo magnopere prodest: datum fabæ magnitudine è vino, medetur morbo regio intra diem tertium. Eadem & ex equino pullo similiterque vis est. Idem ad sanguinem fluentem adhibetur. Tarentinus in Coriandri succo madefactum, & cum similagine in massas redactum, ad trachuros melanurosque capiendos summo prodest. De usu in oneribus ferendis, in mola, & bello ad aratrum &c. taceo. Hoc addi potest, tibus ex ossibus asininis fieri, & argutiores cæteris esse: ex corio cretato palimpsestos, ex pilis pannos apud Arabes; parari. *Differentias & Genera* aliquot sortiti sunt. Dantur *Mysii* à Mysiæ regione ita dicti, quibus parrarò recta sunt ilia. *Varii*, qualem Turcarum Rex Ferdinando Regi Neapolitano misisse, Pontanus author est. Miraculoso erat pilo, virgato corpore, diversicoloribus ac paribus lineis. *Parvi*, quales Illyria, Thracia, & Epirus proferunt. *Magni*, quales Antron Thesaliæ urbs producebat. *Veloces*, quales apud Euphratem Xenophon inventos fuisse ait, qui equos cursu facile superarent. In Ægypto verò eam esse asinorum tolluntariorum tum patientiam tum velocitatem, Scaliger scribit, ut XL. M. passuum diei unius opera expediant absque ulla noxa.

Plin. H.
N. l. 10.
c. 19.

Plin. H.
N. l. 26.
c. 16. &
28. c. 15.

Plin. H.
N. 28. c.
16.

Differen-
tiæ.

Scalig.
Exercit.
117.

CAPUT III.

De Onagro.

ONager, asini sylvestris nomen est, Græci *ὄναγρον* dixere, quasi *ὄνον ἀγρον* seu *ἀγρον*

De-

Onager Aldro Wald Esel



Monoceros seu Unicornu Tubatus
Einhorn mit mahnen



Monoceros seu Unicornu aliud
Einhorn mit mahnen ein andr art





Onager Wald Esel



Lynx Marinus
Meer Wolff



Capra Sylvestris wild Geiß art





Niceph. H. Eccl. l. 9.

Describere eum videtur Nicephorus Callistus agens de India, cum dicit. Hac eadem regio, & asinos feros, magnitudine ingentes fert, pelle mirificè præter morem versicolores, albo scilicet & nigro colore admodum inter se varietatis. Et zonæ quædam à summa dorsi spina ad latera & ventrem demissæ, atque ibi divisæ, & conversionibus quibusdam inter se implicatæ, mirificam & novam efficiunt plicaturam & varietatem.

Oppian. Cyneg. l. 3.

Oppianus argenteum colorem illi adscribit, quod Gesnerus de cinereo splendido sumit, eodem *ἰσώβητα* pertinere existimat. Quod rotus albus non sit exinde patet, quod Oppianus addat, nigram lineam per mediam spinam decurrere, hinc atque hinc niveis pulchrè distinctam corollis. Pelles ipsorum *ἰσώβητα* dicuntur, teste Suida. *Degunt* in solitudinibus, locis inprimis petrosis & præaltis, in Africa, Lycaonia, Narsinga. In Lycia montem qui Cappadociam ab ea dividit transire negant. Garamantes eos maxime venantur, si Luciano credimus. In Pfsara Ægæi maris insula, species habetur, quæ aliò translata non vivit. Apud Scythas non haberi quidam volunt. At Strabo apud Mæotidis paludes incolas venationem eorum institui reliquit. *Aluntur* herbis, virentibus, inprimis, in quas si inciderint, præ gaudio rudiunt, nec ab iis, etiamsi insidiis se peti viderint, avelluntur. Unde fortè Strozæ segnes dicti. Oleribus maxime delectari, miraculum ab Hieronymo in vita Hilarionis ostendit. *Naturam & mores* quod concernit. Isidorus & Bartholomæus Anglicus æquinoctio verno, per singulas noctis & diei horas semel rugire, inde æquinoctium cognoscere scribunt: quod potius Cynocephalo competit. Homine conspecto in iisdem stare vestigiis; mox rudentes immotis anterioribus pedibus, posterioribus calcitrare, Scaliger prodidit. Ubitam propè venator accessit, ut manu queat contingere, fugâ se subtrahit. De eorum zelotypia ita Plinius & Solinus.

Natura & Mores.

In hoc genere singuli imperitant gregibus fœminarum. *Æmulos* libidinis suæ metuunt. Inde est quòd gravidas suas servant, ut in editis maribus, si qua facultas fuerit, generandi spem morfu detrucent; quod caventes fœminæ, in secessibus partus occulunt, & furto parere gaudent. Sitis impatientes, ex sacris literis colligimus. Nonnulli pro mulorum procreatione, onagros prius mansuefactos eligunt. Mansuecit hoc animal facillimè, nec, cicuratum, ad pristinam solitudinem redit. Carnem Ongrorum amaram Ælianus voluit; Galenus, bono habitu præditorum ac juvenum, cervinæ & bubulæ propinquam. Scaliger, dum calet, fætere; refrigeratam neque olere neque benè sapere. Plinius verò scribit Mœcenatem pullos asinorum epulari instituisse, multumque eo tempore fuisse onagris prælatos, post eum ta-

Plinius H. N. l. 8. c. 44.

Ufus.

Scalig. Exerc. c. 206. l. 4.

men, interiisse auctoritatem saporis. Medici *fella* super abscessuum vestigia utiliter illinunt, admiscuntque emplastris contra ignes sacros, si Avicennæ credimus. *Adeps* cum oleo costino ad lumborum & renum flatulentiam commendatur. *Caro* dorsi cum oleis articulis dolentibus utiliter applicatur. *Urina*, teste Avicenna, calculum in vesica frangit. *Medulla* inuncta podagras curat, & dolorem extinguit. Fimus cum vitello ovi permixtus fronti illinitur, ut sanguis erumpens sistatur. Idem cum felle bublo inunctus, capillos crispat. Saliger duo nobis *Genera* describere videtur, dum ait. In monte qui Narsingæ regnum dividit à Malabaribus, multæ feræ habitant. Alit idem onagros equi facie, colore cinereo, agiles adeò ut capi haud facile queant. Africanis quoque ea est celeritas, ut cursu illi uni cedent feræ, quam *Lant*, vocant.

Genera Scalig. l. c.

C A P U T I V .

De Mulo, & Zebra Indica.

MULI nomen quatuor animalibus commune est. Mula enim non solum ex equa & asino, sed ex asina & equo, itemque onagro & equa, Columella prodente, generatur. Ex asina & tauro Gratianopoli in Gallia, sub nomine Jumar, habentur. Qui ex equo & asina nascuntur, mares, *Hinnulos & hinnos* secundum Plinium antiqui vocabant: contraque mulas, quos asini & equæ generent. Varro tamen ex equa & mulis tales dici putat, si Nonio credimus. Fortè sunt Martialis pumilii. Hinnus enim (verba sunt Varronis) ex equo & asina procreatus, minor est quam mulus corpore, plærumque rubicundior, auribus ut equi, jubam & caudam similem asini habet. Cæterum Muli nomen, ex Græco tractum existimat Isidorus, ex eo scilicet, quod iugo pistorum sabactus, tardas molendo ducat in gyrum molas. Melius vel à *μύλον* labor, vel ab Ebraico *Maal*, quod prævaricationem significat, deduxeris. Laboriosum quippe est animal; & per quandam ordinis naturæ transgressionem, quod Græcis est *μυλωδον*, nascitur. Apud Græcos plurima sortitum est nomina. Dicitur namque *ἡμίονος*, quod ex asino & equa originem ducat. *ἀσπράθον*, à robore corporis; *ἀζονομήχον* à sterilitate; *ἰσπερίονον ζώνον*, quod ex diverso semine nascatur; *σπρίον*, *ζώνον*, *ἡμιονοειδής*, *ἐλάκας*, quod tamen mule duntaxat competit, ut *ἰσπρίον* mulo; *ἀσπρίον*, quod *ἰσπρίον* laborare magis possit, quam cætera jumenta; *ἰσπρίον* *παρὰ τὸ ἰσπρίον*, *ἰσπρίονον ὄντα*, ἢ *ἰσπρίον* *τὸ ζώνον*, *ἀσπρίονον*. *Ὀπρεα*, denique *σίνον*, & *σίνον*, de quibus consulantur Lexicographi. Cum equam habeat matrem, asinum patrem, partim matri, partim etiam patri similis est; magis tamen patri quàm matri, cuius quoque

Nomen.

Columella R. lib. 6. c. 36.

Plinius H. N. l. 8. c. 44.

Varro R. R. l. 2. c. 8.

Descriptio.

que vocem refert. In Hinno omnia contra se habent. *Auricula* ipsi asini instar longæ, eademque procomii loco ad oculos defendendos, ut ait Xenophon, accepit; crux in humeris, *pedes* exigui, & *corpus* macilentum, reliqua sunt equi, nisi quod cervix erecta non sit. *Dentes* triginta sex uterque habet, καὶ τὰς προποῦδας, seu agnatos & annexos, ut Ruellius vertit. Mutari eos ex Aristotele notum est. In quorundam corde os inventum esse tradidit Hierocles. *Felle* caret, ut solidipeda omnia. *Locum* si spectes, lædi calidis & obscuris ajunt, & quodammodo amentes reddi: gaudere verò stabulari sub dio, tectique, vel tantum illis sufficere, si caput solummodò operiatur: cætera ab aère non offendi. Nulli sunt in Arabia Felice, Anglia, Scotia, Polonia, finitimisque regionibus. In Eleo agro ex imprecatione quadam gigni non potuisse, Herodotus prodidit. Carebant illis & Orientales Indi, ut refert Franciscus Lopez. In Scythia nec incipientem quidem hyemem ferre. Insula quædam, Diodoro Siculo, nutrit quidem aliquos, sed eos magno & sonora voce. Abundat eis Themista, teste Strabone. Cappadoces duo millia Persis quotannis solvebant. Persiam, Mesopotamiam, & Babyloniam iisdem refertam, vel exinde patet, quòd Alexander M. Sufis captis, ad tria millia abduci curaverit, qui & doctores & jugales essent. *Vescuntur* frugibus & herbâ, potu maximè pinguescunt: ad maciem depellendam nihil Medicâ nobilius: ex frequentiore Hordei usu hinniunt. Vigent à dentium ortu, & ad multos annos vitam producant. Quendam octogesimum annum egissè cum templum Athenis ædificaretur, quidam authores produnt. An steriles sint, disputatur inter authores. Aristoteles ita de Mulo. Mulus mas septennis duntaxat generat, ut ajunt: fœmina improlis omninò est, quia perducere ad finem, quod conceperit, nequeat: sed mas generare interdum potest, quoniam & calidioris naturæ quam fœmina mas est, & nihil corporis per coitum confert ad generationem: quod autem facit, *ginnus* est, quod mulus oblæsus & pumilus est, ut in porcis *metachærum*. Idem de Mula apud Juvenalem invenies. Prodiderunt tamen non dissimulandi Authores M. Varro, & ante eum Dionysius & Mago, mularum fatus regionibus Africæ adeò non prodigiosos haberi, ut tam familiares sint incolis partus earum, quam sint nobis equarum. *Causam* sterilitatis in libris de Natura explicabimus. *Odorandi* sensu præcellere, atque ejus beneficio derelictos alicubi vel odore solo in semitam redire, proditum à quibusdam. Hinc fit ut facilius vim tabidam aëris concipiant, & peste inficiantur, quod & canibus accidit. *De Morbis* vide Aldrovandum. *Symphatia* ipsis cum

nantibus avibus, sive hæ anseres sive anates, singularis, eorundemque conspectu sanari dicuntur. Contra Rhododaphnes flores & folia homini saluberrima, venena ipsis sunt. Iphis verò mulis nescio quid inest muribus exitiale. Si enim muli ungula sinistra domus suffiatur, fugantur. Semper cicures sunt. Fœminas vivaciore esse compertum quàm mares, eademque ferius senescere. Eadem urinæ profluvio purgantur: mares olfactu urinæ prius senescunt. Volutationi indulgent, ut à lassitudine recreentur. A patre patientiam laboris, à matre celeritatem accipere. Ab illo & audaciam mutuârunt. Scio, inquit Varro, mulorum gregem dum pasceretur, eoque venisset lupo, ultro mulos circum fluxisse, & ungulis cædendo occidisse. Expavescunt tamen rerum insolitarum visu, & quidem ita ut in discrimen adferant. Calcitrant contumacissimè. Visus qui uno domino excepto, cæteros non admitteret. Pertinaciæ sunt infamis. Vidi, cum Romam Neapoli tenderem, quæ nulla ratione ut præiret cogi poterat. Ab aliis destituta, procubuit, nec quidem sine nostram omnium risu, & infidentis sacerdotis indignatione. De astutia exemplum apud Plutarchum in mulo Thaletis habes: de beneficii memoria apud Plinium. Mulum, inquit, octuaginta annis vixisse, Atheniensium monumentis apparet: Eo gavisi cum templum in arce facerent, quod derelictus senecta, cadentia iumenta comitatu nisuque exhortaretur, decretum fecere, quo caveretur, ne frumentarii negociatores ab incerniculis eum arcerent. Non calcitrare cum vinum biberint, quidam scripserunt. De veritate rei alibi agemus. Magnæ sunt contra venena efficaciam. Infusus recenter occisi ventri, qui veneno infectus est, evadit, si tam diu manserit, donec calor animantis omninò evanuerit. Eò tutius evasurum, si pluribus usus fuerit, fuisseque Principes qui triginta & quadraginta impendio, mortem censerint, Maranta author est. Pulverem in quo semula volutaverit, corpori inspersam ardorem amoris mitigare à quibusdam apud Plinium proditum. Cor, testes, renes, caro, fordes aurium, sterilitatem inferre dicuntur. Cogunt concipere invitas, inquit Plinius, setæ ex cauda mulæ, si junctis evellantur inter se colligatæ in coitu. Stercus combustum, tusum, ac cibratum, vino dilutum, in fluxu uterino Hippocrates bibere jubet. Genera quod attinet, duplex genus Aristoteli fuit notum. *Sterile* nempe, de quo jam egimus, & *fœcundum*, de quo ipse ira. Sunt in Syria quos mulos appellant, genus diversum ab eo quod coitu equæ & asini procreatur, sed simile facie: quomodo asini sylvestres, similitudine quadam nomen urbanorum acceperunt. Et quidem, ut asini ipsi feri, sic muli præstant celeritate.

Varro
R. R.
l. 2. c. 8.

Plutarch.
l. Utr.
animal.
Plinius
H. N.
l. 8. c. 44.
Aristot.
H. A.
l. 6. c. 24.

Usus.

Plinius
H. N.
l. 8. c. 45.

Genera.
Aristot.
H. A.
l. 6. c. 35.

Pro

Locus.

Strabo
Geogr.
l. 11. &
12.

Cibus.

Genera-
tio.

Aristot.
l. 2. de
Generat.
c. ult.

Varro
l. c.

Odoratus.

Sympa-
tia &
Anipa-
tia.

Zebra Indica
Indianisch Maulthier




Equus Indicus
Indianisch Pferd



Equus Hirsutus
Rauh Pferd



Tab. 4



Elephas

Elephant







Elephas

Elephant

Tab. VII

Eleph. Ind.



Eleph. Ind.

Elephas

Elephant



1774
W. & A. S.



Procreant ejusmodi mulæ suo in genere, cujus rei argumento illæ sunt, quæ tempore Pharnacis patris Pharnabazis in terram Phrygiam venerunt, quæ adhuc extant: tres tamen ex novem, quot numero olim fuisse ajunt, servantur hoc tempore. Theophrastus vulgò parere in Capadocia tradit, sed esse id animal ibi sui generis. Mulo per omnia similis est *Zebra*, nisi quod fecunda sit. Fimbriatis autem lineatisque pilis miro aspectu videri. Etenim à dorsi spina ad ventrem usque, pictas habet lineas triplici colore, nigras nempe, candidas, ac fulvas, justâ proportionem dispositis fimbriis, ac tres ferè digitos latis. Sylvestris est gregalis, & pernici cursu incluta: possidetque, cicurata, in equi locum succedere. Mulam fœcundam Aristotelis quidam esse opinantur. Ita de ea Pigafeta. Nascitur quoque in hoc tractu, (Congo) ut & in aliis Barbariæ & Africae locis, animal aliud *Zebra* dictum: quod cum mulæ quoad formam & staturam sit simile; mula tamen, (parit enim) non est, & colore non tantum à mula, sed etiam ab omnibus aliis animalibus differt. Tribus enim diversis coloribus, nigro, albo & spadicio, qui per lineas tres digitos latis, corpus à dorso versus ventrem hemicycli in modum abiunt, per totum corpus distinctum est, caudâ colore rubicundo & lucente. Pes & ungulæ ut mulæ, incessu alioqui levi & alacri similes equo, quem rursus velocitate multum superat, ita ut Lusitanorum proverbio ansam præbuerit, qui, cum celerem aliquem dicere volunt, *Zebra* velociorem dicunt. Parit quotannis, unde & maxima habetur copia; sed incolis, qui eâ uti nesciunt, est inutilis: equorum eum loco ipsi tam pace quam bello esse possent, naturâ eas equorum loco, quibus hoc regnum destituitur, subministrante. Incolæ verò ignari, cum equos non habent, & boves jugo subdere nesciant, zebras insuper domare & frænare non valeant, variisque aliis animalibus uti non possint, hominum ad hæc omnia operâ uti coguntur. Atque ita ut omnia hominum superimponuntur humeris, ita quoque ipsi ab hominibus vel in lecticis, aut sedibus portatilibus à Sole coopertis circumferuntur, ad manus semper servos aut alios ad id conductos habentes. Et si magnum aliquod iter brevi tempore est absolvendum multos tales quasi *αγρωποφύρας* circumducunt, ut prioribus defessis, alii atque deinceps alii possint substitui; qui etiam ita alternatim subinde mutati, tantæ sunt celeritatis ut equos cursores antevertant. Tantum Pigafeta.

C A P U T V.

De Elephanto.

Datur & Elephanti inter *μινύχου* locus. Et si enim ungula ejus in digitos

videatur efformari, quia tamen indivisihi, nescio quomodo à solidipedibus excludi possit. *Nomen* fortitus est, non tam à magnitudine, quòd formam montis præferat, ut Isidoro apud Vicentium Bellunensem placet: quam vel ab Ebraeo Alaph discere, quòd docilitate reliqua animalia superet: vel ab Eleph bos, quia magnum est animal; & *βέ* augendi vocabulum: vel quasi *ελεφας*, ab *ελες* palus, & *βείνω*, quòd ob gravitatem ibi faciat *πάλαι μίγεις*: vel ab *ελεφαιρα* lædo: vel ab *ελεφω* involvo, quod involutam habeat proboscidem: vel denique ab *ελεφας* albus, quod ebur de colore triumphet. Hesychio & Varrino *πιρίκας* dicitur. Alii simpliciter *Σηπία*, quod Plinio belluæ, vocant. Romani, qui elephantem primùm Pyrrhi Regis bello videre, Lucas boves, appellarunt; seu à Lucania, ubi primò visi; seu à luce, quòd longè propter inauratos regios clypeos; quibus eorum turres erant ornatae, à longe relucere. Indis *Barrum*, à voce dici, Isidorus author est: alii tamen linguâ Sabinâ ita appellari volunt: unde & Ebur vocatum Servius putat. Magnitudo Elephantis diversa est, ut in Differentiis exponemus. Gillius mensus est Constantinopoli quendam, cui erant ab oculo ad extremum tergum pedes undecim, ab oculo ad extremam promuscidem octo. In proceritate alii ad duodecim, alii ad decimum tertium, alii ad decimum quintum dodrantem, accedunt. Aloysius Cadamustus vidisse scribit, plus habentem carnis, quàm tauri nostrates quinque. Nigri sunt omnes præter Æthiopicos: Narsingæ tamen Regem album habuisse, Indicarum navigationum scriptores prodidere. *Cutum* habent cancellatam, seu ut Cassiodorus loquitur, ulcerosis vallibus exaratam: in tantamque duritiem solidatur, ut putes esse ossiam. Ideo Mauri eadem pro clypeo utuntur, & Peguani loco armorum gestant. Durior tamen in dorso quàm in ventre, ut Solinus verè dicat. Durissimum dorso tergus, ventres molles. Pilosane sit an glabra, nec Plinio quidem constat. Alibi enim, setarum nullum tegumentum, ne in cauda quidem præsidium abigendo tædio muscarum, esse dicit: albi verò elephantorum corpora impenetrabiles setas habere (nisi fortè cetras sit legendum) scribit. Cardanus quoque non solum nudam ait, sed & cur talis esse debuit rationem reddit. At Cadamustus sese pilos qui nigricabant, & quasi duorum palmorum mensuram excedebant, evulsiisse testatur. Gillius quoque author est, ad duorum palmorum magnitudinem accessisse. Vartomannus denique, caudam habere similem bubulis, trium fortè dodrantum longitudine, paucis in extremitate pilis prodit & invenitur in descriptione Guineæ istiusmodi caudis muscas ab idolis mulieres arcere.

Nomen.

Martin. in Lexico

Descriptio p. 10.

Plin. H. N. l. 8. c. 9.

Plin. H. N. l. 11. c. 39.

Aldrovand. Hist. Quadrup. l. 1. c. 8. Purchaf-Navig. 1. 7. c. 13. l. 7.

Pigafeta in descript. reg. Congo.

Aldrovandi Hist. Quadrup. l. 4. c. 9.

Ipse denique Plinius, quasi sui oblitus, sic scribit. Indi mirè gaudent longitudine eorum, (smaragdorum) solosque gemmarum esse prædicant, qui carere auro malint; ob id, perforatos elephantorum fetis religant. *Caput* quoque deforme habent: secundum tempora spiramentum quoddam, per quod mas pingue quoddam tempore congressus emittit, idque & foeminæ tum patens, si Straboni credimus. *Aures* pro corporis ratione, secundum Oppianum, exiguæ sunt; quaqua versum gemini palmi magnitudine, subque illis locus, cui Scalpro ictu mallei adacto interficiuntur. Livius Hasdrubalis inventum esse credidit. Apud Sambros Æthiopiæ populos, auribus carere ex Solino & Plinio habemus. *Oculi* quoque magni, sed pro tanti corporis magnitudine exigui apparent; illique graviter se moventes. *Os* in pectore, ut Cadamustus prodidit, atque hoc, non proboscide sugunt, teste Æliano & Aristotele, qui & *linguam* eis esse scribit perquam exiguam, atque interius positam quàm sit in cæteris, ita ut vix eam videre possis. *Dentes* ipsis intus ad mandendum quatuor: præterque eos qui prominent, masculis reflexi, foeminis recti atque proni. Quamprimum nascuntur, habent: sed grandes illos, non tam perspicuos. His cibos conficiunt, atque in farinæ speciem molunt. Sicut sunt in superiore mandibula, & quidem stupenda aliquando magnitudine. Vidit Vartomannus in Sumatra duos, qui appensi, libras trecentas & triginta sex pendebant. Vidit & Cadamustus occisum, cujus dentium amplitudo palmos ternos excedebat, eminebant ad duos palmos. De eorundem magnitudine ita Plinius. Magnitudo dentium videtur quidem in templis præcipua. Sed tamen in extremis Africae, qua confinis Æthiopiæ est, postium vicem in domiciliis præbere, sepesque in iis & pecorum stabulis pro palis, elephantorum dentibus fieri Polybius tradit, authore Gulussa regulo. Gillius sæpe ad longitudinem decem pedum augescere, memorat. Venetus verò mercator, unum aureis triginta sex emisse dicitur, longitudine dodrantum ipsius quatuordecem, crassitudine dodrantum quatuor; tanto pondere, ut humo tollere non potuerit. Sed & Sabellicum authorem habemus, fuisse Firmo, duos elephantinos dentes, tam enormi magnitudine, ut Aurelianus Firmi victor, eos pro miraculo Romam deportandos curaret, longitudinem horum duorum pedum fuisse dicunt. Dentes hos alii cornua dicunt; an rectè, Aldrovandus & Cardanus explicant, nos alibi dicemus; hoc duntaxat hic addere placet, mandibulam inferiorem, edendo solum moveri, superiorem semper quiescere. Quo loco aliis animantibus nasus est, elephantibus habeant partem quandam pen-

dentem, angustam ac longam, adeò ut ad terram pertingat, in fine perforatam, cortilem, flexilem, lubricam, volubilem, serpentis in morem. Latinis dicitur *Proboscis*, *tuba*, *manus*, quod apud Plinium & Ciceronem invenies, manus nasuta, quod apud Cassiodorum, promuscis, quod apud Vitruvium. Græci vocant *προσοκίδα*, *μυκίτρα*, *μυκασμύς*, & *προμαίον*. Is ipsius usus quæ manus. Eâ namque cibos tam ficosos quàm humidos colligunt, capiunt & ad os admovent. Eadem spirant, bibunt, odorantur. Lucretius ideò *Anguimanos* vocavit. *Malleolos* posterioribus imis cruribus, teste Aristotele, possident: sed de *Crurum* flexu aliter alii tradunt. Alii enim crura sine nodis articulisque habere, ossa solida & inarticulata, ideò crura tibiaeque flectere non posse, & si cadant, nec surgere, scribunt: alii, ut Plinius, in posterioribus articulos breves obtinuisse, & poplites intus hominis modo flectere, prodidere, quod & experientia docuit. *Pedes* ejusdem cum equinis sunt rotunditatis, sed ampliores, ut planta, quoquo versum ad binos dodrantes accedat. Vartomannus rotunditatem orbi mensario assimilat. Ex callo nigerrimo & amplissimo constant. Digni in pedibus informes, numero quidem quinque, sed indivisi, ac leviter discreti, unguibusque non unguibus similes. *Mammæ* habent sub armis duas; nec in pectore, sed citra in alis occultas. *Genitale* equo simile, sed parvum, nec pro corporis magnitudine. Plinius averfa dicit, averfosque coire, foeminæ inter femora. *Testes* non foris conspicui, sed intus circa renes conditi, quo circa initum celerius agunt. *Ctestias* nugatur, semen adeò indurari siccescens, ut electro simile efficiatur. *Ventres* ipsis quatuor Plinius tradit: Aristoteles verò ita finosum intestinum, ut quatuor ventres habere videatur; inque hoc etiam cibum reperiri. Galenus idem latissimum & equo simillimum facit; exta suillis proxima. *Iecur* quadruplo majus est bubulo, & reliqua pari ratione excepto liene: hic enim ex proportione minor. *Pulmonem* Plinius bubulo quadruplo majorem facit. *Fel* in jecore adesse negat Aristoteles: incisâ tamen parte, qua adhærere solet, humorem felleum plus minus effluere. Galenus etiam *χολεόχων* vesiculam habere affirmat. Idem ex dissecti corde magnum os exemit; illud vero duos tantum ventriculos, non tres ut apud Aristotelem, habere observavit. De eodem ita Ælianus. Duplici tum corde tum sensu animi elephantus esse dicitur, & altero quidem ira incendi, altero mitigari & leniri, Maurorum sermonibus pervagatum. Duorum descriptionem apud Aldrovandum vide. Inveniuntur, in Africa, Asia, & vicinis hisce insulis. Et in Africa quidem in saltu post Syrtis, solitudinibus Salæ Mauritanie oppido vicinis,

Plin. H.
N. l. 35.
c. 5.

Strabo
Geogr.
l. 15.
Oppian.
Cyneg.
l. 2. v.
519.
Solin.
Polyhist.
c. 43.
Plin. H.
N. l. 6. c.
30.

Aristot.
H. A. l.
2. c. 6.
Aristot.
H. A. l.
2. c. 5.

Plin. H.
N. l. 8. c.
10.

Aristot.
H. A. l.
1. c. 11

Cicero l.
2. de Nat.
Deor.
Cassiodor.
l. 1. 10.
Variorum.

Aristot.
H. A. l. 2.
c. 1.

Plin. H.
N. l. 8. à
c. 1. ad
12.

Plin. H.
N. l. 11.
c. 46.
Aristot. l.
c.

Plin. H.
N. l. 11.
c. 37.
Aristot.
H. A. l.
2. c. 17.

Ælian.
H. A. l.
4. c. 31.

Locus.

vicinis, Lybia, Getulia, proximis Atlanti monti saltibus, &c. Symbari inter Arabiæ montes & Nilum, ipsorum venatibus vivunt. Sunt & in Æthiopia Ophiophagorum eorundem venatus à Ptolemæo Philadelpho Ægyptiorum Rege instituti. Quantum ad Asiam, Rex Parthalis, prodente Plinio, DCC. aluit, Audatæ mille, Palibrotorum IX. M. Chryfæi, Parasangæ, Afangæ, CCC. armabant. In Taprobana, Onesicrito Alexandri M. præfecto prodente, majores & bellicosiores quàm in India habebantur. In Zeilana hodie maximos & summi ingenii esse, Johannes Metellus prodidit. Siamensis Rex XII. M. habere dicitur, è quibus quatuor millia semper ad subitos casus armata sunt. Sub imperio magni Mogul L. M. habentur. In Mosambique quoque insula, armenta eorum offendit Vartomanus, & in Benomotapa Johannes de Baros. At insulam quoque Zanzibar multos mercatores eboris emendi causa venisse M. Paulus Venetus prodidit. Roscidis autem & palustribus locis maximè delectantur, amnesque amant, in calidioribus imprimis regionibus: Frigoris sunt impatientissimi. *Victum* Elephantorum quod spectat, vescuntur herbis palustribus, arborum foliis, truncis, fructibus Musæ, & ficus Indicæ radicibus. Devorant aliquando & terram & lapides. Eam tamen edisse, iis tabificum est, inquit Plinius, nisi prius mandant. Cicures hordeo vescuntur, ejusdemque novem interdum Macedonicos modios absumunt. Antuerpiæ ostentatus, quotuor modios pomorum in diem absumsit. Lusitani melonibus vehementer delectari scribunt. Potus ipsis aqua, sed non nisi turbida, vinum ex oryza & aliis frumentis factitium, nec non nostras. Antuerpiensis ille, unâ vice plures quàm sedecem libras bibeat, idque toties eterabat, ut mensuram potus ab Aristotele proditam, facilè æquaturus videretur. Sitis tamen sunt patientissimi, & sine potione octo dies peragunt. De *Coitus* tempore & modo diversa ab authoribus produntur. Plinius marem coire quinquennem, decennem foeminam, ex Aristotele prodit. Aristoteles modo vigesimum annum utrique assignat, modo foeminæ duodecimum, cum celerrimè, decimum quintum, cum lentissimè congregiuntur. Aversè coire apud Solinum ex Plinio invenies, cui & Horatius de Canida succinit: foeminam in coitu sedere, marem supervenire Albertus M. seu ut Aristoteles, clunibus submissis insistere pedibus ac inniti, marem supervenientem comprimere. In aqua autem precipuè iniri desiderant: indeque tam foeminæ quàm mari commoditas accedere creditur, quoniam is & coiturus per aquam facilius tollitur, & post congressum facilius descendit. Nunquam autem nisi in abdito coeunt, & mas-

coitum triennio interposito repetit, eandem præterea nunquam patitur. Biennio coire quinis, nec amplius in anno diebus Solinus ex Plinio scribit: nec prius ad gregarium numerum reverti, quàm vivis aquis abluantur. Tempore verò coitus, maximè efferantur, & stabula Indorum sternunt. Quandiu uterum gerunt, in dubio quoque. Alii annum & sex menses, alii triennium, quidam decennium statuunt. Aristoteles biennium assignat; Strabo menses ut minimum sexdecem, ut plurimum octodecem, cui Diodorus Siculus & Ælianus accedunt. Sunt qui octavo à coitu anno parere pronunciant. Pariunt enitentes posterioribus cruribus & subsidentes cum dolore. Partus annotante Æliano, in caput procedit in lucem. Unicum edere, apud Aristotelem & Diodorum Siculum legimus: quaternos uno partu, apud Cadamustum & Scaligerum. Magnitudo fætus instar porci integræ ætatis secundum Ælianum, vituli trimestris secundum Plinium. Statim ac natus est, cernit & ambulat, & ore fugit, non promuscide. Lactant usque ad annum octavum. *Inimicitias* gerunt cum *Rhinocerote*, *Leonibus*, *Trigidibus*, *arietibus*, *porcis*, *serpentibus* & *Draconibus*, quibusdam coloribus & igne. De *Rhinocerote* ita Plinius. In ludis Pompeii Magni visus est Rhinoceros. Alter hic genitus hostis elephanto, cornu ad saxa limato, præparat se pugnæ, in dimicatione alvum maximè petens, quam scit esse molliorem. Longitudo ei par, crura longè breviora. Apud Hesperios Æthiopes leones elephantorum pullos aggrediuntur, quos cum vulneraverint, matribus supervenientibus fugiunt. Trigidem in caput Elephanti insilire, facileque eundem suffocare, Arrianus author est. Si feritate effertur, ad arietis conspectum statim mansuescit. Grunnitum porci exhorre apud Ælianum, Stabonem, & Senecam invenies. De Draconum & Elephantorum pugna ita Plinius. India fert elephantes, belantesque cum eis perpetua discordia dracones tantæ magnitudinis, ut & ipsos circumflexu facili ambient, nexuque nodi præstringant. Commoritur ea dimicatio: victusque corruens complexum elidit pondere. Mira animalium pro se cuique præcipua solertia est, ut iis (draconibus) una scandendi in tantum altitudinem difficultas. Draco itaque ad pabula speculatus, excelsa se arbore injicit. Scit ille imparem sibi luctatum contra nexus: itaque arborum aut rupium attritum quærit. Cavent hoc Dracones, ob idque gressus alligant cauda. Resolvunt illi nodos manu. At hi in ipsa nare caput condunt, pariterque spiritus præcludunt, & mollissimos lancinant partes. Idem obvii deprehensi erigunt se in adversos,

Plin. H. N. l. 6. c. 30.

Plin. H. N. l. 6. c. 20. 21.

Cibus & Potus.

Plin. H. N. l. 8. c. 10.

Aristot. H. A. l. 8. c. 8.

Generatio. Plin. l. c.

Arist. H. A. l. 5. c. 14.

Aristot. H. A. l. 5. c. 2.

Aristot. H. A. l. 6. c. 27. Strabo l. c.

Ælian. H. A. l. 4. c. 31.

Scalig. Exercit. 204.

Amipibia.

Plin. H. N. l. 8. c. 20. Ælian. H. A. l. 16. c. 44.

Ælian. H. A. l. 16. c. 36.

Plin. H. N. l. 8. c. 11. & 12.

oculosque maximè petunt. Ita fit, ut plærumque cæci ac fame ac mceroris tabe confecti reperiantur. Inter colores puniceum inprimis & candidum refugiunt, cujus causa alibi explicabitur. Terreri igne, Elephantorum Hannibalis exemplo docuit Livius, qui per ignem in Capuana obsidione exacti sunt. In tantum autem consternantur, ut nulla ratione, ut gradum rovoent, adduci possint. De *Etate* haud eadem traduntur. Alii enim ducentos, alii trecentos, quidam centum & viginti annos vivere ajunt. Onescritus apud Strabonem ad trecentimum annum vivere, raros ad quingentesimum prodit: circiter ducentimum robustissimos esse. Philostratus quendam ex illis qui contra Alexandrum M. pugnaverant, quinquaginta supra trecentos post Alexandrum annus superfuisse tradit, ut de Elephanto Jubæ, Ptolomæi Philadelphi, & Seleuci Nicanoris taceam. A sexagesimo juventam incipere, apud Plinium ex Aristotele habemus: ex quantitate dentium ætatem futuram cognosci, apud Cadamustum. Frigoris impatientes sunt: maximum hoc malum, inflationemque & profluvium alvi, nec alia morborum genera sentiunt. Huic potione aquæ calidæ, & cibo fæni melle imbuti succurritur. *Ælianus* tamen oculorum affectionum quarundam mentionem facit. Vulnera captorum primò aquâ tepidâ eluuntur: mox, si luculenter sunt alta, butyro inunguntur, postea, suillæ carnis recentis & sanguine madentis admotu, inflammatio lenitur. Quotannis etiam in furorem agi reperio, tuncque nulli obvio parcere. Indicium instantis, oleosa materia, quæ ex illorum auribus effluit. Medela ab objurgatione. Rationibus rectores demonstrant, vilis & degeneris esse animi, ob amorem ita in furias agi. Catarrho laborare, eumque in lapidem aliquando abivisse, cujus & iconem exhibemus, proditum. Gradatim ambulant, propter corporis gravitatem. Neminem tamen ajunt tantæ esse pernecitatis, quem suo incessu non comprehendat. Poplites intus flectit, hominis modo, ut Plinius loquitur. Et quia articulos crurum non tam sublimes habet, ut aliæ animantes, sed humiliores terram versus, ideò insidendi insuetis, nauseam commovet. Quod tamen de provectioribus intelligi debet. Siquidem, Vartomanno & Gyllio attestantibus, ex adolescentium molli gradu, sessor tantopere delectatur, ac si mûla gradaria veheretur. *Naturam & ingenium* singulare multa testantur, ut non mirum dixisse Plinium, omnium quadrupedum subtilitatem animi præcipuam perhiberi illis. Ab aquis sibi metuerre superius diximus. Ideò difficulter ab Hannibale, Polybio & Livio testibus, perducti sunt: & apud Plinium, Puteolis aversis vestigiis, earundem metu, è navi abivisse,

legimus. Attamen L. Cælius Metellus junctis doliis per mare Siculum eos transmisit, cum naves deessent: & aliquando interdum flumina transmittunt. Fœmina mare multò est robustior, easque in hoc genere planè viriles, Vartomannus testatur. Aristoteles tamen timidiores asseverat. Fagos, oleastros, & palmas dentibus subvertere Oppianus auctor est: ædificia evertere Aristoteles. Ab uno arboris truncum prostratum tantæ vastitatis, ut vix à viginti quatuor movere potuerit, Vartomannus prodidit, & addit, à tribus maximam Liburnicam in siccum pertractam. *Pugnant* inter se vehementer, ut tradit Aristoteles, & alter alterum dente ferit. Victus vocem fugit victoris, terram ac verbenas porrigens. Herbam victori à victo porrigi, vel proverbio constat, quod tamen vix cum Vossio concessero. *Injuriam* ulcisci apud Acostram habes. Nucis putamine à milite in fronte quidam petitus, servatum, in eundem in platea deambulanti, aliquot post diebus conjecit. Singularem & *rectores amore* prosequuntur, injuriarum quoque ipsis illatarum memores, ut optimè Seneca scripserit, Elephantorum feritatem usque in servile obsequium demereri cibum. Sanè à quibusdam aurigas suos, qui in certamine ceciderant, ex prælio, exemptos, alios ab aliis servatos, Strabo auctor est. Cassiodorus verò scribit, cum magistri compendia sua putet alimenta, motu corporis à diversis postulare, quod ei porrigat. Quod si, inquit, aliquis præbere contemserit postulata, vesicæ collectaculo patefacto, tantam dicitur alluvionem egerere, ut in ejus penatibus quidam fluvius videatur intrasse, contentum vindicans de factore. Quidam Cochini, militem magistro suo de via cedere renuentem, aliquoties flumine merisit, si Christophoro Acostræ credimus. Plurarchus denique refert, Poro Indorum Rege vulneribus confecto, elephantum sensim ac leniter multa spicula promuscide retraxisse, & ipsum jam malè affectum, non prius tamen procubuisse, quàm sentiret Regem ex sanguinem delabentem demum, ne corrueret, paulatim se demissime, ut Rex commodius se ad solum inclinare posset. *Timere* naturaliter hominem, Plinius scripsit. Elephas, inquit, vestigio hominis animadverso priusquam homine, intremisere insidiarum metu, suffistere ac olfactu circumspicere, iras proflare, nec calcare, sed erutum proximo tradere, illum sequenti, unico simili usque ad extremum, & tunc agmen circumagi & reverti, aciemque dirigi. Adeò omnium odori durare virus illud majore ex parte, ne nudorum quidem pedum. *Amicos* homine Cicero innuit, dum dicit, opinionem ejusmodi esse, quandam illi belluæ cum genere humano societatem. Innuit & Philostratus, dum scribit,

Oppian. Ixeut. l. 2. v. 513.

Vartomann. l. 4. c. 10.

Strabo Georg. l. 15. Cassiodor. l. 10. Varior.

Plutarch. de solert. animal.

Plin. H. N. l. 8. c. 10.

Cicero. l. 3. de Nat. Deor. Philostrat. de vita Apollonii l. 2.

Etas.

Philostol. 2. c. 6.

Morbi.

Natura & Ingenium.

Polyb. Hist. l. 5. Livius Hist. l. 21.

ubi

ubi semel ad hominem adfuescit, ab eo omnia pati, ex eoque morum similitudinem in se transferre, neque aliter quam parvos canes, ex hominis manu gaudere cibum sumere, atque ad se accedentem promuscide complecti, eumque caput intra fauces immittere facile tam diu pati, quoad homini libitum fuerit. Quæ de cuiusdam elephantis erga infantem amore produntur, apud Athenæum & Ælianum vide. Traditur quoque unus amasse quandam in Ægypto corollas vendentem; ac ne quis vulgariter electam putet, mirè tum gratam Aristophani celeberrimo in arte Grammatica. *Docilitatis*, esse singularis multa sunt argumento. Plinius enim per auras arma jacere non auferentibus ventis, inter se gladiatorios congressus edere, aut lasciviente pyrrhiche colludere, scribit. Ubi, ut idem ait, mirum maximè, adversis quidem funibus subire; sed regredi magis utique pronis. Sic se rem habere, præter Plinium, Seneca & Suetonius, ne de Xiphilino dicam, innunt. Romæ quidam gyros facere explicatu difficiles doctus, increpatus, noctu sua sponte se ad lunam exercere deprehensus est. Ille quem Emanuel Lusitaniæ Rex Leoni X. Pontifici dono miserat, eundem de fenestra prospectantem ter genibus flexis, & demisso corporis habitu, venerabundus salutavit, Osorio prodente. Augerius similiter Busbequius in epistolis Turcicis scribit, visum sibi elephantum juvenem, qui ad cantum tripudiantium more alternos moveret pedes. Eundem & pilâ lusitasse quam palmæ vice feriret proboscide. Linguas, intelligere Zeilanenses, apud Metellum habemus; quendam literarum ductus Græcarum didicisse, solitumque perscribere ejuslinguæ verbis. Ipse ego hæc scripsi, & spolia Celtica dicavi, apud Plinium. Humano more convivatos aliquando apud Ælianum invenies: neque ex iis visus est quispiam vorax, neque majoris partis capax. Cum esset bibendum, unicuique crater exhibebatur, & hi quidem promuscidibus potionem haurientes, moderatè bibebant: deinde circumstantes leviter & festivè adspergebant. Mimi magistrive officium exhibere, & aliis salientibus choreasque ducentibus præcinere, Arrianus se vidisse jactat. Inter cætera solertæ documenta, est & hoc, quod cum profundas & superatu difficiles fossas transeunt, major stans medius tanquam pons omnes transmittit: alii ingrentes fossæ sarmenta, eundem servant. Sed & pabuli consueti quantitatem agnoscere, Plutarchus prodidit, permistamque eidem farinam artificiosissimè secernere posse Ælianus. At quod Acosta de quodam lebetem utrum pertusus esset, aquæ hausta probante, scribit, stupendum est. Solum & Lunam novam venerari; homini erranti viam monstrare;

humana adulteria & homicidia observare, ac detegere; sed & patrium intelligere sermonem, loqui, vel scribere, inter fabulosa repono. De *Ufu* elephantum, in bello, spectaculis, triumphis, & aliis, alibi dicitur. In *Cibis* fuisse quibusdam certum. Unde & Elephantophagorum nomen, qui circa Drabam, in montibus Afachæis, & contra Meroën habitabant. Adiabaras, seu Magabaros authores vocant. Quin & Plinius, Troglodytas solo elephantorum venatu ali tradit. Caro ponderosa, frigida & abominabilis Rhafi. Ælianus præter promuscidem, labrum, & cornuum medullam, nihil esculentum in iis esse ait. Æthiopes, teste Gyllio, posteriores partes appetunt. Renes tamen maximè in deliciis, & regum epulis, si Vartomanus vera prodidit. *Medicinam* quod spectat. Ælianus adipem contra omnia genera ferarum remedio esse, reliquit, eoque inunctum, etiam nudum inter ferocissimas illæsum versari posse fabulatur. Proboscidis tactu, capitis dolor levatur; efficacius, si & sternutat. Dextra ejusdem pars, cum Lemnia rubrica adalligata, impetus libidinum stimulat. Jecur, comitialibus morbis prodest. Fimo, si illinatur, pediculi fugantur. *Eboris*, cujus nomine Plinius illam præcipuè partem dignatur, quæ circa os est, quodque alibi elephantis, & dentis indici appellationem sortitum est, singularis est & natura & usus. Gaudet humido & siccitate offenditur, cariemque sentit. Emolliri posse Democritus ostendit; emolliturque potio nis genere, quod zythum vocatur, ut apud Plutarchum extat. Emollitum, conformatur, & in varia tornatur. Parabantur quippe ex eo mensæ, lecti, capuli cultrorum, enses, vaginæ, pharetræ, scæpra, fellæ curules, portæ, & alia, de quibus Aldrovandum consule. Politur ut ligna, ac potissimum squatina, ut testatur Plinius: nitor verò, hebetatur mensibus muliebribus. Vis ipsi adstringens, quæ tamen gustu non percipitur. Conceptum juvare, & ventriculo humido prodesse, Practici prodiderunt. Ramentis cum melle illitis, nubeculæ in facie tolluntur. Scobe, paronychia sanantur. Contra lumbricos cum cornu cervi miscetur. Si uratur, ut decet, Spodium vocatur, pro quo tamen aliorum animalium ossa obtruduntur. Frequentior hujus quam eboris usus. Præparationem vide apud Aldrovandum loco citato. *Differentia*, & *Genera*, à locis in primis sumuntur, seu Philostratum, Ælianum, & Plinium spectes, seu recentiores. Sunt enim alii palustres, alii montani, alii campestres, alii sylvestres, alii Lybici, alii Indici. Solinus Prasiorum, & Taxilarum meminit. *Palustribus* dentes sunt lividi, rari, tractuque difficiles, & in plerisque partibus foramina; in aliis verò quasi grandinis grana tumores quidam insurgunt, & arti minimè ob-

Plin. H. N.

Plin. H. N. l. 8. c. 3.

Seneca Epist. 86. Sueton. in Nerone & Galba. Plutarch. l. de solertia Animal.

Plin. H. N. l. 8. c. 5.

Ælian. H. A. l. 8. c. 32.

Ælian. l. 8. H. A. c. 10.

Acosta Hist. Arom. c. 7. Ælian. H. A. l. 8. c. 17.

Ufus.

Plin. H. N. l. 8. c. 8.

Ælian. H. A. l. 10. c. 12.

Ebur.

Plutarch. l. An ad infelicit. &c.

Aldrovand. Hist. Quadrup. l. 1. c. 10.

Differentia.

temperant. Dementes levesque esse, Philostratus addit. *Montani* perversi sunt, & insidiosi, & nisi alicujus rei indigeant, erga homines minimè fidi. Dentes habent minores, sufficienter albos, & in quibus nihil est difficile reperire. *Campestris* benigni habentur, mansueti, & imitationis amatores. Dentes habent omnium maximos, albissimos, & sectu faciles, ut nullo labore in quamcunque manus voluerit partem deducantur. *Sylvestres*, in regno Senegæ, ad fluvium inprimis Gambram invenies. Ibi enim gregatim, ut apud nos apri, incedunt. *Lybici*, seu Mauri Indici sunt minores, & nec vocem, nec odorum horum ferre possunt, ut apud Polybium habes; imò nec contueri quidem eos audent, ut apud Solinum legitur. *Indici*, sunt quidem maximi; non ejusdem tamen omnes magnitudinis. Ideò Solinus duo eorum genera tradit; nobiliores indicari magnitudine, minores nothos dici. *Prassi* appellantur qui maximi sunt, quales fortè jam Madagascar, teste Scaligero, producit. *Taxilas* vocant, qui secundi ab his magnitudine existimantur. Illos & in Sumatra invenies, animi robore, & virtutis indole iis, qui in continenti sunt præstantes. Ideò magnis navibus in continentem transportati, Calingaram Regi vendebantur, ut Ælianus prodidit.

Polybius
Hist. l. 5.

Scalig.
Exercit.
204.

Ælian.
H. A. l.
16. c. 15.

CAPUT VI.

De Monocerote, & Asinis
Cornutis.

Aldro-
vand.
Hist.
Quadrup.
l. 1. c. 6.

Monocerotis vocabulum, quod Latinis unius cornu animal sonat, pluribus animalibus competit: strictè tamen soli illi, quod ἀπὸ τοῦ μόνου κέρατος, à solo cornu dictum est, & ideò Unicornis, & Unicornu. Brachmanorum Dialecto κερὰ ζευγος, vocatur. An in rerum natura sit vel fuerit, alibi, post Baccium, & Bartholinum, magni patris magnum filium, disquiretur; nunc breviter fide authorum, qui de eo scripsere, de eodem agemus. *Descriptionem* itaque quòd attinet, Strabo, ex Onesicrito equos unicornes toto fere corpore referre scribit. Philes caudà aprum, Leonem rictu præferre ait. Plinius, reliquo corpore equo similem, capiti cervo, pedibus elephanto, caudà apro, facit; & uno cornu nigro, medià fronte cubitorum duum eminente, instrui. Plinium Solinus sequitur. Isidorus cum Rhinocerote confundit, & cornu ita acutum & validum esse, ut quicquid impetierit, aut ventilet, aut perforet, addit. M. Paulus Venetus, Magno Cham Tartariæ à servitiis, in regno Lambri conspici ait, Elephante minores, depressum caput gerentes aprino simile, spinosâ linguâ, quâ obvia petunt, nigricantibusque oculis, Rhinocerotis formam ad unguem æmulantur. Ludovicus de Varthema Bononiensis de Monocerotibus à se visis,

Strabo
Geogr. l.
15.

Philes in
Jambis.

Plin. H.
N. l. 8. c.
21.

M. Paulus Venetus
l. 3. c.
15.

Vartom.
l. 1. c. 18.

ita scribit. Ex altera templi Meccani parte claustra sunt, quibus bini Monocerotes vivi includuntur, qui pro re singulari, ut sunt, monstrantur. Eorum hæc forma erat. Major equinum pullum xxx. mensium imitatur, unumque in fronte cornu præfert, trium circiter ulnarum. Alter Monoceros, unius anni similis, cornu quatuor palmarum habet. Color feræ, ut equi sagmati obscurior, capite cervino, collo brevi, rarisque circa illud pilis, & brevi juba ab altero tantum latere dependente. Crus subtile habet, gracile hinnuli instar: Pes anteriori parte parum fissus, ungula verò caprina, pedesque dextrum latus pilosum. Enim verò feritatem præ se fert, & naturam solitudinis amantem. Quæ Garzias ab Horto habet, non appono. Reperiri dicuntur in Arabiæ solitudinibus, ibique à mercatoribus visos, Thomas Bartholinus accepit. Garzias suos inter promontorium Bonæ Spei, & illud quod vulgò de Currentes nuncupatur, inveniri scribit. Paulus Venetus suos in regno Basma & Lambri locat. Æneas Sylvius, in extremis Asiæ partibus, in quadam provincia nomine Macino, inter montes Indiæ & Catajum, ubi vulgò creditur habitasse Sericos. Aloysius Cadamustus in novo orbe. Cornu in pluribus exhibetur locis. Decantatissima sunt, S. Dionysianum in Gallia, Venetum, Hispanicum, Ultrajectense, Helvetorum, Danicum, Mercatorum Venetorum, & Gedanensis Empirici. S. Dionysianum, inter prima meliores notæ reponit Baccius; quia rudiori forma, non politum, ad nigrorem vergens instar cervini, quam proximè ad veterum unicornu accedere videtur. In assignanda longitudine variant authores. Renodæus hominis proceritatem æquare tradit, ea fide qua & nobis patuit: Baccius & Marinus ad sex cubitos extendunt: Gölntzius ad sex & semis pedes metitur: Bellonius semissem complens ad septimum auget. Nec de pondere consentiunt. Cardano libras decem & septem pendere visum, cum tertia parte. Gölntzius ad vigesimum quintum pondus ascendit. Ego sublatum, ad decem & octo libras, cum Bellonio extenderem. *Veneta* unicornua inter vera censet Baccius, inter diversa ab antiquorum unicornibus Andreas Marinus, quod antiquorum unicornibus longiora sint, nec strias habeant Monocerotis Æliani, adeoque subtilia, ut pocula inde nulla conficiantur. Colore sunt cornu cervini politi, & pallidi non nigri. Feruntur occupato Byzantio in Venetorum Rempubliam transcripta, cum XII. pectoralibus satellitum Imperatorianorum. *Hispanicum*, cujus frustulum Philippus IV. Francisco Barberino Cardinali eminentissimo, & in peregrinos Heroas humanissimo, donavit, nihil singulare habet. *Ultrajectense*, lon-

Bartho-
lin. de
Unicornu
cap. 24.
Garzias
H. Arom.
l. 1. c. 14.

Baccius
l. 2. c.
ult.

Renod. l.
3. Pharin.
c. 21.

lon-

Bartho-
lin. de
unicor. c.
27.

Ælian.
H. A. l.
16. c. 20.

Albert.
H. A. l.
22.

longitudine Parisiensi par est, sufficienti amplitudine. Gyri frequentiores ad extremum apicem circumducti, recto tractu obliterantur. Crustæ color cineritio similes, medulla candidiore. In magno precio habetur, & pro vero venditur, ut infinitam auri vim, repetundarum damnata Colonia Aprippina, contra licitaretur. *Helvetiorum*, ad oram fluvii Arulæ propè Brugiam, anno M. D. XX. inventum est. Interiore facie est album, flavescens exteriori, sine striis, duorum cubitorum longum, sed, ut moschus, odore præstans, præsertim igni vicinum. *Danicum*, in castello Friderici Burgi asservatur, longitudine septem pedes Romanos excedens, si partem alveo excipiamus inclusam, cujus mensuram pedis unius cum mensuris duabus Bartholinus deprehendit. Ambitus septem minimum digitos complectitur, æquali gyrorum flexu in acumen desinens. Color ex candido mixtus & cinericio, quem per intervalla, nigriores striæ, lineæque obscuriores distinguunt. *Venetorum mercatorum* unicornu ex Germania allatum est, coloris splendore & varietate veri cornu speciem promittens, eoque magis, quod abrasæ particulæ, non dentium instar in ramenta, quæ fricari possunt, concidunt; sed inde quisquiliarum squamæ eadem planè visciditate & lentore resultent, quo secta quævis animalium cornua. De *Gedanensi* nihil occurrit, Empiricus Constantinopoli redux, magno illud non ita pridem venditabat. De reliquis quæ huc spectant, ita Ælianus. Dicunt omnium maximè animalium absonam vocem & cententam emittere; & ad alias quidem bestias ad se accedentes mansuescere, cum gregalibus verò suis pugnare. Neque modo mares naturali inter se quadam contentione dissidere, sed contra etiam fœminas certare, pugnamque usque ad mortem victi ingravescere. Nam & reliqui corporis robore maximo præditus est, & cornu inprimis inexpugnabili armatur. Desertissimas regiones persequitur, simul & solitarius errat. *Coitus* tempore ad fœminam mansuetè mansuecit, & pariter pascuntur. Cum hoc tempus traferit, & ventrem ferre fœmina cœperit, rursus efferatur, & solus vagatur. Prætorum Regi illius pullos etiamnum teneros ajunt deportari, eosdemque festis & panegyricis diebus ad pugnam committi, ad robur ostendendum. Nam integræ ætatis & perfectæ, nullum unquam meminit captum fuisse. Tantum Ælianus. Alii addunt, adeò animal hoc puellas virgines venerari, ut si sinus venienti aperiant, in illum, ferociâ depositâ, caput ponat, sicque soporatum velut inerme capiatur. De *Usu* inter omnes notum, ad venena maximè commendari. Eo verò præsentè sudare, & in humore ebullire, sicque verum dignosci, nonnullorum est sententia. Aloysius Mundella ad-

versus morsum canis rabidi, aliorumque animalium maleficorum, nec non vermes eorumque symptomata commendat. Antiqui Indorum Reges, ad quorum notitiam primum hoc cornu pervenit, pocula ex eo sibi fabricabant, ut dum ex iis bibebant contra venena, ebrietatem, spasmodum, epilepsiam, & alios malignos morbos munirentur. Narrat Jordanus Judæum quendam Venetiis, in mensa cornu circulum delineasse, postmodum scorpionem & araneum injecisse, qui nunquam transilire potuerunt ambitum cornu circumscriptum: deinde palmi altitudine quovis raptantes bestias, umbræ aut vi emanante, intra quadrantis horæ spacium ambas necasse. Non est ergo mirum tanti esse pretii, ut Germani mercatores teste Baccio, pro uno XC. M. coronatorum poscerent; & Pontifex Romanus, erectâ in Vaticano pharmacopœa, frustum XII. M. aureorum à mercatoribus Epidauriis redemerit, quo non semel Augustinus Ricchus Pontificus tunc temporis Archiater, felicissimè, modo scrupuli, modo decem granorum pondere, ex vino, vel aliquâ cordiali aquâ utebatur. Et hæc de Unicornu nunc sufficiant, pluribus alibi agemus. Quantum ad *Asinos Cornutos*, tribus in locis eos celebrari in venio, in India nempe, Scythia, & Africa. De *Afris* Herodotum authorem habemus. De *Scythis* apud Ælianus habetur, & addit, Cornua aquam fluminis Stygis continere, quæ transmittit vasa omnia etiam ex ferro, missaque ab Alexandro Delphos ut Pythiæ dedicarentur. De *Indicis* ita idem Ælianus. Sylvestres asinos equis magnitudine non inferiores apud Indos nasci accepi, eosque reliquo corpore albos, capite verò purpureo, oculisque cyaneis esse: cornuque in fronte gerere sesqui cubiti longitudine: cujus superius puinceum, inferius autem album, medium verò planè nigrum sit: atque non omnes quidem Indos, sed potentiores, quum tanquam armillis quibusdam brachia, sic cornua auro ornarunt, ex his ipsis bibere solere. Ex hoc cornu bibentem ab insaniabilibus morbis tutum fieri, neque cum ipsum convulsionibus coripi, neque sacro morbo tentari, neque venenis ullis ferunt. Quin etiam si quid prius pestilens biberit, tum id evomere, tumque ad sanitatem redire. Quum autem cæteri asini, quibus cunque in terris sint, tam domestici, quam sylvestres, tum cætera solipeda animalia, talos non habeant, neque fel in jecore, ut fertur: asinos Indicos ronigeros, Ctesias inquit, talis primum iisque nigris præditos esse: eosdemque si quis confregerit, interiora quoque nigra deprehensurum esse: neque felle eos carere: neque modò corporis velocitate longè multumque cæteros asinos superare, sed & velocitate eadem multo equis & elephantis præstare. Quum autem in viam se de-

Jordan. l.
de pesti.

Herodot.
l. 4.

Ælian.
H. A. l.
10.
c. 40.
Ælian.
H. A. l.
4. c. 52.

derunt,

derunt, tardius primò ingrediuntur, deinde paulatim tantum confirmantur ad contendendum iter, eos quidem ut assequi nemo possit. Postea autem quàm fœminæ pepererunt, patres circa pullos à partu recentes, summâ custodiâ versantur, eorumque commorationes locis Indiæ desertissimis sunt. Quum à venatoribus Indis invaduntur, pullos suos adhuc ætate infirmos, à tergo suo pascentes habent, atque pro eis pugnant: contra equites audent venire, eosque cornibus ferire. Tanto sanè hi robore existunt, nihil eis ut obsistere queat, quin statim concedat, vel, si non cesserit, frangatur, aut aliter atteratur, & evadat inutile, & perdatur. Equorum etiam incurfu latera discerpunt ac lacerant, ut viscera effun-


dantur: ex quo fit, ut ad eos equites appropinquare valdè metuant; appropinquatio enim capitalem ipsis pariter & equis multam miserabiliter infert. Pergraviter calcibus pugnant. Eorum morsus eatenus acerbiores existunt, ut quicquid comprehenderint, funditus diripiant. Ex his qui sunt confirmata ætate, vivos non ceperis, jaculis & sagittis perimuntur. Carnes eorum, quòd amarissimæ sint, haudquaquam esculentæ. Eadem ferè Philostratus scribit. Icon quem adjicimus, feræ quidem est corpore auribusque asininis, binis armatæ cornibus, quorum alterum è narium, alterum ex oculorum regione exit: sed quia nec solipes, est, nec unicornis, A sinus Indicus cornutus esse nequit.

Philostr.
in vita A-
pollonii.
l. 9.



HISTO-

Taurus Castratus Bos
Verschüttener Ochs




Kuh und Kalb





Bos Domesticus



Tafel 100





Bos Stier
Junger Ochs

Vitulus

Kalb



Taurus
Ochs


Tab. XV

Fig. 1
Fig. 2



Fig. 3

Fig. 4



HISTORIÆ NATURALIS

D E

QUADRUPEDIBUS

LIBER II.

De Quadrupedibus bisculcis.

TITULUS PRIMUS

De Bisulcis terrestribus.

CAPUT I.

De Ruminantibus Cornigeris in genere.

Aldrov.
de Bisul-
cis l. I.
c. I.



RActenus Solipedum historiam persecuti sumus : sequuntur *Bisulca* : Græcis δι-
γυλά & διγυλά quæ un-
gulam dividere in
sacris legimus, quod
multifida, quamvis
pedes in digitos scif-

fos habeant, facere non dicuntur. Duo ta-
lium invenio genera, *Terrestre* nempe & *A-*
quaticum. Ex terrestribus alia *ruminant*, alia
non. Ex illis quæ ruminant, quædam sunt
Cornigera, quædam *non cornuta*. Illa in genere
& in specie considerabimus. *Ruminantia* autem
illa vocamus, quæ pabulum semel degluti-
tum, mox ad os regurgitans, revolvunt. Un-
de Ruminacionis actum, Apulejus rumigare,
Quintilianus & Plinius, remandere, Græci
μυρμαζειν *μυρμαζων* *παρα* *το* *μυρμαζων* quod est revolvere,
dixerunt. Latinorum quidam à loco ad quem
furfum ad os repellitur, id est, à rumine,
quod, ut ait Festus, locus est in ventre quo
cibus demittitur, & unde redditur deduxerunt.
At Servius à ruma, quæ rumis, & frumen
aliis, quam ait eminentiorem colli par-
tem esse, ad quam demissus cibus, à talibus
animantibus revocatur : Mercurialis verò ab
erumnis, quod Arnobius scribat, erumnas
esse prima gurgulionibus capita. *Necessa-*
riam autem hisce animantibus ruminatio-
nem esse, tum exinde colligas, quod durio-
re pabulo vescantur; tum ex eo, quod su-
perioris mandibulæ dentibus careant, & in-
feriores minimè habeant ferratos. Inde fa-
ctum, ut dentium defectum *ventrium multi-*
tudine natura pensaret. Sunt enim talibus
quatuor, *κοιλία* nempe, *καρφόσαρξ*, *ἰχτιό* *ήνυστρον*,
seu venter, reticulum, omasum, aboma-
sum. Gula ab ore incipiens ad pulmonem
septemque transversum deorsum tendit:
hinc se ad *ventrem* applicat *majorem*, qui

parte interiore asper interceptusque est, ac
propè gulæ commissuram, sinum sibi adne-
xum habet, quem ex argumento *reticulum*
appellant. Est enim ventri similis extrinse-
cus, intus reticulis mulierum implexis, ma-
gnitudine multò quam venter major. Hunc
excipit *omasum* parte interiore asperum,
cancellatum, crustatum, magnitudine reti-
culi. *Abomasum* venter ab eo alius jungitur,
magnitudine amplior omaso, formâ oblon-
gior, cancellis intus & crustis multis, ma-
gnis, & levibus innormatus, mox intestinum
consequitur. In prima alvi cavitate rudis
adhuc esca cernitur, quin & festucæ & vix
lacerati furculi. In secundo amplius confi-
citur cibus, & magis adhuc in tertio elabo-
ratur, ut in novissimo tandem concoctio ab-
solvatur, ubi in cremorem lacteum abit.
Nec tamen sola illa quæ superiore dentium
ordine carent, ruminant. Reminat namque
inter pisces Scarus, quod obtusos dentes
habeat; inter animalia, mus vulgaris, &
Ponticus, lepus & cuniculus, ut in Levitico
habetur. Modum ad viam ruminacionis si
inquiras, cibum remansum ex uno ventre in
alium mitti, quousque à postremo in inte-
stina labatur, respondet Aristoteles. Gale-
nus ait, primò ex ventriculo revomi in os:
deinde ab ore in reticulum; inde in omasum,
tandem in abomasum mitti. Post lactatio-
nem ruminare incipiunt, & septenis mensi-
bus, cicures intellige, ruminant. Gregales
levius minusque tempus, quia foris pascun-
tur. Hyeme tamen magis, quam cæteris an-
ni temporibus, videnturque non minus ru-
minando quàm edendo delectari. Quietem
tum poscere, vel exinde liquet, quod in
mandris plærumque id muneris obeant, ja-
centia. *Lac* eorum solum coire, ipsaque coa-
gulum in omaso habere, & lacte abundare,
ab Aristotele proditum. Causas omnium
alibi exponemus. *Cornua* ruminantibus
Camelum si excipias data sunt, defensionis
& offensionis gratiâ. Nutrimentum
quod ad superiores dentes quibus carent,
abire debebat, in cornua abit, suntque
multiplicis differentiæ. Néc alibi major la-
scivia naturæ lusit animalium armis. Spar-
sit hæc, inquit Plinius, in ramos, ut cer-
vorum: aliis simplicia tribuit, in eodem
genere subulonibus ex argumento dictis;

Aristot.
H. A.
l. 9. c. ult.

Galen. l.
de admin.
anatom.
c. 3.

Plin. H.
N. l. 10.
c. 73.

Aristot.
H. A. l. 3.
c. 21.
Item de
partib.
l. 3. c. 15.

Plin. H.
N. l. 11.
c. 37.

Festus
de ver-
bor. si-
gnificat.
Varro L.
L. 1. 2.

Arnob.
l. 7. con-
tra gen-
tes.

Aristot.
H. A.
l. 2. c. ult.

aliorum finxit in palmās, digitosque emisit ex eis, unde platycerotas appellant. Dedit ramosa capreis, sed parva, nec fecit decida: convoluta in anfractum arietum generi, ceu castus daret, infesta tauris. In hoc quidem genere & foeminis tribuit: in multis tantum maribus. Rupicapris in dorsum adunca; Damis in aduersum. Erecta autem rugarumque ambitu contorta, & in leue fastigium exacuta, ut lyras diceret, Strepficeroti, quem audacem Africa appellat. Mobilia eadem, ut aures, Prygiae armentis. Troglodytarum in terram directa, qua de causa, obliqua cervice pascuntur. Aliis singula, & haec medio capite autnaribus: Jam quod aliis ad incursum robusta, aliis ad ictum: Aliis adunca, aliis ad iactum plurimis modis, supina, conversa, convexa. Omnia in mucronem migrantia. Haec Plinius, qui differentias a colore omisit. At is quoque variat. Nonnullis est simplex, albus, nigricans, cinereus, flavescentis: aliis varius, ut in singulis speciebus ostendetur. Habent & proprias quasdam corporis partes cornigera, ut talum & sebum: habent & communes sed situ differentes, ut uterus, lien, mammae. *Lien* plerisque rotundus: *Intestina* ampliora: *Mammae* exque binæ inter femora. *Uterus*, acetabula habet dum partum gerunt. *Talo* quoque per multa instructa sunt, eundemque cruribus posterioribus continent. Sed de his in speciebus plura.

CAPUT II.

De Ruminantibus Cornigeris
in specie.

ARTICULUS I.

De Bove domestico.

Aldrovand.
Hist.
Quadrup.
l. 2. c. 1.

Veget. in
prologo.
2. Veterinariae.

ET tantum de animalibus quadrupedibus bisculcis ruminantibus & cornigeris in genere. Species si attendas, sunt inter ea, *Bos*, tam domesticus quam sylvestris, *Ovis*, *Capra* & *Hircus*, tam domesticus quam sylvestris, *Cervus*, *Tarandus*, *Alce*, *Rhinoceros*. A Bove autem merito incipimus, animali, quæ sibi omnia ferè quæ ad victum nos & reliqua reposcimus, vendicat. Cuncta certè legumina frumentaque, ut verbis Vegetii utar, bobus meritò aratrisque debentur. Vinearum ipsarum usus periret, nisi eorum adminiculis carpenta sudarent. Quid de diversorum munerum comparatione referamus, dum inter mobilia, & quicquid gravius est, absque vehiculis penè reddatur immobile? Reliqua omnia animalia, ipsaque cohortales aves, ex eorum capiunt labore substantiam. Unde enim equis hordeum, unde cibum canibus, unde porcis pabulum dominorum solertia subministraret, ni pa-

rentur boum labore frumenta? Et ne longum faciam bobus debent alimenta, quicquid alii potest. Apud alios genus mularum, apud alios camelorum, apud paucos elephantorum, etsi exiguus usus est, nulla potest ratio esse sine bobus. Non est itaque mirum tali olim boves in precio, ut Germani iunctos uxori ducende dotis nomine mitterent, quo venire se laborum periculorum que sociam his incipientis matrimonii auspiciis admoneretur: Athenienses nullum longo tempore, cujus opera aratro vel curru utebantur, immolarent: Pythagoras, ne quis istiusmodi operosa animalia interimeret, institueret: Phryges, qui bovem aratorem interfecisset morte mulctarent: Imperator Valens lege caveret, ne quis per Orientem vitulinam vesceretur: & Constantinus, ob civilia debita boves aratorios pignori capi vetaret. Quin & virtutis premium boves dati, & Decius Mus tribunus militum, cum Romanum exercitum ab hostibus Sabinis circumventum, circuitione montis conservasset, auream coronam, & centum boves accepit; Lelius post expugnatam urbem, triginta. Taceo tributum nomine a Bohemis Carolo Magno quotannis centum & triginta boves missos: furto subreptos belli causam, prodente Homero, & Pausania fuisse: & Batavos, qui ex caseo & butyro, quæ in extrema loca exportantur, in singulos annos ducenties sestertium, id est, decies centena Caroleorum millia, præter ea quæ in quotidianum alimentum cedunt, cogere, ut Adrianus Junius prodidit. Diversa pro ætate & sexu Nomina sortitur. Præcipua sunt, *Bos*, *Taurus*, *Vacca*, *Iuvenus*, *Iunx*, & *Vitulus*. *Bovis* nomen propriè castrato impositum est: taurum tamen quoque & vaccam significat, ut & apud Græcos *βῶς* nomen est genericum, & teste Tzetze aliquando vitulum significat. *Taurus* est bos antequam castratur, dux & maritus vaccarum. Oppianus tamen hoc nomine tanquam digniore, totum bubulum pecus complectitur. Dicitur est Ethymologo quasi τανύς, à caudæ extensione, αὐτὸ τανύς αὐτῆς τῆς οὐρῆς, vel quasi γαῖος, id est, superbus: vel à Syriaco Tor & Taur, ut Scaligero placet. *Vacca* foemina tauri est, & apud Græcos à bove mare per articulum distinguitur. Florentinus *βουδέναι* aut *δέναι* reddit, quod nomen omni animali in juventa Phocion tribuit, juvenca alii. *Iuveni* & vituli nomen non distinguunt satis authores, nec Varro sibi constat; quin & Poëtæ juvencos & juvenecas vocant boves & vaccas, nec non vitulos, quibus nondum erupere cornua: cum tamen Isidoro juvenus dicatur; quod incipiat hominum usus in excolenda terra juvare, quod ex Varrone habet; juvenci nomen bovem nobis indicabit, qui jam non amplius vitulus. *Iunx* eadem videtur quæ juvenca.

Tacit. de morib. German. Rhodig. Antiq. lect. l. 19. c. 27.

Ælian. H. A. l. 12. c. 34.

Dubrav. in Hist. Bohemica. Pausan. in Messeniis.

Nomen.

Ideo

Ideo Cornutus ad Persium, junices teneræ ætatis boves, quæ nondum ad summam ætatem pervenerunt, esse dixit. *Vitulus* & *vitula*, primæ ætatis nomen est. Isidorus à viridi ætate; alia à vitulando, id est, lasciviendo, alii à vita derivant. Apud Græcos varia obtinuit nomina. Dicitur namque *πίταλος*, *μέσχος*, *μίσκαρι*, *πίσις*, *πίρις*, *ερινάς*, *μοριλαίος*, *λίσις*, *πρωί* & *πρωίον*, *καρόνιον*, *ρώς*, *πέλλης*, *κνάδαλος*, quorum tamen quinque posteriora tauro & bovi potius competunt. *πίταλος* dicuntur vituli apud Athenæum, ἀπὸ τῶν κεράτων, ὅταν αὐτὰ ἐπιτάλα ἔχουσιν, id est, à cornibus patulis seu exilibus, ut Cælius Rhodiginus interpretatur; patulis potius, planis, & in latitudinem extensis, ut alii. *Μέσχος* quod utrique sexui commune est, dicitur, vel quod *μά* vocem edat: aut *παρα* τὸ ὄσμάδου τῆ μητρὸς; aut *παρα* τὸ *μά* τὸ *ζῆλον*, καὶ διὰ τὴν σχεδὸν ἰσὺν ἔχειν πρὸς τὰς μητέρας: id est, aut quòd matrem olfaciant; aut quòd *μά* voce quærant; aut propter affectionem, quam habent versùs matrem. *Μίσκαρι* Græci nostri temporis nominant. *Πίσις* Hesychio est *νεογνός βῆς*, à quo *πορλαίον*. *Πίρις* apud Henricum Stephanum est vitulus & vitula, *πρωί* τὴν πορείαν ab itinere, ita ut sit *μικρὰ βῆς*, ut Suidæ verbis utar, ἡ ἀρχαῖα μὲν οὖν τῆς κατὰ γομὴν πορείας. *Ερινάς* Hesychio & Varino *νεός βῆς*. *Μοριλαίος* itidem. *Πέλλης* Græci vocant, τὴν ἐκασταῖα καὶ μόνον ἐνός βῆς, boven anniculam. Reliqua bovi vel tauro magis competere dixi. *Πρωί* namque Varino & Hesychio est taurus. *κνάδα* bos aut agnus qui alterum cornu perversum habet. *Καρόνιον* bos cui cornua sunt lunata, ut *κρόαν* taurus ὀρθόκροτος iisdem. *Ρώς* apud Tzetzen taurorum Scythicorum genus est. *Πέλλης* vocatur bos coloris nigri. *κνάδα* quoque Æschylus boves vocat. In *Descriptione* singularia duntaxat adscribam. Notissimum namque animal est; de cornuum verò Differentiis post agemus. *Pilum* itaque hoc animal gerit, qui quotannis, teste Aristotele decidit, tenuiorem & densiorem quàm suum: in dorso tamen & cervice densior est, & peculiari nomine *κόλλος* appellatur, quòd ex ipso ἀναστραφίονος, id est, fervefacto, ἢ *κόλλα* seu gluten fiat, seu ut Varinus, quòd ex eo *κόλλα* id est, claviculi, quibus remittuntur & intruduntur in cithara fides, parentur. Quæ in collo conspicitur reduplicatio, *μύλας* appellatur, ut idem ait. *Laborum* prominentiam habet crassam: crassam item & obtusam supernam maxillam, ideò breves herbas decerpere non potest. *Frontem* imagine V. figurari Cælius notavit: Democritus & Ælianus exectos latiore tauris habere observarunt. Inter utrumque cornu maxima ossium est dūrities, injuriis valdè resistens & fractu contumax. *Linguam* avulsam per totam diem palpitare, Cardanus scripsit. *Pelles* illæ quæ ex gutture

dependent, palear seu palearia dicuntur. Varino forte *λαγάλιον*, nam τῶν βίων ὑπὸ τὸν πρόχρον χέλασμα, explicat. *Dentes* sunt continui, & bis mutantur. Mutant autem bimi, ut ait Plinius. Superiori dentium ordine carent: id est, primoribus quatuor, ideò, ut diximus, ruminant. *Penis* tentigo tanta, ut si initurus à loco aberret, vaccam vulneret. *Vaccæ Mammæ* habent inter femora, binas, ut habet Aristoteles; quatuor, ut Plinius, singulis papillis, quas habet quatuor, teste etiam Aristotele, mammam, ut apparet, tribuens. *Podicem* hiare innuit Horatius. *Caudæ* tenor longus est, pili breves. Plinius caulem vocat. *Caro* sicca est & atrabilia. *Nervi* duri & robusti; tauris tamen duriores. *Sanguis*, fibris refertus, ideò omnium celerimè coit & durescit. *Articulum femoris*, laxum magis bos habet quàm alia animalia: ob id magis quàm alia pedem trahit, maximè cum macilentus est & senex. *Lapillum* feruntur in capite gestare, cumque si necem expectent, expuere. Augustinus in jecore quoque & renibus habere scribit. In corde *Os* gerere, Plinius author est, ex Aristotele sine dubio. *Lienis* figura oblonga est; ipse nigrior quàm in sue præsertim ubi consueverunt. *Renes*, humanis, teste Plinio, similes, velut è multis renibus compositi. *Tali* à cameli talis differunt, quòd paulò majores sunt. In secundo juvenearum ventre, nigricantem pilæ rotunditate tophum reperire, nullo pondere. Plinius author est. Aldrovandus duas in musæo habuit; unam colore ruffo, alteram atro, quòd ille ex ruffi coloris bove, hæc ex nigro esset eruta; cum sit earum ortus ex pilis, quos in ipsa ruminatione lambendo, ut sit nonnunquam, exteriores corporis partes deglutiendo colligunt, admistaque pituita paulatim in ovalem figuram ferre cogunt. De *Loco* non est quòd multis agamus. *Cibum* si spectes, omnivori quidem sunt boves: maximè tamen gramine Cytiso, ervo, medicâ herbâ, loto, carice, salice, quercu, oleâ, arundine, alno nigra, vite, hordeo, olyra, arinca, milio, panico, cicera, lupino, glandibus, nucleis dactylorum, olearum, & visco, delectantur. De gramine omnibus notum est, cui hyeme fœnum succedit. In Narbonensi provincia in fonte Orge, quoddam nascitur in tantum bobus expeditum, ut id mensis totis capitibus quærant. Idem in Ligeriamne, quæ per velunios fluit faciunt, & in Sebusianorum piscinis. In eorundem quoque lacunis, stagnis, & pigris aquis, gramen nascitur longissimis foliis, subrubris, innatantibus aquæ, quorum etiam tam avidi sunt boves, ut dum ea persequuntur, ad ventrem usque se immergant, & toto capite sub aquam dejecto ea depascantur: quo pabulo eximiè saginantur; vaccæ autem plus lactis, quàm quæ in vicinia præbent. Ex cytiso copiosum & dulce lac

Descriptio.

Plin. H. N. l. 11. c. 37.

Plin. H. N. l. 8. c. 45.

Aristot. H. A. l. 2. c. 15.

Plin. H. N. l. 18. c. 22.

Dalechamp ad l. c.

Plin. H. N. l. 13. c. 24.

provenit: sed dum floret incommodus est, quòd tantisper urat & extinguat. Ervum commendatur, sed non mense Martio factum, quòd cerebrosos reddat. Plinius non solum mense Majo factum, noxium bobus dici asserit: sed & autumno gravedinosum. Madefactum, pluribus diebus mitescere. Ideo Democritus tale, ne boves fiant debiles, singulis mensibus in potu exhibet. Singulis boum jugis, quini modii sufficiunt. Ex medica omne emaciatum jumentum pinguefit, ægrotantique pecori remedio est, ut Theophrastus prodidit. Ideò sylvestris in plærisque Hispaniæ locis, præsertim Valentino, diligenter, teste Dalechampo, feritur. Parcius tamen dandum, quòd Aristotules, lactis copiam extinguere, quod universum pabulum in sanguinem, adipem & carnes, faceffat. Lotus alimentum plurimum optimumque præbet, quia subdulcis est, & semel facta herba restibili, per aliquot annos fecunditate germinat. Ulmi Attiniæ inprimis frondes apud Romanos olim in precio. Si eâ assidue pecus alueris, & postea generis alterius frondem dare institueris, fastidium bobus asferet. Salicis fit apud Virgilium mentio; nec Lucretius ejus oblitus est. Ficulnea folia bubus probè dari posse, si sit eorum copia, scribit Columella. Idem quernam ceu meliorem & oleagineam præfert, sed ejus generis quæ spinas non habet. Alni nigræ folia lactis copiam generant. Hordeum, & reliqua ex frumentis de paleis intellige. Milium tamen in Italia boum pabulum seri, Porta scribit. Cicera ervi loco fresa datur in Hispania Bætica, quæ cum suspensa mola divisa est, paulum aquâ maceratur, dum lentescat. Lupini modii singuli bovem unum satiare validumque præstare, apud Plinium legimus. Maceratus in aqua fluviali & marina triduo, dulcescit, & ita siccatus ad usum reconditur. Glandes Cato post sementem colligi præcipit, & in aquam conjici, ut inde semodius patrata sementi, verno modius bobus singulis detur. De iisdem Plinius. Bobus glandem circa brumam aspergi convenit, in singula juga modios 24. Largior valetudinem infestat: & quotinque tempore detur, si minus triginta diebus continuis data sit, narrant vernâ scabie pænitere. Nucleos dactylorum in aqua maceratos apud Babylonios bobus ovibusque in pabulum exhiberi, Strabo author est: visco ali, indeque pinguescere, Theophrastus. Aluntur & pisce, apud Pæonas, qui Prasiadem paludem accolunt. Nec cicutâ abstinent, seu viridi, seu arida: nec à ranunculis læduntur. De Potu non est quod multa dicam. Aquâ eâque clarâ delectantur. Vegetius tamen nec sordida quidem lædi testatur. De ratione cibandi consule Aldrovanduum, & agriculturæ scriptores. De ætate ita breviter Plinius. Vita fœminis

XV. annis longissima, maribus XX. robur in quimatu. Cognoscitur, inquit, Crescentiensis, quando mutant dentes. Mutant enim anteriores anno evoluti, & decem vel octo mensibus: deinde post sex menses paulatim amittunt proximos, donec intra triennium omnes muta verint. Quo quidem tempore optimè habiti sunt, & in vigore ad decem usque vel quindecim annos perseverant. In statu dentes habent pulchros, longos, & æquales: qui per senectutem eis imminuuntur, nigrescunt, & corroduntur. Gesnerus ait, Helvetios ex circulis quibusdam qui circa vaccarum cornua nascuntur supernè ferè, de ætate judicare: illos autem in quimatu fermè ternos esse; postea plures. Essè etiam, qui quoties facta fuerit, toties singulos adnasci circulos putent. Circa Generationem, libido, coitus, & partus occurrunt. Illam si spectes, coitus tantum tempore cum fœminis pascuntur: bis de die annosiores, sæpius juniores & quidem eandem ineunt: & tanto motu genitalem nervum admovent, ut semen sine motu emittant. Exectum vaccam implevisse Aristoteles tradit: Columellæ verò judicio, unus mas quindecim vaccis abundè sufficit. Varro tamen multo plures tribuit, inquit, habere se tauros totidem, quot Atticus, ad matriceseptuaginta, duos, unum anniculum, alterum bimum. A gravidis abstinet, & sponte, à conceptu, divortio quasi facto secubat, ac ut in Epiro maximè videre est, trium plærumque mensium spacio non apparet, sed seorsim à vaccarum consortio convictuque pascitur. Haud minus famosa vaccarum salacitas. Testatur Aristoteles, libidine adeò accendi, ut bubulci eas tenere & capere nequeant, indiciumque suæ libidinis indicare, genitalis speciem prominentiorem. Crebrius mingere, more equarum: Tauros etiam supervenire, & sequi sedulo, & assistere. Turgere ad coitum plus minores quàm majores. Mugitum dum prurit edere, Ælianus prodidit, à tringinta etiam stadiis distitam. Libidinem augent, falsa bovis caro juglandis magnitudine ori indita: Orobanche comesta, & alia, quæ Columella præcipit. Coitus laboriosior est quàm equis, tuncque potissimum tempus, cum fœmina à mensibus purgatur, quæ sua sponte marempatitur. Concepisse cognoscitur, si Aristoteli credimus, cum menses cessarunt, spacio temporis trimestri, bimestri, quadrimestri, semestri. Ferunt ventrem menses decem: decimo pariunt, teste Varrone: quicquid antea genitum est, vitale esse Plinius negat; suntque authores, qui ipso complente mensem decimum mense parere ajunt. Vituli in utero situs icone exprimitur: ut & secundina uteri interna qua fœtus contineri solet, cum suis cotyledonibus, externaque ostenditur. Quamvis autem singulos pariant, raroque

Ætas.
Aristot.
H. A. l. 6.
c. 21.
Crescent.
l. 9. c. 64.

Genera-
tio.

Aristot.
H. A. l.
5. c. 2.
Varro R.
R. l. 2. c. 5.

Aristot.
H. A. l.
6. c. 18.

Ælian. H.
A. l. 10.
c. 27.

Columella R. R. l.
6. c. 24.

(Membrana lateri interna & c. n. 8. Membrana factum continens. m. 7.)

Columella R. R. l. 5. c. 6.

Virgil. Georg. 3. Lucret. l. 2. Columella R. R. l. 6. c. 3.

Columella R. R. l. 2. c. 11.

Theophr. l. 2. de caus. plant. c. 23. Potus.

binos : ætate tamen Ptolomæi junioris , vac-
ca quædam , teste Diogeniano , eodem par-
tu sex edidit vitulos : miraque est harum ani-
mantium in Hispaniola fœcunditas . Plæ-
rumque binos pariunt , undecimo mense
taurum admittunt . Etiam si verò geminos
ferant , negant tamen boves gravidas , præ-
terquàm dextro vulvæ sinu ferre . Marem
an fœminam conceperit , ex desultu post
congressum hariolantur . Si namque dextra
parte defluit , marem seminasse dicunt , si læ-
va , fœminam . *Amicitiam* colunt cum api-
bus , inimicitias cum crabronibus , tabanis ,
muscis , ricinis , urfis , sue , corvo , plantarum
aliquot , & coloribus quibusdam gerunt .
De apibus innuit Plinius dum scribit , cir-
cumliniri alveos apum fimo bubulo utilif-
simum . Cognatum hoc iis innascentes be-
stiolas necat , araneos , papiliones , teredines ,
apesque ipsas excitat : & alibi : In totum re-
parari ventribus bubulis , recentibus cum
fimo obrutis : Virgilius juvencorum corpore
exanimato , sicut equorum vespas , papilio-
nes , teredines : apesque ipsas excitat . Cra-
bronum aculeo icti , ceu immanissimo quo-
dam dolore affecti , ad cursum incitantur .
Muscæ adeò eos vexant , ut in Leucada pa-
negyri muscis bovem immolare , consuetu-
do fuerit , quæ illius distentæ cruore con-
festim evanescere credebantur . A ricino di-
vexati minus pinguescunt , & ad labores
sunt lentiores . Ursi tauros ex ore cornibus-
que eorum pedibus omnibus suspensi , pon-
dere fatigant . Nec alteri animalium in ma-
lificio stultitia solertior . Suis fimo bobus
noxius est . Corvi advolantes oculos eorum
lacerant . Sevo , suumne an aliud ignoro , si
lingua tauri perungatur , morituros citius
quàm comesturos , nisi sale & aceto abster-
gatur , quidam venditant . Quantum ad
plantas , si nares tauri oleo rosaceo illinan-
tur , vertiginosus evadit . Laser naribus in-
ditum eundem inflammat . Nigro hellebo-
ro necantur . Chamæleontis succo juvenecas
necari angimæ modo , Plinius scribit . Capri-
ficus carnes teneras reddit . Folia fraxini ju-
mentis mortifera , cæteris ruminantium in-
nocua , si Plinium sequimur , quod de taxo
verum est . Circa Scytharum & Medorum di-
ctam Thraciæ regionem , locum esse ajunt ,
viginti ferè stadiorum spacio , qui hordeum
producit , quo homines quidem vescuntur ,
equi verò & boves , cæteraque animalia ab-
stinent . Tragus quandam herbam inter vi-
tia frugum describit , cujus folia ab initio
planè milium referunt , longis , asperis ari-
stis , armatam , quæ lapparum instar vestibus
hæreant , in arvis milio & hordeo confitis
frequentem , bubus valdè noxiam , ab iisque
evitari . Aconiti cærulei species à bubus ,
teste Gesnero , non attingitur . De bona her-
ba , Caltha Alpina , Personata , vide Gesne-
rum & Tragum . Personata , Germanicè

Sympa-
thia &
Antipa-
thia.

Cælius
Rhodig.
Antiq.
lect. l. 23.
c. 30.

blaffen / cum rore madida à bobus depasci-
tur , adeò eos inflat , ut aliquando rupan-
tur , nisi cursu agitati , incalescant . & per al-
vum rejiciant . Excoloribus , rubro & qui
ad illum accedunt , irritantur . Admirandum
verò est , boves deinde non araturos , qui
aliquem ad supplicium devexerint : vel si a-
rent , terram non esse laturam fructum . Ge-
ponici verò tradunt , quod oporteat obser-
vare feminantem , ne semina boum cornibus
incidant : hæc enim *καρσόβλα* intractabilia ,
nominari , & sterilia esse . Plinius ait , in in-
cendiis si fimi aliquid egeratur è stabulis ,
facilius extrahi , nec recurrere boves oves-
que ferri , quod quis etiam non miretur . De
Motu & Voce paucula sufficient . Ille lentus
est , ne dicam , piger . Unde bove leporem
venari dicimus . *Vox* pro ætate & sexu va-
riat . Vitulis graviolem esse quàm adultis , bu-
bus fœminis quàm maribus Aristoteles &
Plinius asserunt , è contrario mutari , si ca-
strentur . Propriè autem horum animantium
est boare , & ut Varro bovere , ut Pacuvius
boire . Vulgaris autem boum vox *μύκημα* ,
μύκησις , & *μυκημάς* ἀπὸ τοῦ μυκᾶσθαι dicitur . In *Ci-
bis* nobis boves multa præbant , carnes nem-
pe , cerebrum , linguam , cor , jecur , lie-
nem , renes , omasum , intestina , pedes &
medullam , præterque ista , lac , ex quo caseus
& butyram paratur . *Carnis* præcipuus usus
est : & quamvis Ægyptii vaccinâ abstine-
rent , taurinâ vescerentur : Romani tamen ,
ne amplius taurina caro venderetur prohi-
buerunt , quod ex ejus esu , pestilentia in
gravidos mulieres regnante Tarquinio Su-
perbo incidisset . Apposita est apud Home-
rum Heroibus , quod Athenæus notavit .
Lyfandro in Joniam proficiscenti bos & pla-
centa dono missa sunt . In regno Senega non
aliâ carne incolæ vescuntur . Prometheus ,
teste Plinio , primus bovem occidit . Veteres
in conviviis lautis integros assos apposuis-
se Aristophanes testatur . Turcæ quoque in
Asia minore seu Natolia , cum puer aliquis ,
cujus parentes in re mediocriter lauta sunt ,
circumciditur , integrum bovem , immisso
in ejus alvum integro vervece , qui gallinam ,
cui ovum insertum sit , etiam in alvo conti-
neat , crassa fude infigere solent , & luculen-
to igne assare , qui à puere sanguine junctis
absumatur . Qualitatem bubulæ si spectes
Celsus ex domesticis plurimi alimenti & sto-
macho aptissimi decit , interque ea quæ mi-
nimè corrumpuntur . Hippocrates validam
esse testatur , sistereque , sed difficulter con-
coqui . Galeno minimè quidem est humida
pituitosa ac lenta , nocet tamen admodum
ob duritiem & in alterando difficultatem : &
quamvis alimentum corpori suggerat , non
mediocre , neque dissipatu facile : sangui-
nem tamen generat crassiolem . Quod si quis
temperamento naturali melancholicus ma-
gis fuerit , affectu aliquo melancholico pre-
hende-

Seneca de
Ira.

Vox.

Usus in
Cibis.

Athen.
Dipnos. l.
1.

Plin. H.
N. l. 7. c.
36.

Bellon.
obs. l. 1.
c. 60.

Hippoc.
de rat.
viç. l. 2.

hendetur, si largius eâ vescatur. Lien etiam à tali succo quibusdam intumuit, quam mox cachexia subsecuta est. Pejoris verò boves sunt succi vere primo & medio dum teneriores herbas pascuntur, & graciles: melioris, cum herbæ densescunt, & ad semen producendum festinant. Sale condita, & fumo indurata, Belgæ, Scoti, Angli & alii Septentrionales vescuntur. Medio potissimum Octobri & Novembri sale maceratur: ubi suspensa est, accensis, à quibusdam, juniperi ramis mox extinctis, suffitur. Nonnulli carnis colorem commendari putant, & rubescere magis, si aridis urticæ fascibus suffiatur. Parcior verò & ista attingenda est: quippe parum aut nihil alit, vivitque diutissimè in stomacho, ac difficillimè perficitur, confecta, pessimum succum præbet. Censetur mediæ ætatis, & quæ laboribus fracta non est, utilior: vetulorum tamen sanguinæ promptior, viditque Brujerinus, quos Averni miserant, tam insigni obesitate graves, ut non nisi plastro impositos, qui emerant, aliò transferre possent. Morbosos mactare, lege, præcipuis in urbibus cautum est: deprehensi, multa gravi multantur. Scilicet, vitiata caro vitiatos humores spiritusque generat, ipsa etiam per se fat gravis. Vitulina, tanquam temperata, optimi succi, grata gustui, facilis concoctionis & bonum generans sanguinem, ab omnibus laudatur, & multi hædinâ laudabiliorem sentiunt. Sed Crescentiensis, quindecim à partu diebus elapsis, occidendos esse monet: alii vix ante trigessimam ætatis diem matribus eripiunt: in multis Galliæ tractibus, teste Brujerino, mensum unum, aliquando eo minus natos, nonnunquam sesquimensum, laniis traduntur. Romæ sæpe integro anno lactare permittuntur, & ab herbis & alio pabulo depellunt, Cupediæque exinde lautissimæ, & Francisco I. Galliarum Regi in usu. Donatus Antonius Ferrus illorum carnes maximè laudat, qui à partu tribus aut quatuor mensibus remoti sunt, atque annum unum non diu transiere. Quantum ad juvenecos, commodiores quidem sunt adultioribus, sed inferiores vitulinis. Lugdunensibus anniculæ, semestres, bimæ aut trimæ juvenecæ placent. Brujerinis quæ venerem expertæ non sunt, laudabiliores existimat. De partibus jam videbimus. Vituli caput elixari, & calidum edi, notum. Cerebrum capiti exemptum seorsim modicè in aqua coctum, mox tunicis liberatum, in vino coquitur, & aromatibus aspergitur. De Maxilla, Cratinus teste Athenæo, ubi de foro cupediarum agit, mentionem facit in Plutis. Ob bovinam maxillam pugnans. Lingua in Germania & Belgio in precio habetur. Sacris non erat olim adhibita, quod sacerdotes sub specie religionis eam sibi reservarent. Quidam condimentis farctam in

Brujer. l.
13. c. 8.

veru assant. Ubersa, elixari solent, & mox additâ pinguedine, aut butyro, frigi in sartagine, aromatibusque aspersa inferri, Ventres inter cibos olim ab antiquis celebratos. Omasum intergulæ cupedias olim, saltem apud Romanos, ex his Plinii verbis innotescit: Hoc animal tantæ apud priores curæ, ut sit inter exempla damnatus à populo Romano, qui concubino procaci rure omasum se edisse negante, occiderat bovem, actusque in exilium tanquam colono suo interempto. Lactes magnatum mensas cohonestant, & ab antiquis celebrantur. τῶν χορδῶν enim, ut Dalechampius exponit lactium, ut Natalis Comes intestinorum, meminit Epicharmus. Sed ἀροκάληα iisdem in usu. Nec Pedes rejiciuntur. Diogenes Cynicus quod crudum devorasset, mortuus est. Usus in Medicina quod spectat, Caro bubula tumorem sanat; & calida imposita panos & apostemata discutit, si Plinio fides est. Vaccinam veretro impositam ulcera ejus & epiphoras mirè sanare, Marcellus Empiricus prodidit. Jus carnis bubulæ ventris fluxus biliosos, teste Simeone Sethi, compefcit: vaccinæ ulcera oris & rimas sanat; vituli, inter celiacorum & dysentericorum auxilia recensetur. Caro vitulina, recens cum aceto cocta, madidaque aliis imposita, foetorem hirci tererrimum tollit: si cum aristolochia inassata à mulieribus edatur, circa conceptum, ut mares pariant, facit. Sorbitionem ex pedibus Brudi Lusitani, apud Aldrovandum vide. Iecur bovis ustum, potumque ventris & sanguinis profluvium prohibet, ut Haly prodidit. Ex vituli masculi & tantundem foliorum salviæ minutatim pariter concisis, collectus stillatitius liquor, contra durum in transversum in imo ventre supra pudenda tumorem prodest. Splenis bovis extractum in mensium suppressione opitulatur. Superstitiosa sunt & magica quæ Plinius prodidit. Omasi quoque jure potio, venena expurgari putant: privatim verò aconita & cicutas. A recentibus adhuc & calidis vituli extis minutatim concisis, liquor cum æqualibus parbtius salviæ & melissophylli extrahitur, quo membra frigida, tabida, & resoluta, perfricantur. Genitale in aceto maceratum & illitum, splendidam, teste Sexto, reddit faciem. Tauri rubri aridum tritum & aurei pondere propinatum, fastidium coitus adfert: recentiores venerem in viris excitare, affirmant. Medulla, vituli inprimis, inter emollientia censetur. Vaccineam cum farina tenui subactum, & instar excocti panis in cibo datam, mirè dysenteriam sanare Marcellus Empiricus scribit, maxime si & caseus bubulus recens manducetur. Taurina siccior est, & in vino trita potataque torminosos emendat. Liquata & cum quarta parte myrrhæ rubentis & olei laurini tanto

Plin. H.
N. l. 8. c.
45.

Usus in
Medicina

Hartmann. in
Chymia-
tria.

Plin. H.
N. l. 28.
c. 13.
Gesner.
in Bove.

ranto mista, nervorum contracturas solvit, si ea pedes manusque diluculo & vesperi inungantur. Plinius bubulam ex dextro crure priore tritam cum fuligine, pilis ac palpebrarum vitiis angulorumque occurrere ait. Quantum ad *sebum*, de taurini præparatione ita Plinius. Quæ ratio adipis, eadem in his quæ ruminant sevi est, aliis modis non minoris potentia. Perficitur omne, exemptis venis, aquâ marinâ vel falsâ lotum, mox in pila tufum, aspersum marinâ. Crebrò postea coquitur, donec odor omnis aboleatur. Mox ossiduo sale ad candorem reducit. A renibus autem, omne laudatissimum est. Si verò vetus revocetur ad curam, liquefieri prius jubent, mox frigidâ aquâ lavari sæpius, dein liquefacere affuso vino quàm odoratissimo. Eodemque modo ac sæpius coquunt, donec virus evanescat. Quomodo odoramentis imbui debeat, Dioscorides docuit. Suillo est multò calidius & siccus, leonino temperatius, ad scirrhos & phlegmonas accommodum. Cum resina & creta Cimolia omnem duritiem discutit: *Æsculapius* cum cera imponi jubet, & fortè melius cum ad Galeni tetrapharmacum accedat. Vincit maculas in facie, cum semine cunilæ, ac cinere è cornu cervino, si canicula exoriente comburatur: Cum arborum resinis & melle panos & similia sanat: cum adipe ursina & cera permixtum, pari pondere, parotidas miro remedio comprimit: vitiligines cum strychno & ruta, nec non verrucas, strumas, & similia emendat. *Vitulinus* adeps ex foemine sublatus, cum aquæ cotylis tribus, decoctus, & sorbitionis more sumptus, cæliaco prodest. Cum sale tritus phthiriasi, & capitis ulceribus utilissimus est. Cum nitro modico permixtus, & ceroti instar testiculis impositus, tumores omnes & dolores perfanare dicitur. Eundem contra venena quæ exulceratione enecant, valere Plinius alicubi scripsit. De eodem ita Marcellus. *Sebum vituli cum adipe anserino impositum, rimas scissurasque oris optimè jungit.* Rigores cervicum bubulo sevo optimè perfricantur, nam continuo mollescunt, & dolor omnis abscedit. Efficax est vitiis sedis. Clavos sanat cum thuris polline: lepras, furunculos, lichenes, & psoras sal emendat cum passâ uva exempta ejus ligno, & sevo bubulo atque origano ac fermento, vel pane. In furunculis illinitur sebum bubulum, cum sale, similiter & caprinum. Sole adusta sevo bubulo cum rosaceo aptissimè curantur &c. De Felle hæc habentur. Ulcera capitis, teste Marcello, subito sanari, si cum stercoris asinini succo, & scillæ contusæ paxillo, fel taurinum misceatur: vel cum nitro, vino, & oleo quantum satis mistum, adhibeatur. Cum terra Cimolia, & nitro, lepras furfuresque exterere, Dioscorides testis est. Phagedænis & fistulis immitti cum

succo porri aut lacte mulierum, Plinius. Idem cum lana umbilico illitum, lumbricos egerit: cum melle anginis inungitur: sedis vitia ad cicatricem perducit: oclusas hæmorrhoides aperit: in lana collectum, & alvo suppositum ventrem solvit: cum butyro, medullâ cervinâ, & oleo laurino perfricta genua sanat: Contra genitalium & scroti dolores, cum melle utiliter inungitur: prærygia digitorum aquâ calidâ dissolutum levat. Mulierem purgationes lana succida appositum juvat. *Bubulum*, melli admixtum, teste Rhasi, ferrum infixum vel spinam extrahit. Idem ad crassitudinem mellis subactum, & illitum, permixto alumine & myrrha; ea quæ veretris serpunt, mira celeritate perfanare dicitur. De eodem ita Plinius. Panos & apostemata in quacunque parte fel bubulum discutit, ut sanguis etiam & caro bovis calida imposita. Cum oleo cino, & rosaceo æquis portionibus, aurium dolori & vitiis medetur: tinitum eorundem, cum gossypio impositum, dispellit. Sunt qui regium morbum pelli credant fascia lintea, in bubulo felle calido tinctâ, & corpori sub costis incincta: quod triduo faciendum ajunt, ita ut quotidie renovetur medicamentum. Hippocrates, si mulier non concepit, mensibus apparentibus, tertiâ aut quarta die alumen tritum unguento dilutum, lanâ exceptum apponere, & per tres dies appositum haberi: Tertiâ verò die, fel bovis radi, & ramentum oleo dilutum, linteo exceptum apponi & tres dies appositum haberi, post cum viro concumbere, jubet. Mirum denique est quod Prosper Alpinus scribit, nonnullas mulieres in *Ægypto*, ut pinguescant, in balneis accipere novem diebus, fellis vaccini chirat, in aqua vaccina dissoluti. De *Felle vitulino* scito, lendes cum aceto calefacto tollere: cicatrices oculorum extenuare, cum melle imprimis myrrha & croco tritum; auriculæ insertum cum felle vitulino & aceto, & exuviis serpentis, maximæ utilitatis esse: Cimices fugantur, si amurcæ coctæ mixtum cum oleo, eis insperferis. *Lapis* in felle bovis, figurâ annuli, Philosophis Alcheron, tritus & naribus attractus, aciem oculorum promovet, & prohibet, ne quis humor descendens in oculis colligatur: comitialibus prodest, si magnitudine lentis inde capiatur cum succo betæ, & hauriatur naribus. Est & *Corio* & *Glutini* suus in Medicina usus. Combuſto illo sanantur teste Plinio, perniones, ex veteri imprimis calceamento: cum melle phagedænas in ulcerum genere abrodit: veteris verò soleæ crematæ cinis attritus calceamentorum sanat. *Glutinum* ex coriis boum excoquitur, taurorumque præcipuum. Præstantissimum sit ex auribus taurorum, & genitalibus. Nec quicquam efficacius prodest ambustis. Sed adulteratur nihil æquè, qui-

Alpin. de
Medici-
na Æ-
gypt. l. 3.
c. 3.

quibusvis pellibus inveteratis, calceamentisque etiam decoctis. Rhodiaceum olim fidelissimum, eoque pictores & medici utebantur. Hodie præstantius, colore fere spadiceo, quam maximè durum, & vitri instar fragile, Germanicum cognominatur, & duplo carius vulgari, quod subnigrum est, venditur. Dioscorides xylocollan, quod in lignis ferruminandis ejus sit usus; alii taurocollan vocant. Inventionem ejus Dædalo teste Plinio debemus, quo tenaci nexu hærent simul, quæ conjungi aptius non poterant. Scabiem abolet in aceto liquefactum additâ calce, si profunda non fuerit. Aceto remissum, adjecto sulphure, leni igne decoctum, ita ut ad mellis crassitudinem perducatur, surculoque ficulneo dum coquitur agitatum, acbis per diem impositum, impetiginos agrias, id est feras, sanat. Liquefactum, & tertio die solutum, recentes plagas ferro illatas, ad cicatricem perducit. Cum aceto & melle mixtum, lentes tollit. Medetur & dentibus aquâ decoctum illitumque, & mox paulò detractum ut confestim colluantur vino, in quo decocti sunt cortices mali punici dulcis. Bibitur etiam cum tribus obolis, cum calida aqua, in vetere sanguinis excretionem. Cœliaci quoque ventris inflationi cum eadem feliciter imponitur. *Cornu* mucro exustus, duorum cochlearium pondere, addito melle, in pillulis devoratus, Phthificis prodest, si Plinio credimus. Combustum & in pulverem tenuissimum redactum, duorum cochlearium pondere, cum aquæ calidæ cyathis tribus, & paululo aceti, spenetico jejuno per triduum, bibendum rectè datur. Habet & *Ungula* suum usum. Elixæ & cum sinapi comestæ, veneno resistunt. Ustæ & à mulieribus quibus lac defecit, in jusculo, vino, vel alio liquore potæ, idem restitunt Carbonibus impositæ mures suffitu enecant, vel aliò abigunt. Scobs tali cum melle pota, lumbricos educit, cum aceto mulso splenam minuit: vino excepta, & dentibus mobilibus apposita, eos confirmat. Frivolum, non tamen omittendum, inquit Plinius, propter desideria mulierum, Talum candidi juvenci, quadraginta diebus noctibusque, donec resolvatur in liquorem decoctum, & linteolo illitum, candorem cutisque erugationem præstare. *Coxæ* uruntur bibunturque, ut Rhasis scribit, ut sanguinem fluentem & menses cohibeant. *Membrana* è partu madida faciei ulcera sanat. *Lapis* qui in capite invenitur, ex eadem aqua quam bos bibit, potus, dolorem capitis efficaciter tollit. *Lac*, utpote crassum & pingue minus per alvum secedit: Plinius tamen eo maxime alvum solvi scribit: ideoque per ver purgandi causa bibi, quod tum omnibus herbis & multum pascantur, Dioscorides addit. Venena, illa in primis quæ rosiones & ustiones adferunt, expurgat: privatim verò

contra dorycnium, colchicum, cicutam, & leporem marinum facit. Calefactum & gargarizatum tonsillarum dolores & tumores citò sedat. Tepidum incoctum subinde sumptum exulceratum quoque stomachum sanat. Cyathi unius mensura, cum pari sevi cervini remissi dosi, & pice præcoqua, quam viscosam vocant, rubricaque Scythica, quæ pissasphaltus dicitur, periclitanti phthifico mirè subvenit. Vaccæ nigræ, ut Hippocrates prodit, cum sesamo trito ad quadraginta dies, ex partu sanguinem vomenti bibendum, donec probè habeat. Idem decoctum, secundum Marcellum & Dioscoridem, exulceratos alvi fluores & tenesimum mitigat & tollit, recens mulctum, aut ad ignem decoctum, assidueque agitatum, donec ad tertias sit reductum. In dysentericis addi mellis exiguum præcipiunt, ut Plinius notavit: & si tormina sunt, cornus cervi cinerem, aut fel taurinum cumino mixtum, & cucurbitæ carnes umbilico imponere. Nec hoc tantum Aëtii, Galeni, & Plinii præceptum. Nostri enim temporis Medici idem faciunt, & in eo stomoma sive ferri aciem optimam novies candefactam extinguunt, idque calidum ægro vel per clysterem exhibent. Propinabatur olim ab Hippocrate & alii liquorii immixtum. Is namque, cum vulnerato intestino respiratio prodit infernè in conspicua juxta vulnus, & evacuantur pectora, lac & vinum pari aquæ mensurâ admixtâ, dari jubet. Sed & Gesnerus testatur, aliquos adversus quartanas remedium prædicare, si ex ulno & lacte confusis, liquor in balneo Mariæ extractus per aliquot dies bibatur. *Butyrum* etsi gentium duntaxat barbararum laudatissimum cibum, quique divites à plebe discerneret Plinius dicat, magnarum tamen & hoc apud Galenum, Dioscoridem, & alios virtutum. Vitalis de Furno Cardinalis & medicus eximius, sic de eo scripsit. *Butyrum naturaliter calidum est, & humidum, cum dominio caliditatis, viscosum, & unctuosum. Idem sæpè comestum, stomachum humectat, ventrem solvit, pectus lenit; ulcera pectoris & intestinorum sanat: maximè valet, quando recens humanæ complexionis proximum. Valet etiam ad leniendum pectus & pulmonem, curandumque maxime si ibi fuerit apostema, quia propria ejus vis maturare, humores & superfluitates omnes pectoris dissipare & mundificare, maximè si cum melle & saccharo comedatur. Butyrum repugnat venenis, membra humectat, asperitatem oculorum ejus litura mollificat & emendat, apostema dissolvit & maturat; vulnera pectoris, pulmonis, intestinorum morsus mitigat, nervos contractos emollit & laxat. Contra venena interna singulare est remedium, si is qui venenum potavit, in lacte calido solutum bibat abunde: nam suâ pinguedine meatus obstruit, ne*

venenum subito ad cor surrepat. Recens autem est laudabile, vetustum minus &c. Tantum Cardinalis. *Casus* dysentericis & coeliacis prodest. Hippocrates eodem in tertia tabis specie utitur. Donatus ab Alto mari casei Siculi glandem melle illitam, puero ascaridibus laboranti contulisse scribit. *Serum* calidum an frigidum sit, alibi disputabimus: certum est crassitiem humorum extenuare, abstergere, & alvum subducere. Ideo veteres ad alvi subductionem frequentissime usi sunt, in iis inprimis, quos sine acrimonia purgare volebant, quales sunt, atrabile laborantes, comitiales, lepræ, elephantiasis, & toto corpore papularum eruptiones. Ante omnia orthopnoicis prodesse, cum nasturtio, apud Plinium habemus. *Urina* bovis castrati, succino usto & in ea extincto castigata, impotentiam tollit. Hippocrates eadem uterum muliebrem purgat, ut conceptus sequatur. Tauri urina lepras ac furfures tollit: capitis manantia ulcera sanat: & aurium dolores cum myrrha instillata, lenit. Denique, si major sit gravitas aurium, ut Plinius inquit, urina capri vel tauri, vel fullonia (id est humana) vetus calefacta prodest, vapore per lagenæ collum subeunte: admiscet & aceti tertiam, & aliquid urinæ vituli, qui nondum herbam degustaverit. De *Sanguine bubulo* scribitur, cum aceto & modicè sumptum, contra sanguinis rejectionem facere: canum rabiem recentem sanare; & abscessus, si cum sevo ad ignem emplastrum fiat, concoquere. *Taurinus*, teste Dioscoride, duritas, cum polenta illitus mollit: apostemata, in quacunque parte, aridus discutit: serpentes necat: & illitus maculas omnes de facie tollit: Pestiferum potu esse, quod celerrimè coëat ac dureseat, Midas Phrygiæ Rex, Psammenitus Ægyptiorum, Themistocles & alii, qui hausto periëre, exemplo essã possunt. Excipitur à Plinio Ægyra, urbs sine dubio Achajæ, ab Homero Hyperesia dicta. Ibi enim sacerdos Terræ, vaticinatura, sanguinem tauri bibit, priusquam descendat in specus. Symptomata, quæ ab illius haustu afficiunt, sunt, spirandi difficultas & strangulatus, faucium tonsillarumque præclusio, linguæ rubor, dentium infectio, & alia. Occurrere ei solent, amarantho, brassica, Caprifico, Calamintho, lasere, nitro, pipere, petroleo, soncho nigro, rubo, & thymo. De *Fimo* non est quod multa adjiciam. *Taurinus*, tumores & duritias solvit. *Bubulus* & ad chiradas & ad tumores omnes scirrhusos, ex aceto in cataplasmatibus formam compositus, imponebatur. Cum melanthio carbonibus impositus, si naribus hauriatur, hemicraniam medetur. Ad coli dolorem recens, expressum, & cum vino dilutum, vehementer laudatur. Ex eodem tuso & cribrato, sterilius purgatorium paratur. *Vitu-*

lini vires non multum à bubulo discedunt. Marcellus statim subveniri scribit, si recens articulis laborantibus illinatur. Præbent verò & ad alia, quædam partes usum; ne de agricultura, frumentorum excussione, vecturâ, gestatione, bello, vel spectaculis quiquam dicam. Ex cornibus, præter pocula, Gutti, Cucurbitulæ, Lucernæ, litui, buccinæ, & arcus fiebant: ex corio, scura, lorica, galeæ, parmæ, tentoria, navigia, scalæ, balthea, nummi, bursæ, utres, folles, scuticæ, calcei & cætera formantur. Estitata Pyrææ in Græcia, Rupellæ in Gallia obfisiones testantur. Ex extremis atibus gluten fit. Ex *nervis*, flagella fiunt fractu contumacissima, & quàm maximè flexibilia. *Dentibus* politur charta. Cleanthes philosophus, ossibus bubulis & testis fœtilibus perscribat, quæ à Zenone audiverat, cum pecunia non suppetere ad chartas emendas. Ex iisdem pulvis contra catarrhum & podagram paratur. *Sanguis* malthis faciendis, quod quam cæterorum animalium crassior sit, & citò coëat, dureturque, perquam accomodus est. Vituli verò cum carnibus valdè concisis in vase fœtili per decem dies detentus, inescationis piscium aptissima materia. Ex *sevo* laudatissimæ candelæ, juvencæ inprimis & circa trimatum. *Felle* bubulo femina macerari Apulejus jubet, antequam spargantur, adversus mures agrestes. Nec accedent ad arborem formicæ, si radici, vaccinum illinatur. Eodem & amurcâ Lycium adulteratur: & aureus ducitur color. Setis bubulis veteres ad scopas vestiarias, utebantur: & pictores suos exinde habebant penicillos. Trogodytæ senio confecti, Diodoro teste, gutture bovis cauda adstricto finiebant vitam. *Fimo* Chineses pisces alunt, ut pingues evadant. In hoc vaccarum fimo casæ adversus pulices inunguntur, ut Linschotanus prodidit. *Ungulis* bestiolæ à vitibus arcentur. *Differentiæ* boum plurimæ dantur, à magnitudine, cornium varietate, variarum partium à naturali constitutione flexu, loco, & aliis. Aden insulæ, quæ fortè Madoce & Ocellis veteribus, vaccæ camelum magnitudine æquant, nivis instar candidæ, sine cornibus, auribus proceris, ac pendulis, si Francisco Alvarezio credimus. Ægyptios boves Græcis majores Aristoteles pronunciavit. Æthiopes in Prete Gani regnis tantorum cornuum ut ex iis vascula quæ quinque sexve metretas singula capiunt, formentur. Africanæ sunt tam parvæ vaccæ, ut vitulorum nostratium magnitudinem vix æquent: sed multi roboris & laboris patientissimæ. Idem de Alpinis seu potius Altinis (Atinum urbs olim in littore Venetiæ florentissima juxta Aquilejam) Plinius reliquit. Anglici boves cornibus & miro carniis sapore superbiunt. Americani

Galen. l. 3. de aliment. facult. c. 15.

Dioscor. M. M. l. 2. c. 26. Plin. H. N. l. 11. c. 38.

Plin. H. N. l. 20. c. 13. & l. 29. c. 13.

Differentie.

Alvarez. de Æthiop. c. 119.

in partibus septentrionalibus, carent palearibus & gibbosi conspiciuntur. In Dariena, teste Lopezio, unguis sunt minimè bifidis, mulis non ab similes, magnis auribus, promuscide elephantis, colore cinereo, carne delicatâ. Ex Hispania in Hispaniolam de vectâ vaccæ, in tantam fœcunditatem ex crevere, ut una vacca proleteria, in viginti sex annis, octingentos fœtus ediderit, dum ex filiis filii rursus procreantur. Aoniorum boum variis coloribus distinctorum perpetuæ indivisæque sunt unguæ, & unum ex ore egrediens cornu, quod Ælianus prodidit. In Arabia vidit Vartomannus Sultano donatas vaccis, quibus erant cornua cervinis similia, colore nigro: quibusdam & unicum cornu in fronte. Apud Arachatas, boves sunt sylvestres, teste Aristotele, colore atro, rictu leviter adunco, cornua refimatiore gerentes. Armeniis duplex cornu, sic erratis flexionibus si Æliano fides, tanquam hederæ retorqueretur, & si mucrone petitur, ob corneam duritiem, ferrum retunditur. In Bengala provincia, M. Paulo Veneto auctore, crassitudine elephantos æquant. In Hollandia vere, plæræque quæ maculosæ, plurimum lactis habent. Aliquibus partibus diebus æstivis, quatuor & quadraginta lactis hæminas singulæ in mulætralia refundunt. In Nosocomio Amstelodamensi, quod Leprosorum domus dicitur, viginti duæ tenentur vaccæ, ex quibus aureos circitur quingentos in lacte & caseis, præter quod in usum quotidianum cedit, quotannis confici, à fide dignis se audivisse Pontanus prodit. Non est ergo mirum, ex caseo & butyro ibidem, quæ in exera loca exportantur, in singulas annos ducentis sestertium, id est, decies centena Caraleorum millia cogi, quod apud Hadrianum Junium legimus. In Scotia boves sunt sylvestres colore candidissimo, juba densa ac demissa, truculenti & feri, adeoque ab humano genere abhorrentes, ut ab iis quæ homines vel manibus contrectarint, vel halitu perflaverint, permultos dies abstineant, dolo capti, moriantur. Carnes cartilaginofas habent. In agro Camanduano, (verba sunt Scaligeri,) boves ajunt esse maximos, brevibus tamen cornibus & hebetibus. Nulla macula candor vitiatur. Camelli gibbus eis & robur par. Onera suscepturi, camelorum more ad agafonis jussu genua flectunt. Haud scio, an eosdem intelligat Plinius dum scribit: Carici boves, in parte Asiæ fœdi visu, tubere super armos à cervicibus eminente, luxatis cornibus, excellentes in opere narrantur: cæteri nigri coloris candidive, ad laborem damnantur. Cyprii boves stercore humano pascuntur. In urbe Diu, citante Majolo, boves sunt exigui, prægrandibus & rectis cornibus, sed præter oneris ferendi industriam, & sub freno currere & equitare dociles, equorum

gradariorum more. Epiroticæ vaccæ, scribente Aristotele, amphoras singulas singulæ implent lacte. Erigitur qui mulget, aut paululum se inclinat: quoniam sedendo ubera contingere nequit. De bobus ibidem, quos incolæ Pyrrhicos vocant, ita Plinius: In nostro orbe Epiroticis laus magna, à Pyrrhi, (ut ferunt) jam inde regis cura. Id consecutus est, non ante quadrimatam ad partus vocando. Prægrandes itaque fuere: & hodieque reliquæ stirpium durent. At nunc anniculæ ad fœcunditatem poscuntur: tolerantius tamen bimæ. In Eubæa boves ferè omnes albos Odoardus Barbosa affirmat; quam & argyroboæon Eubæam Poët dixere. In Galata Africæ monte boves Italicis octimestribus vix pares, cum senuerint, Leonius testatur. In regione *Garamantum* aut vicinia quadam, præposterè pascuntur, si Herodoto fides. Nam si rejecta (vel potius recta) ad partum ora dirigant, officium pro na in humum cornua & obnixa. *Helvetii* à teneritudine carnis, cum alibi, tum maxime juxta Zofingam oppidum agri Bernensis commendantur. In *India* sunt unicornes & tricornes, solidis unguis, nec bifides. Iisdem Plinius altitudinem camelorum tradit ait, cornua in latitudinem quaternorum pedum. Allatum ab inde Ptolomæo II. cornu, quod tres amphoras capiebat. Ibidem pares equis currunt. De iis fortè Plinius dum ita scribit: Atrocissimos habet (scilicet India) tauros sylvestres, majores agrestibus, velocitate ante omnes, colore fulvos, oculis cœruleis, pilo in contrarium verso, Rictu ad aures dehiscente, juxta cornua mobilia, tergori duritia filicis omne respiciens vulnus. Feras omnes venantur: ipsi non aliter quàm foveis capti feritate semper intereunt. An sint illi, quorum caudas tenues admodum & tenuis pili, tantique piretii, ut singulæ quatuor vel quinque ducatis æstimentur, Sanguiaci & Bassæ Damasci adhibent, ignoro. Legimus etiam dari in India bovem, & indigete voce Ignaragnam nuncupari, dicique habitare juxta castrum S. Spiritus, aliisque quibusdam locis ubi frigus remissius est. Animal esse immensæ molis, vescique herbis duntaxat, quæ rubri sint coloris. Corporis mole nostrates boves superare, pellem habere similem elephantis, bina juxta pectus brachia, sub quibus mammæ lateant, quibus fœtus suos enutrit. Capite atque ore boves nostrates referre. Carne esse suavissima, Indisque præcipuè expeticâ. Ex pinguedine liquamen parari butyro simile, quo in condiendis cibis utuntur. Ossâ ejus duricia ebori vix cedere. *Vembri* præcipue circa Clitumnum amnem sunt quoque celeberrimi. Plinius scribit, eam oram gignere omnium Italiæ maximos, in quibus plurimi sint albi. *Sabinis* quoque spectati sunt: & legimus apud Livium, bovem olim in Sabinis cuidam patri-

Arist. H. A. l. 3. c. 21.

Plin. H. N. l. 8. c. 45.

Ælian. H. N. l. 12. c. 36.

Herodot. l. 4.

Ælian. H. A. l. 3. c. 34.

Plin. H. N. l. 8. c. 21.

Bellon. obs. l. 2. c. 92.

Aristot. H. A. l. 2. c. 1.

Pontanus Amstelod. l. 1. c. 23.

Scalig. Exercit. 206. 6.

Plin. H. N. l. 8. c. 45.

trifamilias miranda magnitudine ac specie esse natum, cui monumentum miraculo fuerint Romæ in vestibulo templi Dianæ, fixa per multas ætates cornua. *Leutricorum* boum cornua atque aures ex una stirpe cognata, atque simul contexta esse testatur Aristoteles, ut citat Ælianus. In *Cathaje* provincia quadem sunt albi & nigri, equina cauda, sed pilosiore, ad pedes usque protensa: pilos habent subtilissimos in modum plumæ volatilis, magno pretio, quos equites in cacumine lancearum suspendentes, ægregia nobilitatis insigne ducunt. Cornua ab occipite in spinam tanta longitudine extenduntur, ut elevato capite cornibus attingant caudam. Sunt autem grandi cornua, ut incolæ amphorarum loco eis utantur. Apud *Mysios* nulla boves habent cornua, teste Æliano. Apud *Nigros*, nullæ vaccæ ruffæ, omnibus color niger vel albus, vel ex utroque mixtus. In *Nomadibus* qui ad *Mæoticas* paludes hyemant, & dies æstivos in camporum æquoribus vivunt, ex bobus pars sine cornibus nascitur, pars ferrulâ abscinditur. *Tauri Pæonii*, ut scribit *Pausanias*, hirtio sunt corpore; cum omni ex parte tum præcipuè pectoribus & mentis. *Theopompus* verò referente *Mizaldo* apud *Pæonias* tradit boves tam magna gestare cornua, ut tribus vel quatuor vini sextariis vix adimplerentur; ex iisque reges ac proceres pocula conficere labris ebore aut argento obductis. *Hungaria* tam eorundem abundans, ut *Sigismundus Baro Herbersteinus* reliquerit, per solam viam *Viennensem* uno anno plusquam octoginta millia boum in *Germaniam* acta esse. *Regio Comandu* ab ejusdem urbe appellata in *Persia*, boves habet maximos & in universum candidos, cornua brevina & minimè acuta in capite gestantes, camelino gibbo dorso eorum imminente, teste *Paulo Veneto*. Unde tam robusti, inquit, redduntur, ut ad magna onera gestanda faciliè assuefiant. Habentur tales & in *Quivira*. *Tauri* ibi (inquit *Nieremburgius*) quoddam genus sylvestre, fulva specie, humili corpore, incurvo dorso, frequentibus júbis, & laciniis promissis, eduli carne, salubri, nec injucunda. Cauda vescuntur incolæ, epotato cruore: pellibus proteguntur. *Phenicum* vaccæ ejus sunt magnitudinis, ut *Phenicum* libri apud Ælianus habent, ut vel procerissimi pastores cum mulgent stent, minus proceri scabellum ascendere cogantur. In *Phrygia*, prodeunte *Aristotele*, boves cornua ut aures movent, quod & de *Erythræis* Ælianus prodidit. In *Norvegia* *Islandia*, *Gothia*, *Feronia*, sunt quidam sylvestres, nec homini nec aliis quadrupedibus parentes, quibus cornua vulgaribus minora, sub mento barba proluxa dependet. Venatores inter arbores se abscondunt: ipsi verò ab iis vulnerati vel in-

juriam ulciscuntur, vel seipfos interimunt. Facit & *Vaccæ marina* *Olaus Magnus* mentionem, atque de ea sic scribit. *Vacca marina* monstrum est magnum, robustum, iracundum, & injuriosum, edens partum sibi similem, sed non supra geminum, unum tamen sapius, quem plurimum diligens, secum sollicite ducit, quocumque tandem se per mare transmittit, aut in terra gressus dirigit; decem mensibus imprægnatur. Deum hoc animal aliquando CXXX. annis, per caudæ ipsius amputationem vixisse probatum est. In aquilonaribus quibusdam novi orbis provinciis, exertos elephantum modo dentes habent, si *Carterio* apud *Rhamusium* credendum. In *Cavicta* *Scotiæ* provincia supra *Gallovidiam* boves sunt, quorum caro tenera suavisque esui est, cæterum pingue nunquam concrefcit, olei liquidi modo ferè semper fluens. *Varro* denique tradit, boves juxta *Toronam*, paucis ante partum diebus, lacte carere: reliquo tempore habere perpetuo. Ventrem ferè decem menses. De bobus *Tartaricis* in *Ergimul*, qui sunt elephantum proceritate pilo perenni, levi, ac prorsus albo aut profus nigro, qui in humeris more leonum prælongus est, non minus pedes tres, mira mollicie, perinde ac sericum, superius dictum. Ut & de gibbosis, quales *Tartaricos* *Scaliger*, *Syriacos*, qui *pæalaria* non habent, *Plinius* esse ait. Et tantum de *Differentiis* promiscuè. Huc pertinet animal, quod in *Congo* *Empalanga* vocitant, figurâ & magnitudine bovem referens, nisi quod & caput & cervicem gerat erectam cervorum more, cornua quoque habeat in capite recta & longa, nodosa in summitate, interius parum inflexa: quod quamvis etiam sit sylvestre, nemini tamen est molestum; neque adeo etiam est ferum, quia facili negotio aratro, si ad esset incolarum aliquod ingenium, accommodari posset. Quantum ad Monstra, visus est *Mediolani* & *Saturæ* vitulus biceps: visus in *Thuringiæ* vico *Sextipes*, illeque gemino capite & uno podice: visus & septipes, massam carnis è latere dependentem gestans. Visus oculis, naribus & auribus humanis: biceps duplici facie: quodammodo bicorporeus: duobus tantum posterioribus pedibus & agnâ facie. Visus *Basileæ* *Rauracorum* an. 1551. bos quinque pedibus, qualem nos olim *Londini* in *Anglia* vidimus, alibi alius cervice cornu gerens: & cruribus brevibus instar nani. Monstrum bicorporeum erectum quinque auribus, ut & caput vituli hic etiam expressum habebis.

Ælian.
H. A. l. 2.
c. 51.

Paulus
Venet.
l. 1. c. 22.

Nierem.
H. E. l. 9.
c. 51.

Ælian.
H. A. l.
16. c. 33.

Nierem.
H. E. l. 9.
c. 19.

ARTICULUS II.

De Bovis feris.

PUNCTUM I.

De Uro.

BOves feri, Græcis ἀγριοί qui ab agrestibus ἀγροῦτοι in eo differunt, quod hi quanquam mansueti sint & ex mansuetis orti, liberi tamen solutique in montium, sylvarum & agrorum pascuis relinquuntur; illi verò non tam natura loci quàm naturâ propriâ & genio ferè sint, sunt *Urus*, *Bison*, *Bonafus*, *Bubalus Africanus*, *Buffelus*, & *Bos Strepsiceros*. *Uri* nomen Gallicum Macrobius facit, Gesnerus & Aldrovandus Germanicum potius. *Ure* enim vel sylvestrem, vel magnum, vastum, & maximarum virium Germanis antiquis significabat. Servius tamen Græcum esse vult, & ab ὄρει id est, montibus deducit. Polonis saltem in Masovia & Samogitia *Tur* vocatur, quem Gesnerus veterum *Tarandum* esse iudicat. Lithuanis *Zumbronem* dici, Scaliger se invenisse tradit. An Rhezes Iphicratis sit, alibi disquiretur. *D.* Hieronymus *Bubalum* appellat, quod & Martialis, & imperitum Romanorum vulgus, teste Plinio, faciebat. *Cromerus* *misontem* appellat. In *Descriptione* discrepant aliquantulum authores, nisi forte diversa eorum sint genera. *Cæsar* & *Plinius* nullam villorum mentionem faciunt: *Erasmus Stella*, tempora villosa, & mentum barbatum, ipsis adscribit; quod & apud *Albertum Magnum* invenies, qui urum cum bonaso confundit. De cætero magnitudine sunt paulo infra elephantos, ut *Cæsar* prodidit, specie & colore & figura tauri. *Albertus* longitudine aliquando quindecim cubitorum facit. Magnitudinis illius hoc etiam est argumentum, quod in capite inter cornua tres homines confidere possunt. Hispidum habet & villosum corium, & sub mento palearia. *Cornua* densa, nigra, brevia; *Oculi* versus exteriorem canthum rubicundi. *Caput* crassum. *Facies* lata. *Color* ferè niger, sed maximè in temporibus, mento, collo. In facie, lateribus, cruribus, cauda, ad puniceum vergit. Reperitur in sylva Hercynia, Podolia, Samogitia, Mazovia, & Hungaria. Adsuescere ad homines, & mansuescere, ne parvuli quidem excepti, possunt. Excellentium est virium & velocitatis. Cornibus equum cum sessore correptum, in sublime identidem jactat; & arbores mediocri crassitudine evertit. Caro ejus condita in deliciis est magnatibus. Cornibus Barbari Septentrionales potant, unamque binas capitibus unius cornua implent. Aliis præfixa his pila cuspidant. Apud nos addit *Plinius*, in laminas secta translucent: atque etiam lumen la-

tius inclusum fundunt, multasque ad delicias conferuntur, nunctincta, nunc sublita, nunc quæ cerostrata picturæ genere dicuntur. Fortè & taurus ille sylvestris, qui Macedoniam vastabat, ad pedem Orbeli montis Macedonia à Philippo Rege confossus, cujus pellem & cornua ἑρυσία vel τρωακῶν δολιδάρα id est, quatuordecim palmorum, in vestibulo templi Herculis consecravit, urus erat. De capiendi ratione, vide Aldrovandum.

Aldrov.
de Bisul.
cis l. i. c.
2.

PUNCTUM II.

De Bisonte.

Bisontis vocabulum ab Germanico *Visent* dictum est. *Oppiani* codices *Bisontem* habent, à *Bistonia* fortè Thracie sylva, sed malè. *Dion* *Bisontem* vocat. *Plinius* & ex eo *Solinus*, boves feris similes esse dicit, fetos, colla jubis horridos. *Oppianus*, jubam circa armos terribilem in crassa cervice quætere ait, nec non circa maxillas aut mentum. Cornuum mucronibus esse hamatis & aduncis, non inter se reflexis, sed fursum versus surgentibus, ut *Gyllius* vertit. Seu ut *Gesnerus*, non esse patula vel extensa, ut in cæteris bubus; nec è regione in diversum ad latera abire vel extendi, (epicarsion enim transversum est) sed rectà surgere, ita tamen ut ὄρτια sint, id est, dorsum versus inclinent, & circa finem hami instertum recurva tum acuta sint, unde κίρτα ab acumine vocantur. *Surrio* jubati sunt & villosi circa collum, & in armos barba à mento propendente, pilis moschum redolentibus, capite brevi, oculis grandioribus, & torvis, quasi ardentibus, fronte lata, cornibus plærumque adeò diductis & porrectis, ut in iis tres bene corpulenti homines insidere queant. In tergo extat gibbus elatior priore, & posteriore corporis parte humiliore. Cornu *Gesnerus* apud aurifabrum argento includendum vidit, nigredine splendens, duos dodrantes longum, aduncum instar unguium in rapacium avium genere. *Linguam* *Oppianus* asperam habere ait, ut cum lingit, sanguinem eliciat. De usu in Medicina hoc duntaxat habet *Plinius*. *Uros* & *bisontes* Græci in experimentis non habuerunt, quanquam bove fero refertis *India* sylvis: portione tamen eadem efficaciora omnia (quam ex domesticis scilicet bubus) ex his credi par est, videlicet quoad medendi vim. Hujus generis fuerint *Tauri Florida* novi orbis insulæ, quos *Butrones* barbari suâ linguâ nuncupant, prodente *Ambrosio Pareo*. Cornua gerunt pedalia, gibbum in dorsos *Camelino* similem. Pilo sunt prolixo & fulvo, cauda leonina. Nunquam cicurantur. Ex pellibus fiunt tegmina, quibus baillari adversus hyemis vehementiam utuntur. Cornibus verò quibus alexi-

Aldrov.
Histor.
Bisul. l.
i. c. 3.
Plin. l. c.

Oppian.
2. de venatione.

Hieron.
l. 3.
Com. in
Amlos.
c. 3.
Plin. H.
N. l. 8 c.
15.
Solin.
Polyhist.
c. 25.

Albert.
H. A. l. 22.

Plin. H.
N. l. c.

Monoceros Unicornu
Einhorn



Capricornu Marina
Meer Steinbock



Monoceros Unicornu
Einhorn






Bifon Wilder Ochs Wisent



Bubalus Indicus



Vacca Indica



Tab. VII



Bison latifrons



Bison latifrons




Bifons Magnus



Bifon Lubatus



*Locobardus
Bifon*






Tab. 12
1772

Stier, Kuh und Kalb




Stier







Bubalus Africanus



Taurus




Bouafuf alus





Urus Tubatus Gewohnter Awer Ochs




Catoblepa Vras
Lybicus








Alius Bubalq Taurus Syluester




Urus Awer Ochs







Bubali Inveuci Junge Buffel





alexiteriam vim inesse sibi persuadent, adversus venena se muniunt. Huc pertinet & *Bison Scoticus*. Candidissimum esse ajunt, in formam leonis jubam ferre, cætera mansuetis simillimum, verum adeò ferum & indomitum, humanique consortii hostem, ut quas herbas aut frutices humana contrectatas manu fenserit, plurimos deinceps fugiat: captum autem arte quadam, mox præmoestitia mori. Cum verò se peti fenserit, in obvium quemcunque magno impetu irruere.

PUNCTUM III.

De Bonaso.

Aldrov.
de Bisul-
cisl. 1. c.
4.Aristot.
H. A. 1. 4.
c. 71. ed.
Scalig.

BOnasus, Aristoteli *βονασος*, & *βόνιστος*, Pæonibus *βόνιστος*, sive ut alii scribunt *βόνιστος* incerta origine dicitur. Augustinus Niphus ab Alberto Magno qui Bonasum & Urum confundit deceptus, vaccam Indicam à recentioribus vocari scribit. Ita verò eum Aristoteles describit. Bonasus nascitur in Pæoniæ monte Mestapio, qui separat Pæoniam à Media regione. Vocant eum Pæones Monapum. Tauri est magnitudine: sed bove crassior. Neque enim longus est. Ejus corium distentum capit quantum est septem convivis. Cæterum species bovis est, nisi quòd habet jubam ad summos usque arcos, sicut equus, verum pilus ejus mollior quàm equinus, & demissior: color pili flavus. Longus etiam crinis ad oculos usque pertinet. Color ejus inter cinereum & ruffum: non qualis equarum quas Paroas vocant: sed squallidior atque subtus lanaceus. Atri aut gilvi vehementer, nulli sunt. Vocem similem bovi habet. Cornua autem curva & adverso inter se flexu curva, atque inutilia ad pugnam: magnitudine palmi aut non multo longiora: crassitudine singulis, quanta capi possit, non multò minus semisextario. Nigredo autem pulchra & nitida cornu est. Antix verò ad oculos usque pertinent, ita ut in latus potius, quàm antrorsum propendere videantur. Superioribus caret dentibus, sicut bos & alia cornigera omnia. Ciura autem hirta, & est bisulcus. Caudam habet minorem quàm pro sua magnitudine: majorem tamen bubulâ. Spargit pulverem & terram fodit, tauri more. Corium est adversus ictum validum. Carne est suavi: idcirco eum venantur. Percussus fugit: delassatus subsistit. Tuetur sese calcibus, & stercore, quod ab sese quaternis passibus (pessimè Plinius trium jugerum longitudine posuit) ejaculatur. Cujus usus perfacilis est. Sæpè verò etiam comburit, adeò ut deglabrentur canes. Perturbato verò atque perterrefacto potest hoc efficere sterco: pacato non comburit. Feræ facies ac natura talis est. Imminente autem tempore pariendi, universi

Plin. H.
N. l. 8. c.
15.

in montibus pariunt: ac priusquam sobolem edant, circum locum alvum exonerant: tanquam ponentes munimentum. Emitterit hæc fera largam quandam copiam excrementi hujus. Hucusque Aristoteles, ex quo sine dubio, quæ de hoc animali, apud Plinium, Solinum & Ælianum habentur, desumpta sunt. An cornua, vertebra, omoplata, & costa, prout eas Caimus ad Gesnerum describit, hujus animalis fuerint, incertum est. Cornuum longitudo pedum duorum erat, palmorum trium & digiti semissis: in ambitu ubi capiti jungebantur, pedis unius & palmi semissis. Spacium frontis inter cornua palmorum Romanorum trium cum semisse. Vertebra erat tantæ magnitudinis, ut nisi longitudine trium pedum Romanorum, & duorum palmorum cum semisse circumdari potuerit. Costa longitudinis sex pedum erat. De omoplata taceo. Iconem Capitis & ossium, apposuimus.

PUNCTUM III.

De Bubalo veterum.

BVbali nomen confusum quidem non folum hodie sed & Plinii ævo fuisse videtur: nec peculiare aliquod apud Græcos nomen habet; & multi diversos sylvestres boves, præsertim in illis regionibus ad quas aliunde adducuntur, bubalos appellant: quidam bubali, inter capreas relato, commune nomen esse volunt: nos tamen ab isto distinguimus: eumque sylvestrem bovem intelligimus, quem Aristoteles timidum esse, & sanguinem fibris carentem habere scribit, & qui cum Bove Africano idem est. De eo ita Scaliger, Bubalin, cujus sanguis & instrumentum pugnx cornua ab Aristotele descripta sunt, Plinius ait esse vitulo similiorem (cervove:). Quid igitur ea sit? An Gazella? non sanè. Quare quod ex Africanis historiis percipere potui, tibi libentur impertitum curabimus. Africanorum boum parvitas tanta est, ut nostratium vitulorum vix æquent magnitudinem. Multi tamen roboris, ac doloris patientissimi sunt. Dant autem & Lant, & Blant invenio appellatum. Facie bubula est, sed ut minor, ita multò agilior & expeditior. Ejusmodi fertur esse celeritate, ut cursu feras omnes antevertat. Corium adeò firmum, ut cuius telorum ferreo generi sit impenetrabile. Sclopi tamen globulo pervium. Pilus eis albet. Æstate capiuntur, quod aranearum fervore ungulæ moveantur ac vacillent. Tantum Scaliger. Bellonius alium Bovem Africanum ita describit: Jam ætate, inquit, grandis erat, corpore minor cervo, sed habitiore & majore quàm caprea, tam quadrato & benè formato corpore, ut oculis gratus esset ejus aspectus. Nam ejus pilus flavius, adeò splendens &

A'drov.
Hist. de
Quadrup.
l. 2. c. 5Arist. H.
A. 1. 3. c.
6.
Scalig.
Exercit.
206. f. 5.Bellon.
observ. 1.
2. c. 50.

lævis erat, ut expolitus videretur. Alvum magis rugis ruffam ad flavum colorem tendentem habet quàm dorsum, quod ad fuscum accedit. Bubuli pedes, brevique & firma illi sunt crura: Collum crassum & breve, exiguis præditum pælearibus: Caput bubulo simile: cujus vertici insident cornua nigra, & admodum in curva, ut Gazellæ, lunæque crescentis in modum inflexa, quibus haud multum se tueri potest, cum in sese sint recurva. Bubulis auribus præditus est, armos sublevatos & plenos habet: caudam ut Camelopardalis usque ad poplites promissam, nigris pilis fultam, duplo quàm equini crassioribus. Bovis mugitum habet, sed non adeo sonorum. Diversus est ab hoc ille, cujus iconem Horatius Fontana ad Aldrovandum misit. Capite enimerat colloque longè procerioribus atque exilioribus: cornibus item retro inflexis, & ut in rupicapra incurvis. Aures pro capitis proportionem habebat majusculas, juxta colli initium: faciem cervinam, aut capreolum potius quàm bovem referentem. Quare à quibusdam inter Africanos capreolos referebatur. Totum animal excepto rostro & cornibus quæ nigricabant, flavescerebat. Pilo erat longiusculo.

PUNCTUM V.

De Buffelo, & Strepsicerote.

Aldrov.
Hiflor.
Quadrup.
l. 2. c. 6.

Buffelum seu Bubalum vulgarem diversum à Bubalo Aristotelis esse, vel ex collatione historiarum utriusque patebit. Videtur autem eum inter boves sylvestres nullo expresso nomine reposuisse, dum scribit apud Arachotos (Indiæ civitatem) boves sylvestres esse, qui differunt ab urbanis, quantum inter suos urbanos & sylvestres interest: colore atro, corpore robusto, rictu leviter adunco, cornua gerunt resupnatiore. Fuerit que fortè etiam iste noster buffelus, bos ille sylvestris niger, ex quo si sanguine ricini lumbi perungantur, mulieri tædium veneris fieri dicit Osthanes apud Plinium. *Descriptio* nostri sic habet. Animal est bovi simile, sed majus altiusque corpore valdè crasso, cute durissima, membris macilentis. *Pilos* habet nigros, paucos, & parvos, in cauda ferè nullos. *Frons* est aspera, crispa, & intricata pilis. *Caput* ut plurimum pronum ad terram, parvum pro proportionem totius corporis. *Cornua* longa intorta & nigra. Albertus aliquando interius juxta collum dependere versus internam pectoris partem ait, aliquando erecta esse: *Collum* est crassum longumque. *Inferior dorsus* pars caudam versus declivis. *Cauda* ipsa brevis, parva, & nullis ferè pilis. *Crura* crassa, robusta, & reliqui corporis respectu brevia. Frequentissimè in Asia, Græcia, Ægypto, insula Borneo, Siam, Italiæ urbibus reperiuntur. Circa Fundi quam plurimos vidimus. In aquis morari gaudet. Mugitus eis terribilis. Lac buffela habet, & tempore coitus, & in

principio partus, ut Niphus annotavit. Intuiti mansuetudinem præ se ferunt: irritati, (irritantur rubro colore) indomiti evadunt. Persequendo recta fertur, neque declinat. Crescentiensis tradit, ubi irascitur aquam ingredi, & se mergere ad os usque ut sanguis æstuans restinguatur. In hoc genere vacca alterius generis vacca vitulum non admittit, sed odore agnitum rejicit: sin autem vitulus vacino stercore illinatur, decepta odore, lactat & pro suo educat. Laboris est patiens. Ferreus aut æneus circulus per nares ei trajicitur, cui alligato fune, vel habena, ducitur ac regitur. Tradunt si nimium sit onus decumbere, nec vel verberibus posse ad surgendum cogi, nisi levato prius onere. Carnes ipsorum Romæ venales prostant, & Iudæis sapore suo blandiuntur: verum tanto lentore præditæ sunt, ut in parietem adactè tenacissimè adhæreant. Casei, quos Pistoriensis ager copiosè subministrat, Marzolinorum nomine, figurâ ferè ovali, bubulis longè præferuntur, utpotè palato gratiores. Ex ungulis vel cornibus annuli fiunt, qui si in digitis vel manuum vel pedum subinde gestentur, mirificè adversus spasmos laudantur. Sunt qui iisdem quaternaria fila ex totidem metallis, auro, argento, ære, & ferro fabricata innectunt, sic efficaciora futura credentes. Ex corio fiunt vestes ac præcipuè thoraces. In Narsinga equorum ornamenta eo teguntur. Siamenses ex cornibus arcus conficiunt. *Bos Strepsicerotus* à turbinata cornuum constitutione ita dicitur. Facie capreolo potius quàm bovi similis est. Caudam tamen bubulam habet, quamvis breviusculam. Totum animal colore cervo ferè simile.

ARTICULUS III.


De Ove.

A Bovis historia ad Ovis descriptionem transimus, Ægyptiis olim sacræ, & apud Athenienses tanti æstimmii, ut & actio contra eum institui juberetur, qui vivum excoriasset arietem, ut Plutarchus testatur; & antiquâ lege statutum esset, nequis ex grege centum capita habente, pecudem intonsam aut quæ non peperisset, jugularet; quod apud Athenæum habemus; qui etiam addit, suo tempore in palladis sacrificiis, neque agnam mactatam, nec caseum gustatum fuisse. Adde, apud Romanos; olim non nisi ovium boumque impendio multam dictam, prodeinde id Agellio: ibidem homicidii noxium, pœnam arietis damno luisse, ut in legibus Regum, scribente Servio, extat; oves denique olim apud Persas, & Medos inter tributa numeratas fuisse. Cappadoces enim Persis L. M. Medi duplum pendebant. Et ne longius abeamus, scribit Ambros. Nolanus, à Stabiis quotannis magnum & album agnum, cum cornibus auratis, Nolam ad Præsulem tributi honorisque nomine mitti. Nil interim de eo dicam, quod agnina caro

Aldrov.
Hiflor.
Quadrup.
l. 2. c. 7.Plut. de
esu. carn.Athen.
Dipen.
l. 9.Agell.
l. II. c. I.

Aries

Wieder



Vervex Hamel

Agnus Lam



Ovis Peregrina





PLATE I



Vervex aliud




Vervex alius Peregrinū



Ovis Arabica





Nomen.

caro iis qui gryphos enodabant, nec non poetis, præmium erat. Unde *Apud Græcos* dicebantur, qui agni præmia canebant. Inter *Nomina* Ovis apud Latinos est, Ovis, Aries, Agnus, Adasia, Minæ, Apicæ, Lanata, Bidens, Pecus. Ovis nomen est fœmellæ. Festus tamen ab antiquis masculino genere, cum de mulctâ scilicet agebatur, usurpatum scribit. Ab isto vocabulo est *Oviaria* ovium multitudo, à qua & *oviarium* pecus dicitur. *Aries* vocabulum est maris: *Agnus* illius quæ nondum annua excessit. *Adasia* vocatur, teste Festo, vetula recentis partus: *Matrices*, quæ agnos nutriunt Palladio, quas Florentinus *ουκίδες* dixit, pascales, quæ passim pascuntur. *Ninæ* quæ ventre sunt glabro. *Apicæ* quæ non amplo sunt corpore, nec multam lanam circa totum corpus habent. *Lanata*, epithetum ovis est, sed sæpè pro ove ponitur. *Bidentes* sunt oves duos dentes longiores cæteris habentes, quales in hostia esse debebant. Dicuntur & *Ambidentes*, & *Duidentes*: quamvis & apud Festum *ambidens* & *bidens*, quæ superioribus & inferioribus est dentibus, vocetur. *Pecorum* nomen iis quidem animalibus accommodari solet, quæ sunt aut ad vescendum apta, aut usui hominum accommodata: Plinius tamen pecudem sæpissimè pro ove ponit. Apud Græcos haud pauciora & Ovis & Aries habent nomina. Dicitur namque illa, *ἀμνά, ἀμνός, βάρη* Laconibus; *βυκίος* apud Hippocratem interpretatur Varinus *προβάτιος*. Ethymologus *βότα* exponit *πρόβατα, γαίτα* Hesychio & Suidæ ovis est; *διδύς* bidens, *δίκυμα* oves quæ gemellos peperere; *ἔργαλον* ovis lac habens, *ἄβρον* est ovis mollis lanæ, *ἱερείον* ovis immolanda, *μυλίσσα* oves agnos sub uberibus habentes, seu *τὰ ὑπὲρ τὰ πρόβατα, μεσήμενος* mediæ ætatis inter agnos, & jam majores natu oves. *Καὶ κάρη*, *καρὸς, οἰς, ὄξ, πῶν, ῥῆνος*, nomina sunt ovis simplicia. Aries vocatur *ἀριχά, κριός, ἀρνείος, δειμίαν, ἰθρίε*, quod nomen exsecto sed verveci propriè competit, *ἄρχα* gregis dux, *μοχλίας, ὑπρίδας*, quod tamen non nisi de sylvestri accipitur, *παρα τὸ τὰ ἀκρίας βάλειν*, quod per vertices montium eat. Ad vervecum differentiam, qui arietes non castrati, *Nefrendes* dicuntur illi, qui castrati non sunt. *Ἄρε, ἀρνός, ἔρση, καθέλιος, κέλλιξ, ὄρτος, πρῶνινον, πρῆνινον, σακίται, τρανόν, φάγγιλον*, agnorum sunt apud Græcos nomina. *Descriptioni*, non est quod immoremur. Notissimum namque animal est. Memorabilissima tamen apponemus, quorum & authores mentionem fecere. *Caput* itaque ipsi infirmissimum natura tribuit. *Cerebrum* *ἀρχιμυρὸν* hoc est, ut Theodorus vertit, squalidiusculum, seu minus pingue. *Cornua* tenuiora fœminis plerumque, multis nulla, agnis aliquando ab ipso partu connata, arietum generi in anfractum, ceu castus, convoluta, aliquando plura quàm bina.

Descriptio.

Cardanus verveces quatuor cornibus insignes se vidisse scribit. Hic tricornis & sexicornis iconem exhibemus. Evirati cornuum fitum mutant, eaque è contrario gerunt. *Oculos* habent in latera despicientes, maxime inter se distantes; fuscis aut subnigris, & patulos. *Labra*, in suo genere, tenuia, contra ac in bobus. *Dentes*, continuos, quorum ovi pauciores quàm arietem. Petrus Crescentensis scribit mutari post annum unum & dimidium, nempe duos anteriores, & postea per sex menses duos proximos, deinde cæteros, ita ut tribus annis vel ad summum quatuor ejiciantur omnes. Junioribus esse dentes enæquales, in statu æquales, ætate provectis discaleceatos, hoc est, à carne denudari, minui, & corrumpi. *Ventres* ipsis, ut in ruminantibus plures. Apertos agni exhibemus, ubi, A. ventriculum, B. Reticulum, C. Omasum, D. Abomasum denotare scito. *Testes* ad crura deciduos. *Mammae* fœmine binæ, totidemque papillæ. *Fel* apud Chalcidem Euboicam parte quadam nullum; in Nexo adeò copiosum, ut exuperantia prodigii loco habeatur. Ælianus hic duplex esse ait, in Ponto etiam nullum. Addit, in regionibus perfrigidis, cum nive & hyeme vehementi anni tempus infestum est, fellis expertes esse, intraque ovilia compulsam, novo pabulo non uti: ineunte vere, cum ad pastiones proficiscitur, felle impleri, quod ipsum Scythiis ovibus usu maxime evenire solet. In Scepsi regione *Lienem* habent minimum; ubique rotundum. *Renes* æquabiles, & densius circa ipsos sevim, si pingui undique obducantur, intereunt, idque pubertate pabuli, ut in Sicilia, agro Leontino. Unde sero diei agere oves ad pascua, pastores loci illius solent, quo minus capiant pabuli. Bellunensis testatur in arietibus castratis, in Syria, adipem inter cutem & carnem abundare, ut in porcis. *Pedibus* anterioribus ac posterioribus, concretio quædam inhæret, parte quâ terram calcant, (verba sunt Lemnii) vermiculi subrotundâ formâ, lanuginosa intus, ac crinitâ congerie, qualis est in rosarum spongiolis ac calicibus, quibus semen includitur, molli tenuique lanugine implicitum: Eximi autem tale quiddam sæpius ex decoctis ejus pecudis pedibus teredini, qui vermicoloso ac carioso ligno inesse solet, aut nucibus avellanis planè adsimile. Opiliones autem pastoresque ovium eâ sunt opinione imbuti, nullum hoc animante in cursu fore velocius, nisi tale quiddam articulis quibus fulciuntur, subesset. *Caulis caudæ* villosus est. *Pellum* à Borea penetrari Hæliodorus negat, quod tamen pilis seu lanæ potiustribuendum est. *Locum* si

Aristot. de generat. animal. l. 5. c. 1. Arist. II. A. l. 2. c. 3.

(Ventres agni aperti. T. b. n. 3.)

Aristot. de partib. l. 4. c. 2. Plin. H. N. l. 11. c. 37.

Ælian. H. A. l. 17. c. 26.

Lemnii de Naturæ miracul. l. 3. c. 5.

Locus.

tum

Cibus. tum ad *Cibum*, sunt animalia *πρόβατα*, seu herbivora, quamvis & frondibus pascantur. Ex herbis sunt jucundissimæ, quæ aratro proficillis arvis nascuntur; deinde quæ pratis uligine carentibus. Fastidium præbito sale occurritur, quod velut ad pabuli condimentum per æstatem canalibus ligneis impostum, cum è pastu redierint, lambunt. Hyeme frondibus ulmeis, fraxineis, & betulinis, & fœno autumnali, quod *Cordum* vocatur, commodissimè vescuntur: Cytiso quoque & fativa vicia, & si necessitas urget, ex leguminibus paleis. Vinacea & furfures alicubi modicè obijciuntur. Quæ in locis maritimis aut saluginosis compascunt, largiore lacte, & caseo gratiore abundant, multoque fœcundiores evadunt, & teneriores ac suaviores carnes proferunt; quales oves præpingues in Ostiensi agro, eique finitimo Portuensi, decimo ab urbe lapide, qui Tiberi fluvio interfluente, multis hinc inde paludibus, atque etiam salinis sunt circumfusi, sese reperisse & gustasse tradit Gomefius. Unde & Aristoteles author est, oves quæ salisfulculam aquam bibunt, maturius coire, & à partu sale fruentes, ubera magis distenta lacte demittere. Albertus etiam scribit, in quibusdam terris marinis, in quibus sicca & falsa habentur pasqua, oves per 20. annos vivere, atque etiam parere. In Scotia vescuntur per inculta loca cytiso. In India & maximè Prassiorum regione herbis liquida pluviâ rorantibus. In Ponto amarissimo absynthio pinguescunt, quod Alexander Myndius Æliano authore prodidit. De Laserpitio ita Plinius. Laserpitio vesci solita pecora, primoque purgari, mox pinguescere, carne mirabilem in modum jucunda, & alibi. Si quando incidit pecus in spem nascentis, hoc deprehenditur signo, ove, cum commederit dormiente protinus, capram sternutante. Apud Iudæos nuclei palmarum illis apponebantur, qui etiam fabris ferrariis apud Babylonios pro carbonibus erant. Delectantur etiam, coluthea, aphace, herba lanaria, gemmis vitium, adiantho, galli cristâ, thymo, ericâ, apud Brabantos in primis, hœdera, apiastro, ut Theocritus prodidit, Eryngio denique. Apud Ichthyophagos, & circa Calamos vicum Indiæ, si Philostrato fides, in provincia Aden, si Paulo Veneto, piscibus aluntur. In Lydia & Macedonia ex iisdem pinguescunt. Quantum ad *Potum*. Albertus turbulenta & multâ aquâ pinguescere ait. Plutarchus aquam imbris ubi statim à vento immittitur, laudat. Vitalis de Furno, æstate septentrionalem frigidam, hyeme meridionalem tepidam deprædicat. Varro aquæ mutationem huic pecori nocere, saltem eo tempore, quo fit admissura, scribit. Oves aniculæ coeunt & uterum ferunt, teste Aristotele, præstantior tamen proles quam senescentes mares & fœminæ procreant.

At Columella vult fœminam bimam submitti, & usque ad quicquennium faturæ necessariam esse, septimo deficere. Florentinus in tertio anno matrices probat. Aristot. autem ad octavum usque parere ait, imò, si benè curentur, vel in undecimum, quod & apud Palladium invenies. Notandum verò etiam, arieti naturale esse agnas fastidire, senectam ovium confectari, ut ait Plinius, additque, & ipsum senectâ meliorem esse, illisque utiliolem. Coitus verò omnibus ab Aristoturi occasu, quod est à tertio Idus Majas, ad Aquilæ occasum, id est, ad decimum tertium Calend. Augusti, ut Plinius prodidit; idque ideo, quod quæ postea concipiunt, fiunt vægrandes & imbecillæ. Columellæ tamen primum admissuræ tempus verum Parilibus, si sit ovis matura, si verò fœta, circa Julium mensem. Ferunt quinque mensibus, & pariunt, maximâ ex parte singulos, sed aliquando etiam binos, ternos, & quaternos. Alicubi pariunt geminos, tum pabuli beneficio, tum si pater aut mater vim eam geminandi per naturam obtineant. Sunt & loca, ubi bis terve pariunt, ut in Differentiis dicemus. Terno sæpius aut quaterno coitu implentur, & aliquando toti gregi unus aries sufficit. Pariunt nonnunquam & monstra. Albertus, Cinirum vocari scribit, qui ex ove & hirco nascitur. Apud Helvetios, teste Gesnero, nascuntur capræ posteriore parte, anteriore ovès vel arietes, sed vivere non possunt, & paulò post moriuntur. Albertus *Musmonem* ex capra & ariete nasci, refert. Apud Columellam verò refertur, ex ovibus & arietum ferorum coitu fœtum conceptum paternum colorem retulisse, eumque similiter durasse per sobolem & nepotes: lanam verò, in primo quidem fœtu hirtam: sed in nepotibus & deinceps molliorum fuisse. Ejus autem coloris fœtus erit, cujus venæ linguæ in prægnante sunt. Mares aut fœminæ vitum aquarum tum admissariorum generantur. Aristot. verò docet, austrinos flatus captandos esse, si fœminæ generari debent: septentrionalis, si mares. Idem efficies, præeunte Plinio, si arieti lævum vel dextrum testem ligaveris. Quod de aqua ex Aristotele dictum, probat Pausanias, dum ait, ex Charadro fluvio hibentia pecora ut plurimum mares parere. Ut verò coitum arietum, sale, vel genitalium sale & nitro perfrictione excitant: sic & conceptio à quibusdam, pinguedine nempe nimia, impeditur. Ex congressu de anni felicitate præfagium fumitur. Nam si majores natu tempestivè libidine incitantur, annum esse felicem gregi pastores confirmant: si minores, infelicem. Post ordinarium coeundi tempus concepti, Cordi antiquis vocantur. Inter Oves & Capras occulta quædam amicitia viget, ideò simul libenter pascuntur. Ex arietinis cornibus tufis & defossis, asparagos

Columella R. R. 1. 7. c. 2. 3.

Gomef. 1. 1. de Sale.

Plin. H. N. 1. 19. c. 3.

Strabo Geogr. 1. 15.

Plutarch. qu. 2.

Varro R. R. 1. 2. c. 2. Coitus & Partus. Arist. H. A. 1. 5. c. 14.

Plin. H. N. 1. 8. c. 48. Arist. H. A. 1. 5. c. 14.

Columella R. R. 1. 7. c. 3.

Sympathia & Antipathia.

ragos nasci; quidem scripsere, negat Dioscorides. Si eadem sepeliantur ad radicem fici arboris, fructus ejus citius maturefcere, scribit Albertus Magnus. Quæ de vesper-tione produntur, inter magicæ vanitatis specimina reponit Plinius. Inimicitias creduntur fovere, cum lupo, urfo, tigris, elephanto, lupo in primis, corvo, aquila, serpentibus, apibus, eruca. Stirpes verò iisdem noxiæ sunt, Aconitum, Nerion, Evonymus, Sabina Sanguinaria, Polygonum, Numularia, Calamogroftis, Anagallis, Ervum, Glans, Duvæ & Thapsia. Quæ de lupi intestinis, tympano, & aliis dicuntur, alibi examinabimus. Sanguinariam si comederint, toto ventre diftrahuntur, & spumam quandam tenuem tetri odoris exspuunt. Calamogroftis comesta fitim, maciem, & tabem invehit, & sanguinem in ventriculum elicit. Duvam (herba est apud Gallos, ficiisdem vernaculè dicta) si gustaverint, innascuntur in jecore parva quædam animalia nigra, quæ fimiliter Duvæ vocantur. Ervum noxium est, quod mense Martio feritur. Si glandem copiosius comederint, abortum faciunt. In Attica Thapsiæ radicem non tangunt, peregrinæ depascunt, & aut alvus solvitur, aut intereunt. Tonitru consternatis, si aliqua non concurrerit, abortit. In Thracia verò, ut Bellonius prodidit, binas Turcæ putant esse stellas, Julio & Augusto noctu apparentes, sibi planè verticales, quarum splendorem si oves caput artollentes conspiciant, intereant. Ideo tum sub tectis habentur. Vitam ad denos annos, sed magnâ ex parte pauciores vivunt. Facit tamen & loci diversitas ad longævitatem. Albertus namque in quibusdam locis siccis & marinis ad viginti annos vivere scribit. Aristoteles, duces pecoris ad quindenos. Oves Æthiopicæ ad duodecem & tredecem annos vitam agunt. Vox ipsis propria balare, Græcis βάλωμαι. Homerus tamen μινάειψας dixit agnos, & apud Claudianum, agnos grundiſſe, leges. Peculiarem in coitu habere, Aristoteles author est. Quantum ad Naturam, Ingenium & Mores ovium, adeo sunt stolidæ & amentes, & homo ποσειδώνος & ἀμύμων, pro stolido & fatuo nominetur, & in proverbium abiverit, nullam ovium utilitatem esse, si pastor absit. Mansuetæ sunt eadem, & cum cætera animalia in partu vel à partu sævire soleant, hæc, teste Aristotele, non sæviunt. Quamvis autem quacunquè occasione porhorrescere Quintus Calaber innuere videatur: agnos tamen audaces Horatius dixit. Præter pastorem & canem itineris ducem arietem habent, quem tamen pastor primò instituit, videresque è stabulo egressas mulitari, quasi ordine incedere, præsertim si à pastore, cujus vel sibilum intelligunt, depositæ fuerint. Arietes pugnacissimos esse, simul ac ipsi cornua

increſcere incipiunt, notum. Non modò sui generis fimiles, sed & alias, hominem adeo ipsum, incessunt. Sævitia repellitur, si, mensuræ pedalis, aculeis confixam tabulam, adversam fronti cornibus religaveris, vel cornua secundum auriculas quæ curvantur inflexu terebrâ perforaveris, vel etiam castraveris. Eosdem per sex menses hybernales sinistro incubare lateri, ab æquinoctio verno supra dextrum latus, quomodo scilicet sol ab eodem tempore dextrum hemisphærium, reliquo ambit sinistram, quod Macrobius & Ælianus prodidere, experientia falsum est. De cætero, amat hoc pecus frigidos fontes: radicibus herbas carpit, & arbores destruit: lac per octo menses habet: antecedente hyeme copiosius avidiusque pabulum ventri ingerit, quasi de viatico pro futura indigentia sollicitum, frigoris est impatiens, quamvis vestitissimum: illæ tamen minus perhorrescunt, quibus cauda amplior. Eum sequi solere, qui vellere aures ipsarum obturaverit, Mizaldus prodidit. Agrestes cum consenuerunt, à propriis foetibus aluntur. Agnos odore posteriorum noscere, apud Albertum legimus. Cubant difficiliter quàm capræ. Fœminæ urinam crassioram reddunt quàm mares. Menses ipsis & capris tempore coeundi indicari, idemque post coitum etiam fieri ad tempus, mox desistere, donec parturiant: tum de novo indicari: itaque pastores proximum esse partum intelligere: à partu autem purgationem sequi abundè, primum leviter cruentam, postea valdè, Aristoteles author est. Agnina veteribus despiciatui fuisse, quidam, & inter eos Turnebus, credunt: Plautus tamen coram fuisse Romæ, tradit: & Horatius in deliciis reponit, ut exta agnina jam memoratus Comicus: Athenis quondam interdictum fuisse ne quis intonsum agnum in cibo sumeret, Athenæus author est. Modicè verò est calida, cum superflua humiditate, quæ quò agnus junior, copiosior. Ideo etsi robustis utilis, infirmis tamen ventriculo, quod viscoso humore adhæreat noxia: quanquam Crescentiensis anniculos commendat. Columella autumnalem verno præfert. Capita inter delicatiora cujusdam convivii cibos numerantur. Agnus Syringatus, Terpianus, Pasticus, diversi apparatus sunt nomina. Arietina caro minus est humida, & si benè concoquatur, sanguinem laudabilem generat, maximè castratorum. Donatus Antonius Ferrus, vervecinam omni ætati, regioni & tempori si sit juvenis, bimula, mediocriter pinguis, & in optimo aëre ficco, optimisque herbis educata, convenire ait; talesque esse asserit verveces, qui in sublimi Trivicano monte nutriuntur: secus

Ufus in Cibo.

Bellon. obser. 1.3. c. 51.

Ætas.

Vox.

Aristot. H.A. 1.4. c. 4. Natura, Ingenium, Mores.

Bellon.
observ. 1.
i. c. 60.

Athen.
1. 4.

Homer.
Iliade 10.

S

autem esse, qui humidis aluntur in locis, & propterea in Campania nullo ferè precio haberi. Bellonius longè sapidiore esse iudicat, si integri, quod pastoribus in Thracia supra Nessum fluvium suetum, assentur. Testes apud Athenæum inter deliciores cibos censentur. Medullam inter venena, cui phasiani caro obsistat, reposuit Arnoldus: at Homerus, Astynacta ea vesci fuisse solitum, author est. *Ovillus* saporis est ingrati, nimis humidi, & mali succi. Quia æstate minus quam verno tempore convenit, ideò in quibusdam locis, magistratus post. Divi Jacobi festum, id est, vicèsimum quintum Julii, mactari prohibet. Pedes non exempto vermiculo, ut sup. monuimus, nauseam stomacho inferunt. *Armus* elixus & refrigeratus sæpè editur. Ex *pulmone* minutal fit. Ex *jecore* apud Helvetios Tigurinos, Gesnero referente, tomi quadrati, qui omento circumvoluti, & herbis odoratis aliquando, veribus ligneis transfixi, in craticula assantur. Sunt qui integrum diligenter cum medulla panis contundunt, & per linteum vel cilicium transmittunt, deinde aromatibus ad saporem coloremque commendandum, modicè inspersis, fervefaciunt, & turdos in iure carniū elixos, ac modicè butyro frixos imponunt. *Lac* est tanto melius quanto recentius. idem de Caseo sentiendum. Improbatur etiam nimis salsus. *Medicinam* quod spectat, agni morsui venenato, calentes, post cucurbitulas impositi, venenum extrahere Ætius prodidit: ius in quartanis utilissimum esse Brunus: *Cerebrum* mania conferre, ex quodam manuscripto Gesnerus. Decoctum *pedum* doloribus vesicæ. Plinius. *Testiculos* arietis tritos & cum aqua potos, comitialibus. *Pulmones* arietum excrescentes in ulceribus carnes ad æqualitatem reducant: assus præsumptus ebrietatem arcet: Livores & fugillationes minutatim concisus & impositus statim sanat, & nigras cicatrices ad candorem perducit. Est ejusdem & in purgatione uterorum usus. *Iecur*, oculis cruore suffusis, eximiè prodest, si pariens infletur, idem meracius præbendum in cibo, suadet Hippocrates. *Lien* tostus & in vino tritus potusque ileo resistit, si Plinio credimus, qui alibi hoc supersticiosum recenset. Pecudis lien recens, magicis præceptis super dolentem lienem extenditur, dicente eo qui medeatur, lieni se remedium facere. Postea jubent eum in parte dormitorii ejus rectove includi, & obsignari annulo, terque novies carmen dici. *Vesicam* ovillam ustam bibendam jubet præbere Galenus his, qui se in somno permingunt, idemque remedium Mizaldus repetit. *Fel* pecudis cum melle aures purgare prodidit Plinius. Eodem tolluntur porrigines, cum terra Cimolia illito capite, ut inarescat. Cum suo sevo lenit podagras. *Lac* laudatur contra omnia vene-

Usus in
Medicina.

na, præterquam buprestin & aconitum. Contra quartanas quidam, referente Plinio, tres cyathos ante accessionem, cum fimi hirundinum drachma unâ, sumi jubent. Sextario si quis adjiciat Cnici purgati denarios quatuor, & decoctum ita bibat, molliet ventrem. Alvi exulcerati fluores & tenesmi, eodem ignitis calculis decocto fisti, Dioscorides tradit. *Serum* ventrem movet, & bilem expurgat. De *Butyro* hæc apud Plinium reperiuntur. Reduvias & quæ in digitis nascuntur pterygia, tollunt canini capitis cinis, aut vulva decocta in oleo, superillito butyro ovillo, cum melle. *Caseus* vetus dysentericos recreat, & in cibo sumptus, vel rasus & cum vino potus, cæliaco medetur. *Cornu* arietis ustum & cum oleo contritum, atque inde derafum, à quibusdam ad crispandum capillum adhibetur. *Ungula* cinis cum melle muris aranei morsum sanat. *Coagulum* contra pastinacam & omnium marinorum ictus vel morsus, drachmæ pondere ex vino sumi, scripsit Plinius. Infantibus etiam, qui lacte concreto vexantur, præsidio est, ex aqua potum: aut si virium coagulato lacte acciderit, discutitur coagulo ex aceto dato. Silitit itidem sanguinem ex naribus subditum vel infusum, si alia non profint. De *sevo* notandum est, aliquando simpliciter, aliquando ex renibus, vel omento privatim nominari. Quidam innominatus, eo ad ignem liquato linteum intingi, & perti adustæ imponi jubet, atque ita curari asserit. Pernionibus cum alumine, teste Plinio, imponitur. Vetus cum cinere è mulierum capillis, furunculis medetur. Ex omento, præcipuè à renibus, admixto cinere pumicis, & sale cæteris verendorum vitis medetur. *Medulla* agni ad ignem liquefacta, cum oleo nucum & saccharo albo & epota, calculum vesicæ dissolvere dicitur, si Alberto credimus. *Urinam* ovis rubræ aut nigræ, idem, hydropi perutilem esse scribit, sed præcipuè, si cum melle fuerit mixta. Quantum ad *stercus* & *fimum*. Medicus quidam in Mylia, teste Galeno, ovium utebatur stercore ad acrochordonas, & myrmecias, & thymos, & furunculos duos, quos clavos nominant, aceto videlicet diluens; quin & ulcerum abusta ad cicatricem illo ducebat nempe, stercus hoc cerato rosaceo commiscens. Fimus ex aceto illitus apud Dioscoridem, epinyctidas, clavos, pensiles verrucas, thymos, & ambusta igni, rosaceo cerato exceptus Galenus ex oleo tritum, instat cataplasmatibus imponi jubet, ad vulnera recentia gladio aut ligno illata. Magna vis & in cinere fimi, inquit Plinius, ad carcinomata, addito nitro, aut cinere ex ossibus feminum agnorum, præcipuè in his ulceribus quæ cicatricem non trahunt. Fimo quoque ipso ovium, sub testa calefacto & subacto, tumor vulnerum sedatur. Ad dolorem

Plin. H.
N. l. 29. c.
2.

coli-

colicum hoc est Marcelli. Stercus ovis montanæ mense Septembri, deficiente luna pridie inclusæ, manè excipies, & sole durabis, atque in pulverem rediges, & habebis in vase vitreo sive stanneo, cum usus exegerit. Cochleare plenum, colico ex aqua calida, si febricitaverit, sin minus, cum vino per triduum dabis. *Vellera* pura aut per se imposita, cæcis doloribus, aut accepto sulfure mederi, testatur Plinius, tantumque pollere, ut medicamentis quoque superponantur. Pugnacis arietis è medio cornuum lanas suffitas, Nicolaus Mirepsus imponi jubet, loco dolenti in hemicrania, doloremque sedari promittit. Cinis crematarum ex Dioscoridis sententia, crustas obducit, excrescentias in carne cohibet, & ulcera ad cicatricem perducit. Mundæ autem & carptæ, in fictili crudo, cæterorum more uruntur. Quidam detonsam eam, alii evulsam decisis summis partibus siccant, carpuntque, & in fictili crudo componunt, ac melle perfundunt utrumque. Alii hastulis tædo subjectis & subinde interfratis, oleo aspersam accendunt, cineremque in labellis aquâ additâ, confricant manibus, & confidere patiuntur, idque sæpius mutantes aquam donec linguam adstringat leviter, nec mordeat, tum cinerem reponunt. Vis ejus septica est, efficacissimeque genas purgat. Lana succida, quæ colligitur ex ovibus tonsis inter æquinoctium vernum & solstitium, quo tempore sudare cœperunt, laudatissima quæ de collo demitur. Subveniunt tales lanæ teste Dioscoride, inter initia vulneribus percussis, desquamatis, lividis, ossibus fractis, aceto, oleo, aut vino imbutæ: siquidem faciliè succos combibunt, quibus immerguntur, & ob pecudum fordem (sic *Oesypon* vocant) emolliunt. Canis rabiosi moribus incultata post diem septimum solvitur, teste Plinio, reduviasque sanat ex aqua frigida, ex oleo calido humidis apposita medetur, ut ait Marcellus. Refert Herodotus, Pænos pastores in filiis quadrimis, venas verticis lana succida inurere, nonnullos venas temporum, ne unquam scilicet pituita è capita defluens, officiat. Quod si pueris inurendis spasmus contingat, urina hirci aspersa eos liberari. Si talum aut ungulam bovis vomer læserit, picem duram & axungiam cum sulfure & lana succida involutam, candente ferro super vulnus inuri jubet Columella. Plinius sanguinem è naribus lanâ succidâ, ait sisti, cum oleo rosaceo, & alio modo auribus sæpius obturatis indita: sed & alibi sistit, si articulos extremitatum præligaveris. *Oesypon* seu fordibus lanis inhærentibus, Galenus concoquendi vim tribuit, cum aliqua digerente facultate. Dioscorides cum *Ætio*, excalescere, ulcera explere, & emollire ait. Apud Plinium, vulvæ inflammationibus &

fedis rhagadiis, & condylomatis, cum butyro & meliloto, medetur. Secundum eundem vulneribus medetur cum hordei cinere & ærugine æquis partibus, ad carcinomata quoque ac serpentina valet. Erodit & ulcerum margines carnesque excrescentes, ad æqualitatem redigit. Igni sacro medetur cum pompholyge & rosaceo. Somnos allicit cum myrrhæ momento, in vini cyathis duobus dilutum. Maculas in facie cum melle Corsico, quod asperrimum habetur, extenuat. Quomodo & colligatur & paretur, vide apud Aldrovandum. Sylvius denique, nescio quo authore, cutim pedum & rostrorum bovis & ovis lento igne diu coqui tradit, donec veluti coagulum remittat, idque exemptum, siccatumque, in aëre perflatili ad hernias commendari. Et tantum quidem de usu in Medicina. Dantur & in externis quidam. Lana enim vestitus est materia: sed & pelles humani corporis sunt operimentum. Bedevini ex Arabum genere Vitriaco teste, plerumque iis vestiuntur. Zeno etiam Citicus apud Laërtium, Cratem Thebanum ovis pellem pallio suo insuisse scribit. Vulstanus quoque Vigarniensis in Anglia Episcopus vestitu ex pellibus ovinis usus est, quod non lynces Dei, sed agnus in templis cantaretur. In tragœdiis etiam earum usus, unde qui gestabant *δραβισται* dicebantur. Cavendum tamen est, ne ovium quæ peste periere pelles adhibeantur. Pauci enim ex talibus, non phthiriasin modò, sed & facrum ignem gignunt. Mirum verò quod scribit *Ælianus*, ex ovis à lupo demorsæ lana vestis, pruritus in corpore ejus excitat qui ea vestietur. Ex eadem lana cingula fiebant, quibus novæ nuptæ apud Romanos præcingebantur. Pescia, in Saliari carmine capucia ex pellibus agninis fuere. Mollitans vocat Festus pelles ovillas quibus galeæ tegebantur. Earundem pellium usus loco chartæ fuit. Ventre Diophanes ad necanda animalcula noxia utitur. Ex testiculis arietinis crumenas olim factas, Cicero ad Herennium innuere videtur. Suffiscus etiam folliculus est testium arietinorum Festo, quo pro marsupio utebantur. Intestina minora ad fides & arcuum nervos adhibentur. Mense Majo caseum coagulabimus syncerolacte, coagulis agni vel hædi. Urina nitri factitii materia est. Ossa manubriis cultellorum inserviunt. Stercus agris utile. Candelam ex syncero arietis sevo, seriniis tenui linteolo insertam, vestiariam supellectilem à tineis inoffensam custodire, Mizaldus tradit. *Differentias* à pilo seu lana, & loco sumemus, easque promiscuè trademus. Aristoteles Scythicas pilo molli esse ait, Sauromaticas duro. Horatius Tarentinas pellitas cognominat, quod molliores sint velleris. Colonicæ dicebantur, hirsutæ, quod quæ agris colebantur. Cujus iconem hic damus. Eadem &

Usus in externis.

Laërt. l. 6.

Ælian. H. A. l. r. c. 8.

Differentiæ.

Montanæ dicuntur, unde ^{ἰσχυρὸν ἰσχυρῶς} ex squallida & non pectinata lana. Sunt & *feræ oves*, non quidem multò nostris domesticis, ut Gillius ex Oppiano tradit, majores, sed certè ad currendum velociores, & ad pugnandum fortiores, tum retortis cornibus, tum infestis, & robustis frontibus armatæ. Sæpè in sylvis apros impetuosos ad terram abjiciunt, interdum impetu factò inter se pugnant. Julius Capitolinus testatur, suo tempore extitisse Gordiani sylvam memorabilem, in quâ picta tum continerentur, tum alia diversa animalia, tum oves feræ centum. In Adimain Lybiæ solitudinibus, animal est formâ arietinâ, aselli magnitudine, aurium oblongarum & pendularum, lanam curtam gerens; & fessoris patiens, tametsi non ad eum usum, sed ad lac habeatur. Contra quam nostratibus fœminis cornua, maribus nulla. In desertis Lybiæ frequenter reperiuntur, alioquin rari, licet plærumque in agris Numidiæ videantur, quod prodigii loco habent. In Ægypto lana ovium, pilo propior quam lanæ, teste Plinio, ex qua vestis detrita usu tingitur, rursusque ævo durat. Ibidem oves majores quàm in Græcia; Circa Damiatem, vervecēs rotundis & tam amplis caudis spectantur, ut vix eas sustineant. Leo Africanus se, quæ pondere libras quinquaginta, aliquando centum viginti æquarent, vidisse scribit. In Æthiopia non habent lanam, sed camelorum pilishirta sunt, quod Diodorus Sículus, Ælianus & Strabo prodidere. Johannes Bohemus verò parvas esse addit, & incolas caudâ hujus pecudis pedenda sua obtegere. In Nubia arietes cornuti nascuntur, nec modò mares, sed & fœminæ cornua gerunt, cui miraculo æquandum est, quod ibidem oves, teste Plinio, quarto nonnisi die bibant. Tuneti etiam prouit in Ægypto reperiuntur, adeò crassas caudas habentes, ut se loco dimovere non possent: verum qui eorum curam gerunt, caudam exiguis vehiculis alligantes, gradum promovere faciunt. In Angeliæ præter rorem cœlestem nullum bibunt potum, & de industria à fontibus arcentur, quòd experientia docuerit, bibere ipsis exitiale. In Arabia quædam tricubitales trahunt caudas prodente Herodoto, quædam cubitum latas ut apud Ælianium legimus. Tales vel his similes in Arabia Petræa & Felice inveniuntur. Cauda aliquando viginti sex, aliquando quadraginta quatuor libras pendit. Ibidem arietes sunt usque in terram criniti. Hic, qui sub nomine Indici datur, sed revera Arabs, cornibus omninò caret, lanam habet promissam, cauda terram contigit. Arietis species est aries Moromorus, ut eum Nierembergicus vocat, Rasus est, & stupiditatis quodam gestu solet consistere, & serene attendere obvios, aliquando territus aufugit cum sarcinâ. Arius verò Gui-

neensis seu Angolensis ita à Marcgravio describitur. Magnitudine arietis nostratis. Caput habet crassum arietinum, occipitiò tamen magis prominente quam in nostratibus: aures pendulas: caudam usque ad suffragines pendulam: scrotum magnum, & penem in medio ventre: cornua parva deorsum usque ad oculos incurvata & quasi torta: ad collum inferius, jubam habent pendulam longis pilis constantem, in reliquo corpore breves pilos hircinos. Nullam lanam. Caput & aures sunt nigræ; caudæ quoque dimidia pars ab exortu, reliqua pars alba: ed occipitium pili sunt albi; crura anteriora usque ad genua alba, inferior medietas nigra; posteriora crura tota nigra & circa anum corpus & dorsum album; in lateribus autem nigras habet maculas. Crura & pedes habet, altos hircinos, duabus ungulis nigris. Variant tamen hæ oves colore uti nostrates; & quædam species caudam habet tibiam humanam crassam ad suffraginem usque pendulam & pinguem; caret illa species juba illa ad inferius collum. Lanam quoque non habet, sed pilos caprinos. Grandiores sunt nostratibus & ingluvie pendula instar bovis. In Asia rubram quædam habent lanam. Regio Camandu, sit M. Paulo Veneto credimus, non minores asinis alit, illasque pulcherrimas & pingues, quarum cauda octoginta libras aliquando pendat. Canusinis lana est ruffa, seu fulva. In Chio sunt parvæ stature inopiâ pabuli, sed caseum ex iis laudatissimum fieri, Ælianus author est. In Clazomeniorum agris, teste Hermolao, pecora procreari ajunt, aliis locis leucophæa, aliis pulla, aliis coracino colore. Coraxinorum lanitium omnium pulcherrimum, teste Strabone; Ideò admiffarii arietes talento emuntur. Apud Cretenfis in Ida monte, sunt, oves pastoribus Striphoceri dictæ, cornibus erectis, ut unicornu, in ambitu canaliculatis, & cochleæ in modum contortis. Arietem nostratem magnitudine non superant. In Erythræa insula, quæ fortè Gades, ovium lac, serum propter pinguedinem non habet; quin & intra triginta dies suffocantur, nisi aliquid sanguinis detractum fuerit. In quadam Scotiæ regione, si Hæctori Boëtio fides, flavæ habentur oves, dentium aurei planè coloris, carnes habentes croceas, & lanas. In Gortynide, Oppianus, referente Æliano, tradit oves esse ruffas & quadricornes. In Gothlandia, si nos Olaus M. non fallit, arietes sunt, quibus quaterna vel octona cornua crescunt, à quibus tantum ferociæ mutuuntur, ut sibi & aliis animalibus nisi ferrâ demantur, incommodent. Lanam habent mollem & longam. Hirta ex Hebridibus una, fert oves vel maximos hircos altitudine superantes, cornua bubulis crassitudine æquâ, sed longitudine aliquantum etiam

Scalig.
Ex. 217.
n. 8.
Johan.
Leo A-
fricæ l. 7.

Diodor.
Sicul.
Biblio-
thec. l. 4.
Ælian.
H. A. l.
17. c. 10.
Strabo
l. 7.

Bellon.
obf. l. 2.
c. 60.
Herodot.
l. 2.
Ælian.
H. A.
l. 10. c. 4.

Nierem.
H. E. l. 9.
c. 52.
Marcgr.
Histo-
Brasil.
l. 4. c. 10.

Strabo.
l. 3.

Oppian.
de venat.
l. 2.

Olaus
l. 17. c. 1.

Boët. in
descript.
Scotiæ.

Aristot.
in l. Mi-
rabiliū.

etiam superantia, præter caudas in terram usque prominentes. In Hispania, tempore Marinei, tanta erat ovium copia, ut multos se ibi nosse scribat pastores, quorum unusquisque ovium XXX.M. possedisset. In eadem agnos melius quam alibi nutrire Julius Alexandrinus author est. Apud Illyrios ferunt pecora bis anno parere, & quidem plærumque geminos, multa verò etiam ternos, & quaternos, quandoque quinos. Lactis quoque sesquicongium ab eis emulgeri. Indorum oves, apud Ælianum, ad maximum asinorum magnitudinem accedunt, quatuor factus cum plærumque pariunt, tres cum minimum. Caudæ longitudo ad pedes usque pertingit, quæ etiam matricibus, tum ut facilius ineantur, tum ut ex adipe earum oleum exprimat, abscinduntur. Arietum quoque dissecantur, & adipe exiinto, iterum consuuntur, & quidem tam exactè, ut ne vestigium quidem cicatricis appareat. Quorum icones arietum hic damus, unus erat sine cornibus & cauda, loco ejus nescio quid habens extuberans, & sub mento veluti palearia, totus candicabat, præter caput & extremas ungulas, quæ erant nigra. Alter erat insigniter mutonatus, reflexis & convolutis cornibus, quæ, ut & totum caput, coloris erat cornei: rostrum autem, pedes, & testes caudæque pars inferior candicabant, cætera ruffus. Istriæ seu potius Liburniæ ovium lana, pilo propior quam lanæ, ut ait Plinius. In Italia genus quoddam ovium esse, Gesnerus ex amici relatione scribit, quod naturâ, quaterna aut sena cornua aliquando gerat, sed imbecilles easdem, & lanâ inutili. Laodiceæ in Asia breves oves, villo summam nobilitatem habent, teste Plinio. Inter Lusitaniæ fertilitatem, quam Athenæus ex Polybio, describit, agnis trium vel quatuor obulorum precium esse consuevisse ait; suem, quæ ad centum librarum pondus accedat, quinque drachmis in cœnam emi, ovem duabus. In Lybia citò apparent cornua in capitibus arietum. In Macedonia qui candida sibi nasci pecora volunt, ad Aliacmonem ducere: qui nigra aut fusca ad Axium, Theophrastus tradit. In Madagascari reperiuntur oves caudis maximi ponderis. In Magnesiâ & Mesopotamia bis pariunt. Milesiæ tertium bonitatis locum obtinent. Apud Moscos, in desertis campis circa Borysthenem Tanain & Rha, ovis est sylvestris, quam ipsi Seigios vocant, narrante Barone Herbersteinio magnitudine capreolæ, brevioribus tamen pedibus, cornibus in altum porrectis, & quibusdam circulis notatis (ex quibus Mosci manubria, cultellorum transparentia faciunt) velocissimi cursus, & altissimorum saltuum. Nabathæi, referente Strabone oves habent albas. In Naxo duplici sunt felle. Apud Panchæam plurimum ab aliis molli-

Athen.
l.8.

tie differunt. In Peru oves ad asellorum magnitudinem crescunt, longis cruribus, crasso corpore, capite longo, collo & effigie quasi cameli, carne optimâ, agnorum maximè. Castratos aratum duci, & dorso ferre ligna: non clamare, colore esse albo, nigro, & cinereo. Quinquaginta onerum pondo sustinent, & tergo sublatum, ad aliquot passuum millia vehunt: vesci tamen si urgeantur, sedentes, ore converso ringentes, foedo odore conspurcant, si onustæ sint, tum humi se acclinant, nec inde ullâ verberum vehementia, nisi penitus clitellis exonerentur, propelli possunt. Lanæ tenuitate, longitudine & copiâ nostras superant. Frumento vescuntur, sed adeò pauci sunt & cibi & potus, ut triduo imò quadriduo abstineant. Mathiolus nobis ejus exactam descriptionem dedit, dum ait: Refert hoc animal partim camelum, partim cervum, adeò ut rectè quidem Græco idiomate *καμήλοειδος* appellari posse crediderim. Longitudo totius corporis à cervice ad caudam sex pedum est: altitudo verò à dorso ad pedis plantam, quatuor tantum, & colli longitudo à scapulis ad cervicem, duum. *Capite, collo, ore,* superioris præsertim labii scissurâ, ac genitali Camelum ferè refert. At *caput* oblongius est: aures habet cervinas, oculos bubulos. Anterioribus *dentibus* in superiori mandibulâ caret, sed molares utrimque habet, ut bisulca ferè omnia, & ut illa etiam ruminat. *Dorso* est sensim prominente, quod per injuriam à pictore neglectum est. *Scapulis* propè collum depressis, *lateribus* tumidis, *ventre* lato, *clunibus* altioribus: & *cauda* brevi spithamæ ferè longitudine: quibus omnibus cervum ferè refert, quemadmodum etiam *cruribus*, præsertim posterioribus. *Pedes* illi bisulci sunt, diducta anteriori parte divisura. *Ungues* habet acuminatos, qui circa pedis ambitum in cutem crassam abeunt. Nam pedis planta non ungue, sed cute ut in multifidis & in ipso Camelo contegitur. *Retromingit* ut camelus, & *testes* substrictos habet. *Pectore* est amplo; sub quo ubi thorax ventri connectitur, extuberat globus, ut in Camelo, vomica similis, è quo nescio quid excrementi sensim manare videtur. *Color* colli, cervicis, pectoris & anteriorum crurum est illi albus, reliqui vero corporis subruber, vel ex nigro rufescens. *Rostrum* tamen est nigro & anterioribus cruribus à genu albicantibus. Cicur ac mansuetum est animal, sed frigoris impatiens, ut alia quæ ad nos è calidis regionibus afferuntur. Neminem offendit: sed miro admodum ingenio ab illata se vindicat injuria. Nam ubi aliquis illud vexet, vel circa clunes opprimat, non calcibus aut morsibus se defendit, sed vomitu vel cibi vel humoris in vexantem retrosum cum impetu ejaculato, ad protensam colli longitudinem. Salacissi-

mum hoc esse animal, id mihi conjecturam facit, quod cum sui generis fœmellis sit destitutum, magnâ cum prurigine capris se commisceat, non tamen erectis, ut aliâs capræ hirco ascendente solent, sed humi ventre accubantibus, ita cogente animali anterioribus cruribus. Itaque superascendens coit, non autem, ut falso de retromingentibus animalibus affirmat Aristoteles, averfis clunibus. Adeo venere vernali autumnalique tempore stimulatur hoc animal, ut illud viderim humile quoddam præsepium avenâ refertum conscendisse, genitaleque illi magno cum murmure tamdiu confricasse, quousque semen redderet, plurimis una hora replicatis vicibus. Non tamen concipere capræ hujusce animalis femine referat, tum, quod, ut puto, vi coactæ illi prostituerint continuo balantes; tum quod cum hoc animali earum non conveniat species. Indicam ovem appellabat hoc animal, qui illud ad nos advexit, atqui à nostris ovibus quantum distet, tu ipse judicare poteris. Hactenus Mathiolus. Ab his plurimum differunt, oves illæ Chilenses, quarum iconem istam Belgæ attulerunt. Satis omnia quadrant, inquit *de Laëtius*, quoad corporis compositionem; præterquam quod postici pedes nugulas bifulcas habeant, priores autem in quatuor divisos unguis, & quod prolixis admodum villis lanæ vestiatur, quam imprimis commendant. Cæterum natura bene convenit cum præcedentibus, ita ut haud dubium sit unius generis animal esse, tantum ratione cœli sub quo degit variare: nisi forte inter utrumque sit distinctio illa, quam observavimus in descriptione Ind. Occidentalis, ut omnino existimo. Sputum ejaculatur in vexantes; & scribit P. Alonso d'Ovaglie in Historica Relatione Regni Chill, vulgo credi in parte corporis humani quam sputum illud contigerit, scabiem generari. Pollentia juxta Alpes, oves habet cani velleris, apud Martialem extat. Apud Rhætos, arietes sex vel septem annorum ad priora cornua alia veluti adnata, parva, bina, vel terna producant, illaque non ante quintum aut sextum annum adnascuntur, primis robore & crassitie proficientibus. Sauromaticæ duro sunt pilo. Syriæ cubitales ovium caudæ, plurimumque in ea parte lanitii. Circa Tarnafari urbem Indiæ, oves conspici, cornua damis haud ab similia habentes, nostris longè majores, Aristoteles author est. Visi & Monstruosi agni, quorum etiam hic Icones damus. Unus erat capite fuillo; alter duobus capitibus & quinque pedibus. Tertius pedibus equinis & capite simiæ. Quartus triiceps. Quintus, dorso duplici conjuncto, pedibus octo.

Martial.
l. 14.
Epigr.
157.

ARTICULUS IV.

De Capra & Hirco domesticis.

IN historia hac, de Capræ primo, mox Hirco, tandem Hædi nomine, in principio agendum est. Capras à carpendis virgultis dictose esse scribit, Varro, Cicero, & Nonnius. Festus tanquam crepas vult dici, quod cruribus crepent. Martinius à *καπρω* voro, quod sit animal *καπιλοφόρον*, deducit. Pro ætate & sexu variant nomina. Græcis dicitur *αἴξ* ab *αἴωφι* ruere, & cum impetu ferri. Dicuntur verò *αἴξ* tam *ἑρρίφαι* recens natæ capræ, quàm *χιμαραι*, quæ sunt anniculæ, vel mediæ ætatis, & adultæ quæ *πράγαι*, licet hoc nomen maribus duntaxat competere videatur. Synonyma occurrunt plurima. Modernis Græcis vocatur *γίδα*, Tyrrheniis *καπραι*, Cretensibus *καραινά*. Hesy chius *μήλας*, & *ἀπλινας* vertit capras; *καράδες* sunt capre fœmellæ quæ cornua ut plurimum habent. *καλάδες* capræ in fronte signum habentes instar calli. *μυαδες*, quæ mulgentur: *ὀνάδες* agrestis: *χιμαρα* hyeme nata. Grammatici tamen *χιμαρον*, pro omni caprario genere, omni ætate & utroque sexu inter pretantur. Sed & *μύρα* & *μυαδες* capræ sunt. *Hircus*, qui Sabinis fircus, vel ab hirsuto, quod ab Ebræo *חיר* addurere, quod animal sit libidinosum, dicitur. Græcis est *πράγαι*, vel à *πράγι* & *πράγειν* edere, quod vorax sit: vel *παρά τὸ πρυχὸ δέρμα ἔχειν*, à pellis asperitate: vel *ὑπὸ τοῦ πρέχειν*, currendo. *Capri* nomen obtinuit, qui castratus est: Ægyptiis Mendes. *Hædus* est id quod ex capra & hirco nascitur. Ab Ebræo potius *חיר* quàm quasi fœdus dicitur. Martialis fætum quærulæ rudem capellæ appellat. Hesy chio & Ethymologo dicitur *ἑρρίφαι*, Varino ad tres vel quatuor menses, postea *χιμαρον* dici, donec pariat & mulgeatur. Rhodiis audit *κάραι*, aliâs etiam *κεκρύφαλαι*, aut *κρίθαι*, *διακαλαμίσσαι* in quadam lege dicuntur, quod frugum calamos depascerent. Bifulcas esse capras, & cornigeras, haud uno loco Aristoteli proditum. Colorem mutant, & interdum variè generantur. *Pilus* differt sexu. Crassus est hircis, mollis & tenuior capris. Et quia hoc genus apprimè hirsutum est, ideò Festus, densorum pilorum homines hircipilos vocavit. *Cornua* omnibus esse negat Plinius; verum in his quibus sunt, in dicia annorum per incrementa esse affirmat. Sunt autem ea longa & acuta. In Delo insula, prodente Varino, visum est hirci bicubitale cum dodrante, ponderis librarum viginti sex. *Oculos*, quos in angulorum angustias contrudit, habet aliquando dissimiles; In tenebris splendere lucemque jaculari Plinius prodidit. *Naso* sunt simæ. *Dentes* capræ superiores non sunt præter primores geminos, ut idem ait, & pauciores alii quàm hircis, quod prodidit Aristoteles.

Aldrovand. de Bifulcis c. 9.

Descriptio.

Plin. H. N. l. 28. c. 11.

De-

Dependet mento omnium *villus*, qui aruncus, spirillus, Græcis *ἀγρίων*, secundem quosdam *κίβριον* dicitur. Noneolas vocari tradit Festus papillas quæ ex faucibus caprarum dependet. Varro mammillas nuncupat, lacinias Plinius, verruculas alii. Binas in feminibus mammæ habent: pedes macilentos. Per aures & nares spirare, præter Alcmæonem vel potius Archelaum, Ægypti sapientes quoque credidere. Philes signum addit, quod naso obstructo nihil offendantur. Oppianus id de sylvestribus credidisse videtur, dum eis meatum quandam à medo inter cornua loco ad pulmones pervenire, cui cerâ infusâ suffocentur, scribit. Bartholomæus quoque Eustathius, huic sententiæ accedere videtur, dum se aliquid simile in homine invenisse prodit. Aristoteles tamen in contrarium nititur. *Iecur* extractum diu moveri ajunt. *Ventres* sunt plures. *Lien* rotundus. *Aspera arteria* talis qualis in homine. Quantum ad *Locum*, in aquilonaribus terris abundant. In Creta magna ipsarum copia, quod lupis careat. Ithacem Telemachus apud Homerum *ἀγρίων* vocat. In Rhetia Helvetica præstantes caseoli caprini fiunt, præcipuè iis in locis, qui circa thermas Fabarianas montani sunt. Reperiuntur quoque in Achaja, Africa, Nubia, Sardinia, Cephalonia, Mileto, Damasco, India, novo orbe, Hispania, Corsica & cæteris locis, de quibus in Differentiis agemus. Terram pascendis aptam, Græci *ἀγρίων*, *ἀγρίων* & *ἀγρίων* vocant. *Cibum* & *potum* si attendas, *ποταίνον φάγιστον* sunt. Inprimis verò frutetis, arbuto, alaterno, cytiso agresti, iligneis & quernis frondibus, maximè gaudent. Ex glande, si circâ satietatem data est, abortum facere, Columella author est. In diliciis quoque habent oleam, ideò Minervæ inimicæ; vitis tenellos palmites, ideò Libero patri immolabantur; ficus & fari nam, teste Æliano, fraxinum, tamariscum, barbam hircinam, & rosam caninam. Fabæ largius datæ, copiam lactis efficiunt: ut & pentaphyllon, si prius quam bibant, quinque dierum spacio ipsis vorandum detur. Eiusdem rei gratia, & dictamnium ventribus alligatur. Vorant alicubi scamnoneam, veratrum, clematidem, & teste Lucretio, cicutam. De Ladano libet Plinii verbis uti. Arabia, inquit, Ladano gloriatur, fortè casuque hoc, & injuria fieri odoris, plures tradidere. Capras maleficum alias frondibus animal, odoratorum verò fruticum appetentius, tanquam intelligant pretia, carpere germinum caules prædulci liquore turgentes, destillantemque ab his (casus mixtura) succum, improbo barbarum villo abstergere. Hunc glomerari pulvere, incoqui sole. Et ideò in ladano caprarum pilos esse. Recentiores tradunt sylvas Arabum passu caprarum refringi, atque ita succum

villis inhærescere. Verum autem laudanum Cypri insulæ esse, similiterque & ibi fieri tradunt, & cælypum hircorum barbis genibusque inhærens, sed ederæ flore derosso, partibus matutinis cum est rorulenta Cyprus. Deinde nebula sole discussa, pulverem madentibus villis adhærescere, atque ita ladanum depecti, &c. Vulgatissimum porro pabulum gramen est, aculeatis inprimis foliis, capriola Ruellio, quod præ cæteris grata sit. Salsedine delectari, nec tortoribus ignotum. Dracula Transalpinae Hungariæ præfectus, sæpenumero captivis Turcis pedes excoriatos confuso sale perfricuit mox capras adhibuit, quæ linctu cruciatum auferent. In *potu*, aquæ stagnantes & mortuæ, quæque diu in vasis stetero, improbantur. Albertus, cum movetur, post meridiem, plus aquæ potaturas dicit. Prodigiosum, quod in Zacintho Antigonus notat, nempe, quo tempore spirant Etesia, capras hiantes stare versus boream, eoque contentos, aquam non requirere, neque bibere. *Capra* sunt admodum venereæ, teste Plinio. Ideo mense septimo & adhuc lactantes incipiunt coire: idemque tradit, animam ipsis quàm ovibus ardentior, calidioresque concubitus. Anniculæ etiam coeunt, & terno aut quaterno concubitu implentur: quod si à coitu imber accesserit, abortum infert. Quinque mensibus uterum ferunt. Pariunt maxima ex parte singulos, sed aliquando & binos & ternos, & quaternos. Si clementia aëris & pabuli accesserit bis pariunt. Fertilitas ad octo annos durat. Aristoteles tamen tota vita coire asserit, & gemellos parere, si pater aut mater vim eam geminandi à natura obtineat. In trimatu sunt inutiles. Pinguedine sterilefcunt; Commodissimum tempus coeundi hybernum solstitium. Vnde Plinius. Concipiunt Novembri mense, ut Martio pariant turgescitibus virgultis. Quidam ad denas capras singulos adhibent hircos, alii ad quindecim: nonnulli ad viginti Quomodo educari debeant, ad Oeconomicam pertinet. Vehementiorem coitum si excitare volueris, genitalia, delibutis multo sale & nitro manibus perfrica: vel eadem pipere, aut utricæ fructu perunge. Seminalem humorem capris ante coitum & partum destillare, Aristoteles author est. Idem, ubera illarum quæ coitum non patiuntur, à partoribus montis Oetæ urtica vehementer perfricari, ut dolorem infligant, prodidit. Inde primò cruentes humor elicitur, mox purulentus, postremò lac non minus quàm ex iis quæ venerem passæ sunt. Idem de mulieribus tam viduis quàm virginibus Albertus scribit. *Amicitiam* colunt, cum ovibus, Symplicia & Amipathia. Tigri, si hædus porrigatur, abstinet cibo par biduum:

Aristot.
H. A. 1.
c. 11.

Locus.

Isidor. 1.
14 c. 6.

Cibus &
potus.

Plin. H.
N. 1. 12.
c. 17.

Genera-
tio.
Plin. H.
N. 1. 8. c.
5.
Varro R.
R. 1. 2. c.
3.
Arist. H.
A. 1. 5. c.
14. & 1.
6. c. 19.

Aristot.
H. A. 1.
6. c. 18.
Aristot.
H. A. 1.
3. c. 20.

Symplicia &
Amipathia.

duum: tertio die esuriens aliud poscit, nisi porrigatur, caveam convellit, hædo verò, tanquam contubernali suo parcit, quod Plutarchus prodidit. Sargus piscis umbra quoque ipsarum delectatur, & stantes in littore, attingere gestit, ad saliendum per naturam inhabilis. Pulegium à capris gustatum, si Plinio fides, balatum concitat, indeque Græci quidam literas mutantes blechon vocavere. Si verò eryngii caulem capella morfu defectum ore sustulerit; totus statim subsistit grex, relictoque pascendi studio, novo veluti spectaculo attonitus, non prius mirari rem desinit, quam pastor caulem illum abstulerit. *Inimicitia* ipsis cum lupo, pardali, elephanto, caprimulgo ave, saliva humana, melle, evonymo, vite, & conyza. Lupus capras devorat. Pardalis eadem invadit. Elephas exhorret. Caprimulgo avis ubera fugit. Unde uber emoritur, caprisque cæcitas, quas ita mulsere, oboritur. Humanam salivam virare, *Ælianus* reliquit. Hausto melle debilitantur, si Alberto fides. Evonymi folium & fructus capras interimit gustatus, nisi purgentur: purgantur autem anocho, quod quid sit, vide Aldrovandum. Aquam si biberint in qua folia rhododendri maduere, pereunt. Iisdem & Sabina venenum. Oleam si lambendo linguâ contigerit, primo germinata sterilefcit. Pulmo assus ebrietatem prohibet. Conyzam edentes moriuntur siti enectæ. *Ægolethrum* herba in Lycia, eisdem exitium. Inde nomen sortita. *Vox* ipsis est apud Græcos *μυκάδαι*, id est mutire, ut *Hospinianus* vertit. Unde *Homero* *μυκάδαι* vocantur. Apud Latinos, & balare, quod commune cum ovibus & fremere. Inde *μυκάδαι* de hirco. *Varinus* *iva* hircinæ vocis imitationem esse asserit. Mobiles sunt & celeres. Unde *Varro* in *Soracti Fiscelio* capras feras, è saxo, pedes plusquam sexagenas salire scribit. Frigores potius quam æstus sunt impatientes: fætæ inprimis, quæ gelicidio hyemis conceptum fecere. Amant potius dumeta quàm prata, & campestem situm: asperisque etiam montosis ac sylvestribus optimè pascuntur. Ita autem inhærent rupibus, ut infra eas intuentibus videantur pendere. Unde caprarum & hircorum grex, *αἰπόριον*, quasi *αἰπόριον*, sublimium conversatio dicitur: ipsæ verò *πετρε αἰχίνας*. Proximè etiam ripas vago passu lasciviunt, comam fluvii tondentes. De *Carnium* caprinarum qualitate non convenit inter authores. *Hippocrati* sunt cruditatibus, flatulentia & ructuum generatrices. Minus tamen æstivo tempore, quo melius pabulum habent noxiæ. Autumno deterrimas *Galenus* fecit; hyeme, meliorem sanguinis consequi habitum, & naturalem intemperiem à temperatura temporis contractum corrigere. At *Athenæus*, si conficiatur, etsi olida sit, plu-

rimum alere, plurimumque corpori robur addere, reliquit: *Clitomachus*que *Carthaginensem* novæ *Academix* sectatorem solitum ferri dicere, quendam athletam *Thebanum*, omnes suæ ætatis viros superasse, quod caprinis carnibus vesceretur, tenacibus illis, & concoctu difficillimis, quarum esu olidus è corpore sudor, manaret. *Militarem* cibum esse, *Homerus* in *Achille* legatos *Agamemnonis* excipiente, ostendit. *Lac*, inter cætera lactis genera moderatè se habet; etsi minus quàm humanum temperatum. Est tamen & in eo, si ætatem, passionem, anni tempus, & spacium quo à partu edito distant, discrimen. Sine melle periculosè sumi, author *Galenus*, quod in ventriculo coaguletur. Minus idem alvum tentat, nisi scammonio & aliis vescantur. In quibusdam *Orientis* locis, tertio mense ab lactati infensos, eodem ali solent. Lactis naturam *Casus* sequitur. At *hircorum* caro, tum ad coquendum, tum ad bonum succum generandum, deterrima est: libidinifque inprimis tempore vitiatum & fætet. Apud *Antiphanem* tamen *ἡδύθη ἰνὸς δρας* in convivio apponitur. Testes quoque & jecora damnantur. De *Hadina* non est una authorum sententia. *Sanctis* in *V. T.* olim in deliciis: *Ascræus* *Poëta* *ἄστυρον καὶ ἀσπέρων* vocat. *Platina* post *Galenum*, domesticorum animalium laudabilissimam esse, quod parum recrementi haberet, faciliè concoqueretur, benè aleret, sanguinem calido & frigido temperatum generaret, scripsit. At *Brujerinus* eas vituperat, quod capræ febre nunquam carerant: nec possit sanum temperamentum à matre morbida fætus sortiri. *Julius Alexandrinus* verò calidas quidem esse asserit; sed naturalem quæ in adultis est siccitatem, teneritudinem ætatis emendare, & ad temperamentum quoddam ducere: simul lactentes, minimè quidem ætatis ratione, verum alimenti beneficio, de nativa caliditate aliquid remittere, & humectiores tenerioresque fieri. Olim etiam apud *Ethnicos*, in conviviis circumferebantur, lasere & aliis conditæ. Sanguis in cibum formatus, sanguiculus, teste *Plinio*, dicitur. Formabatur & in cibum: Unde *μύρας ἑσπῆς*, apud *Lacones*: & *Pollux* *αἰπούλιον*, obsonii genus exponit. *Jecinora* & pulmones quomodo coqui debeant, vide apud *Apicium*. Magni & in *Medicina* usus. Ideo *Plinius*, millia remediorum ex capra demonstrari dixit. *Democritus* etiam effectus ejus auget, qui singularis natus sit. Carnes caprinæ comitialibus in rogo hominis tostæ exhibentur, ut volunt apud *Plinium Magi*. *Hircorum* in aqua decoctis panos & apostemata discutiunt. *Jure* caprino *cantharides* expugnantur. *Drusus* *Tribunis* plebis *caprinum sanguinem* bibisse dicitur, cum pallore & invidiâ veneni sibi dati insimulare. *Q. Cepionem*

Plin. H. N. l. 20. c. 14.

Plin. H. N. l. 9. c. 3.

Theoph. de animalib. quæ invident.

Plin. H. N. l. 10. c. 40.

Ælian. H. A. l. 7. c. 26.

Aldrov. de Bifalcis pag. 270.

Natura, mores, ingenium.

Varro R. R. l. 2. c. 3. Columella R. R. l. 7. c. 6.

Usus in Cibis.

Galen. de alim. facult. l. 3. c. 1. Athen. Dipnos. l. 9.

Galen. de boni & mali succi civis c. 6.

Ludovic. Roman. l. 5. c. 20.

Brujer. de recibaribus l. 14. c. 17. Jul. Alex. Salubr. l. 11. c. 7.

Usus in Medicina. Plin. H. N. l. 28. c. 10.

Plin. H. N. l. 28. c. 9.

nen inimicum vellet. Eodem maculas contractas ablui Marcellus scribit. Tormina intestinorum & alvi fluores sistere in fartagine frixum, apud Galenum, & Dioscoridem habemus. *Hircinus* abscessus calidos citò maturat: in cerato quodam podagrigo apud Ætium admiscetur: lusciosos fanat: herbis diureticis nutriti, aridus & tritus inque vino cum petroselino sumptus, calculosis vehementer prodest. Quomodo & quando colligi debeat, apud Aldrovandum vide. Medicamentum hoc manus Dei vocatur. Paria ibidem ex Marcello, Fuchsio, & aliis invenies. Adamantem eo solvi & emolliiri magni auctores, inter quos Scaliger & Joubertus prodidere. Si in sanguine eodem & succo senecionis vitrum efferbuerit, aut maceratum fuerit, reddetur tam molle, quàm est cera vel argilla, ut quidvis ex eo fingi possit: pristinae naturae restitues, si aquae immerferis. Hoc est Geberi, Alberti, & ingeniosi cujusdam Bituricensis vitrarii secretum, quod ille moriturus Antonio Mizaldo, ut ipse memorat, ultrò donavit. Idem cum aceto mistus sanguinis vomitui & excreationi prodest. *Serum* commodè illis, qui mordicatione patiuntur, aut in recto intestino, aut in colo, injicitur, quod ob crassitiem citius concresecat, ut Galenus docuit. Secundum Avicennam magis resolvit quàm cætera, cum melanthio, sulfure, & iride, lentiginesque & maculas tollit. Cum adipe anserino, Plinio teste, ac medulla cervina, resinaque & calce, labiorum fissuris efficax est. Cervix boum si intumuit, comperimus, inquit Columella, aureum esse medicamentum, ex pice liquida, & bubula medulla, & hircino sevo, & vetereo oleo, æquis ponderibus compositum atque incoctum. Cum calce strumas discutit, teste Plinio & Marcello; cum cera, ulcera serpentina sistit; additâ pice & sulfure percurat; manantia item verendorum cum melle rubique succo. Per se datus adeps, teste Dioscoride, cantharidum venenum obtundit. Magi ut citat Plinius, commendant comitialibus cum felle taurino pari pondere decoctum, & in folliculos fellis reconditum, ita ne terram attingat bibendum sub limine ex aqua. Marcellus ptisanam cum eodem coctam torminosi in declinatione convenire vult; & apud Dioscoridem habemus, caprinum adipem decoctum cum polenta, rhoë, & caseo, dysentericis dari, & cum succo ptisanæ infundi. Plinius denique in forbitione aliquâ intestinorum vitiiis magnoperè prodesse asserit, ita uti protinus frigida aqua hauriatur. Idem remedium hydropicis. Sextus Empiricus commendat. Canarii, ut refert Cadamustus, sævo hircino conjuncto quorundam herbarum succo carnem in-

ungunt, ut cutis facta inde densior algorem ferat facilius. Nudi enim incedunt. Adhibetur & podagricis cum fimo caprae & croco, sinapive, cum caulibus hederæ tritis, vel flore cucumeris sylvestris. Idem, pomatum ingreditur, ad fissuras labiorum commodissimum. *Medulla* post cervinam & vitulinam laudatur. *Iecur* assum cælicis convenit, magisque quam hirci, cum vino austero decoctum potumque, vel ex oleo myrrheo umbilico impositum. Idem ad nyctalopias facit, & illos qui comitiali morbo sunt obnoxii deprehendit, convulsionemque iisdem infert. Quin & ad canis rabidi morsum laudatur, quo imposito, nè tentari quidem aquae metu affirmant. Hippocrates, si pariens inflata fuerit, hepatis ovillum aut caprinum calido cinere obrutum, edendum præcipit meracius ad dies quatuor, & vinum bibi vetus. Ex *felle* multa quoque apud Plinium inprimis sunt remedia. Veneficiis ex mustela rusticâ factis, contrarium est: cum cinere aluminis, scabiem abolet: ad porriginem cum cretâ cimoliâ & aceto facit, ita uti capilli paululum inarescant. Idem lentigines tollit admixto caseo & vivo sulfure, spongiæque cinere, ut mellis sit crassitudo: Strumas etiam discutit, si sæpius incipientes ea tangantur. Superciliis impositum pilos abolet, nihil de angina & aurium vitiiis dicam. Invenitur denique apud Dydimum, non fore in lecto cimices, si fel hirci aut tauri, aceto acri diluatur, indeque lectus aut parietes illinantur. De *Liene* hoc habemus. Calidum, id est, ut è pecude exemptus est, & super lienem hominis impositum, mirè intra paucos dies dolorem auferre, si postea ad fumum suspendatur, ut illic areseat. *Caput* cum pilis suis decoctum, & contritum incisa intestina solidat. *Cerebrum* Magi per annulum trajectum aureum, priusquam lac detur infantibus instillant contra comitiales, cæterosque infantium morbos. *Æsculapius* cum melle carbunculos sanare vult. Sextui verò aquam, quæ è caprae palato effunditur, & quicquid comedit, si misceatur cum melle & sale: ex eo caput & corpus si ferò fricetur, pediculos extinguere promittit, atque idem remedium esse ad ventris dolorem. *Corii* cinis ex oleo illitus pernionis mirè abolet: ramenta cum pumice trita, acetoque permista, exanthematis profunt. Sistitur nimia in fœmina ex naribus hæmorrhagia, si mammillæ ejus corrigio caprino vinciantur. *Pili* usti fluxus omnes sanant: combusti adjecta pice & aceto, naribusque inserti, sanguinem subito reprimunt. Accensi serpentes fugant. *Cornu* combustum & mixta farinâ impositum, furfures scabiemque in capite emendat. In flamma usulati, crustæ cum aceto scillitico tritæ, com-

Hippocr. de natura muliebri.

Mizald. Memorab. cent. 8. aphorif. 18.

Columella R. R. l. 6c. 14.

Dioscorid. M. M. l. 2. cap. 94.

Cadamustus Navig. cap. 8.

modè igni sacro adhibentur. Capiti infirmi suppositum, vigilias in somnum convertit. Alarum fætorem, rasum vel exustum, & cum felle hirci, myrrhaque mistum, tollit, si eo perfricentur. Comitiales morbum deprehendit. Nidore suo lethargicos excitat, & ustum ad albedinem dentes detergit. *Ungulas* ad serpentes prohibendos Palladius uri jubet: si cinis earundum ex aceto illinatur, alopecias sanat. Est & *Lac Caprinum* in multis contra morbos remediis. Scio, inquit Plinius, Damocratem in valetudine Confidiæ M. Servilii consularis filix, omnem curationem austeram recusantis, diu efficaciter usum lacte caprarum, quæ lentisco pascebat. Vis ei inprimis alexiteria. Haustus cum uva taminia, contra ictus serpentum juvat. Quod primum mulgetur, leviores facere in quartanis accessiones, sive esum sive potum, Sextus Empiricus author est. Magorum verò quidam fimi hirundinum drachmam unamè lactis caprini vel ovilli vel passii, cyathis tribus adversus quartanas ante accessiones dare solent. Eodem perunctæ gingivæ faciles dentitiones faciunt. Potum cum sale & melle alvum solvit. Schistum, datur comitia libus, paralyticis, melancholicis, leprosis, elephantiacis, &c. Fervens adjecto polentæ quantum satis, ut pulticulæ instar fiat, dysenterico bibendum datur. Sanantur eodem & *Lienes*, post bidui inediam, tertiâ die hederâ pastis capris, per triduum potu sine alio cibo. *Caseus* recens moribus animalium imponitur: siccus ex aceto & melle purgat ulcera: mollis cum melle subactus & impositus, pannoque aut linteo desuper tectus, fugillationis livoresque celeriter abstergit. Recens coagulatus super oculos positus, dolores citò lenit, si mulier cibos adversans utero doleat, & febris ipsam ac rigor corripit, Hippocrates pepli albi quintam, dimidiæ chœnicis partem, & feminis urticæ tantundem, & casei caprini rasi dimidiâ chœnicem, simul cum vino vetere miscet, & forbenda propinat. Et alibi, si quid in utero computruerit, vel si sanguis aut pus exeant, caseum caprinum afflatum vel rasum, vel simpliciter cum æquali parte polentæ miscet, & in vino jejuno propinat. Quantum ad *Coagulum*, Hædi contra pastinacam & marinorum morsus, drachmæ pondere ex vino fumebatur. In profluvio sanguinis bibebatur, & contra concretum lac assumebatur. Idem tertia parte ex aceto potum, sanguinis excretionem reficit: magnitudine fabæ, in vino myrtheo remissum, & jejuno cæliaco datum, efficaciter prodest. Hippocrates quoque hædi coagulum adversus alvi profluvium laudat. *Urinam* quod concernit, ea cum aceto scyllitico hausta, contra ictus serpentum valet: apostemata, in quacun-

que parte discutit: opisthotonon, auribus infusa levat. Pæni pastorales in filiis quadrimis, ut refert Herodotus, venas verticis lanâ succida inurunt; nonnulli venas temporum, ne, scilicet, unquam pituita defluens ex capite officiat. Quod si pueris inurendis spasmus contingat, urinâ hirci aspersâ eos liberant. Dioscorides, eandem ad aquam quæ cutim subit, cum nardi spica, quotidie, binis cyathis, cum aqua bibi scribit, urinamque per alvum extrahi. Sextus, mulieri menstrua provocare, si bibatur, credit. Omnium creberrimus usus *Fimi*, Græci *αυράδου* propriè nominant, digerentis & arcis facultatis ad eò, ut induratis scirrhorum in modum tumoribus, congruat, non tantum lienis, sed & aliarum partium. Ustusque tenuioris quidem substantiæ, verum haud manifestè redditur acrior. Datus aliquando ex aceto ad viperarum morsus, ex vino ad auruginem, cum thure ad profluvium muliebri. Inquietos infantes, fimo isto alligato panno, cohiberi tradit Plinius, maximè puellas. Luxatis cum melle illinitur. Ex aceto decoctus, strumas discutit. Ex eodem subfervefactus, & illitus, ulcera, quæ serpunt, sanat. Cum melle paratus & appositus cancriferos, & carbunculo ventris laborantes, sanat, & eosdem discutit. Ambusta sine cicatrice sanat. Tritus & cum aceto scyllitico mistus, frontique applicitus, hemicraniam tollit. Cum eodem subactus ad crassitudinem mellis articulo- rum contractiones relaxat, & tremulis prodest. Cum farina hordei & aceto impositus, maximè in duris & rusticorum corporibus, remedium est ischiadicis. Pillulæ inter remedia mensium & secundinarum pellendarum apud Hippocratem. Hisce adjicere libet, quod ipsemet hircus pestilentix tempore domialatur, quasi ædium vastitas, viroso vapore, quem hircus exspirat repleta, aditu auram venenatam repellat. Præter hæc, fiunt ex caprillis villis cilicia: ex pellibus indumenta, calcei, stragulæ, utres, lagenæ, rates, folles, vela, charta denique & scuticæ: cornua hircina Pyrrhus cristæ loco capiti imposuit. Locrenses, quos Ozolos vocant, *καρπύρας & κούδρα* id est, ovium & hircorum pelles gestabant, & plerumque inter caprarum greges versabantur. Sardos quoque & Getulos caprarum pellibus amiciri consuevisse, author est Varro. In Cypri- etiam Zambellotumè pilis caprarum conficitur, & Josephus Barbarus testatur, in Armenia minore propè Betolin & Issan fluvios, vel ideò magnam caprarum copiam ali, & quotannis tonderi. Afferit & Bellonius, selectiores Turcarum pannos, undulatos, ex pilis caprarum Ancyræ Cappadociæ metropoli confici: sed & tapetes, ex iisdem constare. De chartis quod dixi, illæ, Pergami Troadis primum inventæ fuere,

Plin. H.
N. l. 24.
c. 7.

Hippo-
crat. de
morbis
muliebr.

Herodo
l. 4.

Galen.
simpl. l.
10. c. 22

Ufus
vii.

Varro R.
l. 2.
c. 3.

Bellon.
observ. l.
3. c. 13.

*Differen-
tie.*

fuere, & exinde nomen sortitæ sunt. De *Differentiis* pauca occurrunt. Ægyptiæ fæ-
tus quinos pariunt, quòd fæcundissimas
Nili aquas bibant. In Phrygia hirci sunt
quadricornes, referente Scaligero, pilo
admodum prolixo, æquante candorem
nivis, quem vellunt ad trutinam, non
autem tondent. Ægyptii apud Plutarchum,
affirmant, capras suas, quoties cum sole,
eodem planè loco Syrius oritur, in ortum
omnes conversas, eò respicere, atque hoc
syderis hujus revolutionum argumentum
certissimum esse. In *Aquinolaribus* terris,
si Olao Magno credimus, hirci sunt ma-
gno corpore, crassius cruribus, plenâ & brevi
cervice, auribus flexis, & depressis, capi-
te parvo, spisso, longo, ac nitido collo;
cornibus altis & latis. Ferè omnes colore
sunt albo. Hyeme pascuntur pinorum cor-
ticibus, musco, & populeis virgis. Pelles
maximis navigiis, quæstus & lucri causa,
in Germaniam exportantur. *Caspia* capræ,
ut Ælianus exponit, & albissimæ sunt &
cornibus mutilæ, & ad maximorum equo-
rum magnitudinem accedunt. Eorum villi
adeò molles, ut cum Milesiis lanis compa-
rentur, ex iisque Caspiorum sacerdotes,
& ditissimi, vestes confectas gerant. In *Ce-
phalonia* capræ non bibunt quotidie, sed
adversum sibi ventum ore hiantes excipiunt.
Ideò Theophrastus sex mensibus non bibere
dixit. In Cilicia, referente Plinio, circa-
que Syrtes, villo tonsili reperiuntur. *Dama-
sceno*, supra palmum longas habent au-
riculas, ubera multiplicia, suntque admo-
dum fœcunda: Circumducuntur quadra-
ginta vel quinquaginta ab eis quibus lac est
venale, & ubi lac emere volueris, in supe-
rius devehuntur cænaculum, etiamsi tri-
plex foret contignatio, ubi coram in vasa
stannea, lac emulgent. *Narbonenses* auri-
culas latiores suis habere, Gesnerus audi-
vit, ut quæ ad dodrantem longitudinis ac-
cedant. *Illyrica*, si Alexandro Myndio cre-
dimus, ungulas quidem habent, sed non bi-
fidas. Aliquando ternos, quaternos aut qui-
nos fætus edunt, & lactis sesquicongium.
Idem *Indicis* propè urbem Tarnassuri, &
Africanis ad promontorium capitis viridis
contingit. Hircum ad Amboinam lacte suo
parvos alentem hædos, se vidisse, Francis-
cus Xaverius Jesuita, corruptæ illius de
Christo & Petro historiæ, quam Persicè
conscriptit author, testatur. Ubere enim
quod propè genitalia unicum habebat, tan-
tum lactis reddebat quotidie, quantum
scutella capere potest. *Mambrina* capra in
regione Damiatæ, fert equitantem, sellam,
frenum, & cætera quibus equi instrui so-
lent: auriculas usque ad terram demissas
habet, cornua deorsum revoluta sub ore.
Pharos insula Ægæi maris, gignit capras
cervis colore sumiles, magnitudine majores.

Ælian.
H. A. 1.
17. c. 34.

Aristot.
in Mira-
bilib.
Ælian.
H. A. 1.
3. c. 32.

Xaverius
Epist. 23.

Est autem eis cornu longum ad duodecem
palmos, rectum, & quod unum solum ha-
bet porrectum stipitem, si Surio credimus.
In Sardinia scribit Nymphodorus, pelles
caprarum tam mirificâ vi esse, ut hyberno
tempore calefaciant, æstivo refrigerent.
Eadem fortè sunt, quæ Musmones. In ea-
dem hirci quidam celeritate omnes bestias
superant. Ex Monstris, tricornis capræ ima-
ginem hic exhibemus.

ARTICULUS V.

De Capris sylvestribus in
genere.

DE Capris sylvestribus in genere & Aldro-
vand. Hist. bis-
fulc. c. 10.
in specie agendum est. Illarum
plurima apud Græcos occurrunt nomina.
Αἰζ ἀγρῖος, nempe ἀγρόκερας, δόρξ, δορκάς, δορκάτις, δορκά-
τις, δορκάδιον, πρὸξ, πρῶξ, βόβαλον, ἰζαλ, κέρως, κημάς,
κόλ, παγίκαφ. Αἰζ ἀγρῖος, capra fera Latinis est.
Solinus tamen sagittas dictamno herbâ ex-
trahendi morem, qui ab Aristotele, Theo-
phrasto, Cicerone, Virgilio, αἰζ ἀγρῖος sim-
pliciter ita dictis tribuitur, ad illas adstrin-
gere videtur, quæ Cretam & Idam mon-
tem potissimum incolunt. Et, si Virgilio es-
set, fera capra quæ Aristoteli αἰζ ἀγρῖος, ma-
nifestissima inter utrumque contradictio es-
set. Cum hic feras capras in Africa esse ne-
get, ille haberi ostendat. Ideò per capras
feras Virgillii, capreas exponit Servius, &
Aldrovando videtur, ubi pro specie su-
menda est, illam intelligi debere, quæ do-
mesticæ est similior. Sanè Varro, capras
quas alimus, à capris feris ortas dicit, ip-
soque capræ feræ nomine, privatim uti vi-
detur. Varino αἰζ ἀγρῖος, & Hesyfchio
dicitur: quam tamen vocem Oppianus
peculiari speciei, illi scilicet, quæ Tri-
dentinis & circumvisinis populis Camoz-
za vocatur, tribuit. Αἰζ ἀγρῖος, capricornus
est Latinis, quam vocem barbari, teste
Scaligero, capræ silvestri imposuere, &
soli Suidæ genus est animalis. Δόρξ & δορκάς so-
lo nomine differunt, etsi quidam apud
Hermolaum animal diversum esse opinen-
tur. Alibi pro eo ζῆρξ legitur, interpres
Strabonis Damam, Nicandri, Capream ver-
tit. Damas etiam traducunt apud Oppia-
num Gillius & Bodinus ἰορκός, qui ἰορκός, He-
sychio. Dioscorides tamen à Dorcade ma-
nifestè distinguit. Cornarius rupicapram
intelligit, quæ cornua in dorsum adunca
habet. *Dorcadis* nomine Plinius ita utitur,
tanquam ei nullum apud Latinos vocabu-
lum respondeat, sentitque capream, capre-
olum & dorcadem, tria animalia, unem
duntaxat animal denotare. Aldrovando
ea vox nomine generis usurpari posse vi-
detur. Aliis, ut Ethymologo & Varino,

Oppian.
Cynege. 1.
2. v. 343.

cervinus pullus esse creditur, sed malè. Cordus à dorco sexu differre existimat. Scaliger per dorcadem capreolum, per dorcum capream intelligit. Ut ut sit, *παρὰ τὸ ὄξυς δίκων*, venit, quod acutiùs videat. Afferunt namque hi, (Origenis apud Aldrovandum verba sunt) quibus medicinæ peritia est, inesse huic animali intra viscera humorem quendam, qui caliginem oculorum depellat, & obtusiores quoque visus exacuat. Ideò Ethymologo *ζῷον ὄξυδερκὸς & δόμικον* dicitur. Invenitur & *δίκων* in Canticis Cantorum; quæ tamen vox, auctore Myrtilo apud Athenæum, parum usitata est. Videtur omnem capram sylvestrem significare. *δορκαίδος* apud Oppianum brevem habent caudam. Gillius cervos transtulit, sed perperam. Ab istis namque apud eundem distinguitur. *Πρόκας* Varino sunt *ἔκγονα*, *ἰλάφων*, ἢ *δίκων* *εἶδος*. At Aristoteles, dum dicit, fel nec cervum, nec *πρόκας* habere; & sanguinem ubi effluxerit concrefcere omnium, præterquam *ἰλάφου & πρόκας*; ab invicem distinguit. Gaza Damam vertit. Nomen à celeritate, *ἀπὸ τῆς ἀετίζουσας*, Grammatici sumunt. *πιδᾶξ* à quibusdam & lepus & dorcas exponitur, cervus item & *νέρβος*; quæ omnia animalia sunt timidissima. Sed & *πιδᾶξ* idem est quod *πιδᾶξ* timidus, seu pavidus, quo sensu Homerus *πιδᾶκα λαγῶν*, dixit. *Κεμάς* apud Hesychium exponitur, vel hinnulus, vel cervus, vel dorcas. Ex caprearum genere esse, negat Scaliger. Sunt, inquit, in cervis, ut in bobus junix & juvencus. Æliano specie à cervo differunt. *Turbinis*, inquit, *instar celerrimè fertur, flavis pilis spectatur. Caudâ est albiſſimâ, tum ex albenti ejus oculi cyaneo colore tincti videntur, aures per altis pilis refertæ, neque modò in terra pedum celeritatem ostendit, sed etiam cum in fluvii confluentem inciderit, Ungulis pedum remigans, fluctus perumpit, & verò in lacubus natare gaudet, unde sibi pastum comparat. Virides juncos & Cyperum depascitur.* *Νεβός* hinnulum interpretantur, Cordus, Marcellus, & alii. Aldrovandus peculiarem quandam capræ speciem hoc nomine indigitari, apud Dioscoridem, scribit. Nam Varinus & Ethymologus *πρόκας* quoque dici produnt. Marius Grapaldus damam reddidit: Solinus etiam Damam esse ostendit, dum scribit. *Nebrodi damarum copia nomen dedit, quem damæ & hinnuli gregatim pervagantur, inde Nebrodes dicti.* *κίβος* ex Scythicæ & Sarmaticæ gentis capris sylvestribus censetur. Magnitudine est inter cervum & arietem, albicante corpore, eximie super hos levitatis ad cursum: naribus potans trahit ad caput. Hinc postmodum complures dies fervans adeò, ut per carentes aquis agros facile pabulum carpat. *Caprea* vox apud Latinos, sæpè pro omni capra sumi videtur. *Rupic apra*, etsi in sylvestribus species est Pli-

nio, ratio tamen nominis postulat, ut generis etiam vicem subeat, quando quidem per summas versari rupes, non illi tantum cui cornua in dorsum adunca, convenit. Delectantur in universum excelsis montibus, & tam in sublimi habitant, ut vix humanis obtutibus pateant. Quod si aliquando ferarum vel hominum adversitatem persensere, de altissimis saxorum cacuminibus sese præcipitantes, in suis se cornibus illæsas suscipiunt. Plurima inter mares discordia propter foeminas, tempore libidinis. Domesticis, omnium consensu, saporis alimentique bonitate, constitutionis tenuitate, concoctionis facilitate, excrementorumque paucitate præferuntur. Sicciores tamen paulò carnes habent. Ideò inventum Arabum oleo eas incoquere, ut inde humescant. Diocles tamen, Archidamus & Galenus, quod in oleo coquitur siccum evadere, & glutinis vinculo amissio, solutile fieri censent, *ἡδύπυρον* nempe & *καύρον*. *Usus in Medicina* quod spectat, *Caprea in cibo sumptæ dysentericis profunt. Iecur* seu inassatum, seu tritum cæliacis opitulatur: Vapor in aqua calida salsa cocti, oculis exceptus, nyctalopas juvat. Combustum & aspersum sanguinem sistit, maximè si contritum naribus indatur. Sanguis cum palma marina teste Plinio pilos detrahit: secundum Marcellum, abscessus maturat. *Fel* theriaca est morsibus venenosis. Idem contra suffusiones incipientes, oculorum caligines, genarum & palpebrarum scabticias, facit. Cum rosaceo aut succo porri tritum, & tepidum naribus instillatum, tinnitum tollit. Cum melle Attico faucium dolores levat, & veretri exulcerationem sanat. *Fimus* aridus, tritus & cribratus, ex vino odorifero cyathi mensurâ sumptus, auruginem tollit, si Galeno credimus.

ARTICULUS VI.

De Capris sylvestribus in specie.

PUNCTUM I.

De Rupic apra & Dama.

Caprarum sylvestrium species sunt, *Rupicapra*, *Dama*, *Ibex*, *Bubalis*, *Pygargus*, *Capra strepsiceros*, *Dama vulgaris*, *Capra Moschi*, *Capra Bezoardica*, *Subak Scytharum*, *Oryx*, & *Capra auribus demissis*. *Rupicapra* Dioscoridi Dorcos, Oppiano *ἀγρῶς* seu *ἀγρῶς* Varroni Caprea, nisi fallor, dicitur. Magnitudo ei quæ capræ villaticæ, paulò tantum altior, & corporis forma feris altis similior. Bellonius minorem damâ facit. *Colore* est inter fuscum & ruffum, qui æstate magis ad ruffum, hyeme magis ad fuscum vergit. At Scaliger æstate pilo fulvo, hyeme cinereo

Aldrovand. Hist. Bifalc. c. 11.

Scalig. Exercit. 207.

Ælian. H. A. l. 14 c. 14.

Strabo. Geogr. l. 7.

Ibex Steinbock



Capra Lijbica



Flirus



Tab. XXX



Capra Geiß



Capra Canis

Capra Hispanica



Capra Manbring

Capra Manbrina






Hircus Bock



Rupicapra


Caper Munon
dictus Bubalq
Cerus Aldr

Dama Veterum



Hircus Cotilardicus

Culor






Ibex Syluester Sardus



Musimona




Trais Vel Ibex







Cerva Hinde




Colopus



Rupicapra Gams

Ant. 1750



Ant. 1750

Bellon.
obf. 1. 1.
c. 54.

neroo esse dixit. Gesnerus partim albam partim nigram, distinctis coloribus vidit, sed & albæ totæ interdum, quamvis rarissimè, conspiciuntur. *Oculos* habet rubros, *aures* arietinis longiores, colore gilvo, atramque lineam utrinque recta à cornuum radice supra oculos ad extremum os ductam, & in labra superiora desinentem. *Frontem* veluti stella insignit. *Caude* superior pars pilosa, nigra, & rotunda; ut dorcadis longa. *Cornua* ei nigricant, novem aut decem digitos longa, multis nodosis circulis exasperata, minoribus paulatim, in unco nullis, quin levis & acutus est hami instar. Paralella ferè, id est, æquis undique intervallis furgunt; solida, ab initio tantum pollicis circiter mensurâ cava, & teretia magis quàm domesticis. Ajunt, inquit loco citato Scaliger, mucronibus cornuum, id quod capras quoque facere videmus, tergum scabere. Ex ea scalpturitione, quæ perniciis evenit, operæ pretium est cognoscere. Creditum est tanta illas illo in pruritu perfundi voluptate, ut extremum cornus fastigium, in corium eo usque adigatur, unde retrahi nequeat. Quo circa ex altissimis ruere locis, atque afflicti, aut à venatoribus fortè deprehensas, proculve observatas capi, aut fame interire. Rupes montium colunt, non summas tamen, ut ibex, neque tam altè & longè saliant: descendunt aliquando ad inferiora Alpium juga. Conveniunt sæpe circa petras quasdam arenosas, & inde arenam, ut capræ sal, lingunt, quo linguæ inertem pituitam defricent, & appetitum excitent. Cum in venatione urgentur, altius semper ascendunt, donec nullus ad eas canibus pateat accessus: deinde cum venatores per saxa manibus pedibusque sequi vident, de saxo in saxum transfiliunt, ac montium cacumina petunt, donec nulla schandendi reliqua sit facultas. Illic se cornibus retinent, & quasi suspendunt. Sic vel bombardis feriuntur, vel in præceps pelluntur, vel fame pereunt. Mox à Divi Jacobi die frigidiores montium clivos petunt, ut paulatim frigori assuescant. Captæ, aliquando cicurantur. Ex pellibus fiunt chirotece equitantibus. Ubi errabundæ quærunt novos sedes, aut pascua perspectâ proximâ rupe, projecto pede, sæpe periclitantur ejus fidem, nempe, mobilis ne sit, an lubrica. Illud festivum, addit Scaliger, In aula patru, Bonifacii, vidimus cicures assilire ad aulae pendentia, in quibus similis essent intextæ feræ. Quantum ad *Usum*, caro est sicciore, & melancholici humoris parens, odoris sylvatici. Venatores ex recenti sanguine scaturientem, tanquam insigne vertiginis remedium sorbent. Apud Plinium legimus, sevi cyatho, & lactis pari mensurâ deploratum phthisicum convaluisse. Iconem duplicem hic exhibemus; Rupicapræ nempe, & Caprimontani. *Dama* du-

plex est, Una veterum, de qua hic; altera vulgaris sive recentiorum. Græcis *πλατύσταυρος* dicta, quam Gaza fortè intelligit, cum *πρόκα* apud Aristotelem damum vertit. Plinius caprarum sylvestrium generibus, quæ transmarini situs mittunt, annumerat. Forte Dioscoridi & Nicandro, de coagulo argentibus *αργύρος* appellatur: Grapaldus etiam *αργύρος* damam reddidit. Animal est capræ magnitudine & colore dorcadis. Ovidius fulvo tergoe damas virtut. Famosa est imprimis earum timiditas. Ideò rarò mansuescere Plinius tradit. Cornibus tanquam unco prominentes rupes apprehendunt, neque aliter inaccessas montium verrucas superant.

P U N C T U M II.

De Ibice.

Dioscorides in capite de coagulo, hujus capræ non meminit, & vix fortè aliquis est ex veteribus, qui meminerit, Homero excepto, qui *ἰβανὸν ἄγνα* vocat. Esse verò eam quam Germani *Steinbock* vocant, omnes docti uno ore testantur. Plinius totam historiam brevissimè complexus est, dum inquit. Ex caprarum sylvestrium genere sunt etiam ibices in Alpiibus, pernicitatis mirandæ, quanquam onerato capite vastis cornibus, gladiatorumque vaginis, in hæc se librant, ut tormento aliquo rotati in petras, potissimumque è monte aliquo in alium transilire quærentes, atque recessu pernicitatis quò libuerint, exultant. Egregium est animal & corpulentum, specie ferè cervinâ, minus tamen: cruribus quidem gracilibus, & capite parvo cervum exprimit. Color *pellis* fuscus est. Senectute canescunt, & secundum dorsi longitudinem nigram lineam excurrentem habent. *Oculi* splendidi & pulchri. *Ungula* bisulcæ & acutæ. Fœmina in hoc genere mare minor est minusque fusca, major caprâ villatica, rupicapræ non adeò dissimilis. Mares prolixam nigricantem barbam gestant, quod nulli, ut Bellonius tradit, alteri animali cervinis pilis prædito accidit, præterquam fortè hippelapho. Magni ponderis cornua ei reclinantur ad dorsum, aspera & nodosa, eoque magis quo grandior ætas processerit. Augentur enim quotannis, donec jam vetulistandem, nodi circiter viginti increverint. Bina cornua ultimi incrementi ad pondus sexdecem aut octodecem librarum accedunt. Bellonius quaternos cubitos longa vidit. Tot autem transversos nodos seu radios habent, quot annis animal natum est. De pernicitate aliquid ex Plinio diximus. Nulla certe montium rupes tam alta, edita aut præceps est, quam non saltibus aliquot superet, si modo aspera sit, & spacia tanta promineant, quanta salientis unguilas excipere possit. Bello-

Aldrov.
vand.
Hist.
Bisulc. c.
13.

Plin. H.
N. 1. 8. c.
53.

Bellon.
obf. 1. 1.
c. 13.

nus ex scopulo uno in alium sex etiam passuum intervallo distantem, desilire solere scripsit. Dum cadit ex alto, totum corpus inter cornua à collisione protegit, & ictus lapidum magnorum, cornibus excipit. De Venatione Aldrovandum consule. Duo earum genera Bellonius dari prodit, in Creta: id se ex earum cornibus inde & Cypro delatis didicisse, addens. Deprensæ libero capacisque cursus loco, in venatorem irruunt, eosque de rupe dejiciunt. Cum impetendi locus non est, despondent animum & facile cedunt. Ejusdem generis est illa fera Lybica, quam Ælianus ita describit. Capræ feræ ad summos Lybicum montium vertices commorantur: ad boum magnitudinem accedunt: ipsarum armi & crura luxuriosus pilis fluunt: tibiis parvis, frontibus rotundis, oculis raris & concavis, non valde projectis sunt: Cornibus post primum exortum utriusque ab alteris longè diversis, & aberrantibus & incurvis. Non enim simpliciter ac aliarum caprarum recta existunt, sed eatenus retorquentur, ut ad armos pertingant. Ex capris longè maximè ad saliendum habilitate sunt. Nam ex cacumine, in aliud longè distans cacumen transfiliunt: & tametsi sæpe erarum quæpiam, dum ex uno vertice in alterum saltatæ contendit, ob nimiam intervallorum distantiam, per prærupta saxa præceps agitur, nihil tamen læditur. Sic est adversus saxorum duritiem, membrorum resistente firmitate, ut nec cornua frangat, nec caput diminuat. In summis montibus plurimas solertia quadam captandi caprarum generis, nimirum, vel jaculis, vel retibus, vel laqueis, à doctrina arti venaticæ instructu comprehendunt. Jam in patentium camporum æquoribus, quilibet vel tardus pedibus eas quòd ibidem non valeant capere possit. Earum pellis & cornua aliquot commoditates habent. Nam in frigidis tempestatibus ad frigor vim, atque hyemen excipiendam, pastoribus & fabris materiariis pelles mirificè profunt. Cornua ad hauriendum de præterfluentium rivorum confluentibus, autè fontibus potionem, ad depellendam sitim, non minori usui habentur, quàm vel calices ipsi. Tanta enim capacitate sunt, ut in bibendo respirare sit necesse. Ab homine expoliendi benè perito cornu politum, tres mensuras capere potest. Habet in *Medicina usum*. Coagulum easdem cum leporino vires habet, ut tradit Serapio. Sanguis, ad calculum in vino apiato apud Gesnerum commendatur. Ischiadicis & arthriticis unicem remedium, sic Marcellus Empiricus componit. Fimum ibi cum lunâ decimâ septimâ colliges quanquam & alia vetere lunâ collectum, fires urgebit, simili efficaciam proficit, dummodo medicamentum decimâ septimâ lunâ componatur. Ex eo ergò fimo

Ælian.
H. A. 1.
14. c. 16.

quantum unius manus pugno pleno potueris comprehendere, dummodò impar sit numerus pillularum, in mortarium mittes, atque adjicies piperis grana viginti quinque diligentissimè trita: tunc addes mellis optimi heminam, & vini veterissimi optimi sextarios duos, & contritis prius pillulis universa miscebis, & repones in vasculo vitreo. Sed ut major sit medicaminis efficacia, luna decima septima id facere debebis, & cum daturus fueris remedium, à die Jovis incipe, & per dies septem continuos dato, ita ut qui remediandus est, stans, in scabello contra Orientem bibat. Hæc Marcellus, quæ merè sunt nugatia.

PUNCTUM III.

De Bubalo sive Bubalide, & Pygargo.

DE Bubalide hæc Aldrovandus habet. Arbitratur, inquit, aliàs, bubalum specie differre à Bubalide, deceptus nimirum &c. Vide Aldrov. pag. 303. usque ad finem, quam bobus esse ibi etiam judicabam. Quantum ad *Naturam*, domesticam sedem mirificè amplectitur. In alienum deductus locum, & ad pascua demissus, veterem repetit. In metu, occulto capite, latere se putat, ut struthiocamelus. Belluas feroces pugnacesque fugit. Sanguis aliquantulo magis spissatur quàm le poris & cervi: quippe, qui proximè ovillo, aut paulò minus consistat. Placet & de *Pygargo* Aldrovandi verbis agere. *Pygargon*, (verba ejus sunt) Plinius, in præcitatæ verbis &c. p. 304. a usque ad finem frequenter sylvosa & deserta.

Aldrovand.
Hist. Bifule. c.
14.

Aldrovand.
Hist. Bifule. c.
15.

PUNCTUM IV.

De Caprea Plinii, Capra Strepsicerote, & Dama Vulgari.

Caprea Plinii, Capreolus noster est, quem Germani *Ich* vocant. Cervis est colore non dissimilis, sed molè corporis longè inferior, qui vix capram æquat. Mas cornua in capite gerit senis plærumque ramis distincta. Fuit qui decem & septem haberet cornua, cujus icon Aldrovando à Duce Bavaricæ missus erat. Plinius de iis ita: Dedit ramosa capreis, sed parva, & fecit decidua. Visu est acuto, voce exili, dentes non mutat. Virgilius maculis distinctum ostendit. Servius sparsos albo exponit, qui habent adhuc maculas à prima ætate venientes. Accessu enim temporis, inquit, mutant colorem, & eorum macula gratiæ minoris esse incipiunt. Multæ in regionibus Helvetiorum Alpinis capiuntur. Humiliora tamen loca amant quàm Ibeus vel rupicapra. Fœmura si maritus capiatur, alium

Aldrovand.
Hist. Bifule. c.
16.

Virgil.
Eclog. 2.

Capra Strephiceros



Eale



Alicorn



1771




[Faint, illegible text on a separate sheet of paper pasted onto the page.]

Gazella



Cervo Camelq



Capreolus Moschi
Bisem thier






Capreolus Rehe




*Capreolus
Marinus*




Capra





Cervus




Hippelaphus mas

Rosß Hirsch




*Cervus
Burgundicq*





Alce Elend



*Cervus
Mirabilis*



*Orix Cervi
Species alijs Alce*



XXXXX

XXXXX



alium quærit, eumque secum ad pristinae habitationes locum adducit. Fœmina verò captâ, maritus aliò discedit, & aliam sequitur conjugem. Cornibus vel uti nesciunt, vel non audent. Cum perdicibus amicitiam colunt, & in iisdem locis pascuntur. Flan-tem ventum petere currendo Bellifarius ait, ut refrigerari spiritus cursu laborantes pos-sint. Parem illis & apris alimenti bonitatem Julius Alexandrinus posuit, nisi quod illius caro fit concoqui facilior, & citius fugiens. Huc pertinent Capræ Brasilienses, quæ duplices *Cagua cuete* nempe, & *Cagua-cua-para*. Illæ sunt nostris capreis ferè similes. *Caput* septem digitos circiter longum, *oculis* magnis, & nigris: *naribus* longis & patentibus; *ore* nigro, *cute* splendente, *auribus* qua-tuor digitos longis, duos & semislatis, *venis* conspicuis; *collo* rotundo & magis glabro pi-lis, quam in reliquo corpore: estque longi-tudo colli circiter quinque digitorum & semis. Corporis longitudo à colli exortu ad initium caudæ duorum pedum. *Cauda* bre-vis ut capreis esse solet. *Crura* quatuor, prio-ra pedem, posteriora sesquipedem longa: *pes* quilibet duas habet ungulas nigras; & supra has duas minores supra se invicem positas. Pilis vestitur glabris, qui in toto corpore, cruribus & pedibus refuscunt, in collo & capite fusci, sub gutture & inferiori collo albi. *Cauda* quoque inferius est al-ba. *Aures* interius albescunt, exterius sunt fusci & ferè carent pilis. *Os* inferius longius paulò quam superius? Ruminat cibum. Mansuescit facilè. Quando unius aut duo-rum mensium ætatem habet totum corpus maculis albis elegantur est variegatumquæ successu temporis evanescent. *Cugvacu-apa-ra* Brasiliensibus, caprea est cum cornibus, paulò major superiore, at ejusdem coloris. Cornua tria brachia seu digitos habent, ni-mirum infernum brachium quod longum, & apicem bifidum. Thyrsus seu scapus polli-cem humanum est crassus, & octo vel novem digitos Rhyndlicos longus. De *Capra* *Strepsicerote* ita Aldrovandus. Plinius inter sylvestres capreas, quas transmarini situs mittunt, Strepsicerotes &c. pag. 305. us-que ad finem. Cretensis imaginem ex Bellon-io. *Dama vulgaris*, describente Bellonio, corpore quidem cervum refert, & capreo-lo major est, sed colore differt. *Dama* mi-nus caput habet cervo. Cornua etiam illi om-ni anno decidua ut cervo, quæ antrorsum protensa habet præter aliorum consuetudi-nem Gilvam habet dorsi spinam, atramque lineam, secundum dorsi longitudinem ex-currentem, Cauda longa est ad proplites usque dependens, uti vitulo sæpè accidit ut ejus latera candidis maculis aspersa sint, quæ vetustate pereunt. Accidit etiam sæpe numero, ut fœminæ omninò albæ sint, sic ut capræ existimari possint, nisi pilum ad-

modum brevem haberent. Ostenduntur ejus cornua ingentis magnitudinis variis in locis, qualia sunt, ea quæ in gradibus & as-censu Ambrosianæ arcis conspiciuntur. Caro cum capreolis ferè in qualitatibus convenit, sanguinem tamen ad atram bilem tenden-tem aliquo modo efficit. Aliquando vervecis in morem pinguis est. Fimus cum oleo myrtino præparatus, capillos augere dicitur.

Bellon. obser. l. 1. c. 54

P U N C T U M V.

De Capra Moschi.

DE Capra Moschi ex veteribus soli Ara-bes scripsere. Recentiores Græci, ut Aëtius & Paulus Ægineta, si quid habent, ex iisdem sumere. Sive autem hanc feram, dorcadem capreamve, aut gazellam Indi-cam, peregrinam aut orientalem appelles, aut dorcadem moschi, vel simpliciter, ani-mam moschi, parum, inquit Gesnerus, in-terst. Aldrovandus Capram moschi vocat. Isidorus & Albertus, forte à moscho, qui vulgo muscus, musquelibet. Volaterrano est mus muscus, quem ex Arabia & Æthio-pia venire tradit. A Divo Hieronymo ad Demetriadem, peregrini muris pellicula in-ter odoramenta quibus delicatioribus dis-fluunt, numeratur. Alii moschum significari arbitrantur: Hermolaus animal ex quo Zi-bethum: Gesnerus folliculum animalis mo-schi, in quo hoc odoramentum colligitur. In descriptione variant authores, etsi non desint, qui ex authopsia delineent. Con-veniunt tamen quòd ex caprarum sive ga-zellarum genere esse statuant &c. Vide p. 307. a. usque, alioqui recta sunt. Ferunt odoratis pasci, ac potissimum nardo; unde etiam moscho, id est, sanguini circa umbili-cum collecto, odor concilietur. Propter insignium velocitatem rarò vivæ capiuntur. Morsu in persequentes sævire, Alexander Benedictus prodidit, qui etiam mansuescere exemptis dentibus longioribus, addit. In provincia Thebet eas canibus venantur. In China, etiam Persia, Africa, & Ægypto re-periri, quidam prodidere. Cæterum odo-ramentum illud quod hæc gazella fert, bar-baris *muscus* Latinis *moschus* dicitur. Appel-lationis inde fortè sumpta ratio, quòd plan-tarum musci, quarundam præcipuè arbo-rum, ut cederi & populi albæ, ad varia odo-ramenta & conspissanda unguenta, apud antiquos usus esset. Alcitatus muscum Ara-bem vocavit. Græcis dicitur *μόσχος*, vel quod illi, *μόσχος*, *μοσχίδα* & *μοσχίματα*, no-vos tenerioresque in plantis stolones vocent; quorum similitudine in animalibus, quæ moschum ferunt, novi, odoramento illo pleni nascuntur folliculi: vel quòd animalia illa, mediâ inter capream & vitulam natu-râ & magnitudine, fulvoque vitularum co-

Aldrov. Hist. Bi-fule. c. 19.

Mareg. Hist. Bras. l. 6. c. 10.

Aldro H. Bil. c. 17.

lore videntur, quas Græci etiam *μύσχος* & *μοσχόμια* appellant: vel quòdmofchi folliculus, à vasculis caparum semen in summo caule servantibus, quæ Græcis *μύσχια*, figurà non longè absit: vel denique, ut Ethymologo placet, quòd è medio, umbilico scilicet animalis, fundatur, quod Græcis est, *ἐκ μέσου χυμώδης*. Taceo posse derivari, vel à verbo *μύω*, quòd ab omnibus requiratur: vel ab *ὄζω* oleo, præposita *μ* litera; vel à privatione fœtoris *ἐκ σήπτεσι τῆς δυσωδίας*. *ὄζω* enim & benè & malè olere significat. De *ortu* ipsius non omnes eodem modo referunt. Simeon Sethi, (utor Aldrovandi verbis) moschum omnem fundi asserit, &c. Vide pag. 307. b. usque, sic Fuchsius. In *Electione* haud etiam consona scribunt authores. Plateario omnino niger non probatur; laudatur, qui ad spicæ nardi colorem accedit. Brasavolo odoratissimus est subniger, ex Cathaja allatus. Sunt qui Tumbascinum propter pabuli copiam anteponunt, qui in folliculo mature scit, præstantior eo, qui in aère suspenditur. Testis enim Brasavolus, immaturum, etsi animali adhærentem, grave olere. Abensinne, moschus melior Antebius vel Asciltios, deinde Jurgius, postea Indus marinus. Elluchasim in Tacuinis folliculos contidentes moschum Cubit esse scribit, subtili ex vesicula & moscho: Gergeri esse folliculos his contrarios, qui moschus minus est subtilis, & minus aromaticus: Moschus Charum medio inter hos loco: Salmindi verò deterior. De probatione ità Aldrovandus. An moschus legitimus &c. Vide p. 308. b. usque, adulterati notam esse. Adulteratur multis modis; præcipuè niger, & ad subrufum colorem tendens, admixto pauco sanguine hircino modicè affo, ita ut tres vel quatuor partes, ex istis contritis, ad unam moschi admisceantur. Sed panis assus friabilem reddit; sanguis hircinus cum frangitur, lucidus est & clarus interius. Saraceni sæpi cum folliculis vendunt, quos adulterato inferere. Alexander Benedictus jecore hædino arefacta, & avis cujusdam fimo vitari scribit. Radice Angelicæ à quibusdam, prodeute Gesnero augetur; qui etiam factitium describit. Odorem, si aliquid aromaticum addideris, amittet. At si in vase vitreo denso & cerà oblito asserves, retinebit. Recuperabit amissum, si in olla aperta in cloaca suspenderis. Quantum *ad Usus*, in assignatione temperamenti, authores variant. A-verroës calefacere & siccare in sine secundi scribit, Sethi in tertio. Tenuissimarum esse partium apud omnes in confesso. Mercurialis naribus appositum sanguinem prolicere tradit; & ne idem assumptus faciat, metuit, quod vasa aperire videatur. De cætero, in restauratione virium, tremore, syncope, flatibus, caputpurgiis, pilis odoriferis, suffumi-giis, smegmate, tragematis oris, & unguen-

tis moscatis, vehementer adhibetur. Quibusdam tamen mulieribus uteri suffocationem adfert; quod Venetis & Septentrionalioribus si Olao Magno credimus, contingere solet.

Olaus Magnus
l. 16. c.
13. 14.

PUNCTUM VI.

De Capra sive Hirco Bezoartico, vel potius Pazahartico, & aliis.

Diversi diversa circa descriptionem Capræ Bezoarticæ proferunt. Bellunensis negare illam videtur, dum lapidem Bezoar nuncupatum, in sui erui venis, ex Thiphasi Arabe prodit. Arabes in cervis eum nasci credidere. Monardus testimonio eorum, qui ex illa regione, ubi Bezoarticum animal reperitur, rediere, constare ait, cervi esse magnitudine, ejusdemque quodammodo forma &c. Vide Aldrovand. pag. 311. b. usque. in Arabia ex capris quibusdam hunc lapidem extraxisse. At *Bontio* capræ istæ non valdè absimiles sunt capris Europæis, nisi quod habeant erecta ac longiora cornua, ac quædam ex iis versicolore sint pelle, ut tygrides, pulchro aspectu, quales duas, inquit, hic in arce Batavia quotidie videmus. Prout magnum aut parvum lapidem gerunt, eò molestius vel citius incedunt, quòd astutissimis Armeniis & Persis benè notum est. Idem addit, herba quædam croco ac hermodactylis persimili vesci, ex ejusque esu lapides in ventriculis concre-scere. Inde factum, Teixeira prodente, ut cum insula quædam, inter continentem Chormandel & Ceylon insulam, à Lusitanis Isle de vaccas vocata, horribili inundatione submersa esset, ut capræ servatæ necessariò aliò transferri debuerint; herbà illa destitutæ, nullos protulerint lapides; insula verò falsugine liberata, reductæ, eosdem produxerint iterum. Tam verò capris his molesti sunt, quàm hominibus calculi vesicæ & renum. Unde colligere licet, vana illa esse, quæ seu Monardes, qui in intestinis, seu Fragosus, qui in renibus, seu Moses Ægyptius, qui in vesicula fellea nasci produnt, scripsere, de quibus Aldrovandum si placet, consule. Nam istius lapidis quidam Pafan esse volunt; alii Balsaar: at Bontius Pazaher, id est, contra venena, quasi Antidotum, vocari tradit. Nascitur præcipuè in Persia, in loco quodam Stabannon dicto, trium dierum itinere supra Laram, ubi Reges Persarum vigiles locare solent, ut omnes lapides qui certum pondus excedunt, sibi vindicent. De *formarum diversitate*, ita Aldrovandus Observandum itidem magnam esse horum nativorum lapidum diversitatem, &c. Vide Aldrovand. pag. 312. b. usque. alii tamen pretiosiores atque

Aldrovan. Hist. Bifule. c. 21.

Bontius Med. Ind. p. 46.

Aldrovan. Hist. Bifule. c. 20.

Ufus.

atque efficaciores habentur Confici ex maffa quadam adulterinos, Monardes ex relatione Guidonis de Lavaretis prodit: genuinos, qui ex laminis feu corticibus fe invicem amplectentibus constant, illisque adeo splendentibus, ut politæ videantur; intus pulverem habere. Garcias paleam vocat. At Bontius genuinum effe credit, qui, fi pauca calce fricetur, colorem puniceum ostendit; fi in pelvim aquâ repletam coniectus, & ibidem per duas autres horas relictus, idem prout antehac pondus retinet; adulterinum, qui calce fricatus rimam ducit, aut aquâ exemptus, pondus vel remittit, vel auget. De *Viribus*, plurima à Serapione, Monarde, & Garzia ab Horto scribuntur; nempe, nudæ parti corporis applicatum, facere, ne à veneno offenderis: pulverem morfibus animantium infperfum, eosdem fanare; ipsis feris injectum, torpidas reddere: viperas, injectum cum aliquo liquore, enecare. Omnem denique in venenis sopiendis & febribus malignis expugnandus inanem curam, nisi & hunc adhibueris: recitatque Monardes aliquot eorum exempla, qui ipsius beneficio ex faucibus Orci erepti sunt. Iuvat & melancholicos, quartanarios, fyncopticos, epilepticos, vertiginosos, calculosos, lumbricis laborantes, & alios. Sed magis mulieribus quàm viris prodesse observatum. Sunt in India, qui se ejus usu rejuvenescere posse, somniant. De quibus Monardes in peculiari tractatu consule. At Bontius, non tantas in eo vires, se mille experimentis invenisse scribit. Corollarii loco ex eodem addo, lapide Pa-zahar in ventriculis fimior natos, qui teretes sunt, & longitudinem digiti aliquando excedunt, inter præstantissimos haberi. Ad Hircum Pazararticum referri potest *Vicuna*, & *Taruga*, de quibus ita Nierem bergius. Sunt apud Peruanos quædam perniciosissima animalia quæ *Vicunas* vocant. Quidam putavere, ab Aristotele & Plinio capras dici, sed ignotas priscis *Vicunas* cenfeo cum Acoftâ. Cornutum illi animal sic vocarunt, vicuna cornu exermis, cætera licet similis silvestri capræ, cujus & fortasse genus est. Nec obest inopia cornuum; namque & canes cornuti alicubi feruntur, cum communes excornes sint. Gaudet montanis & rupibus, frigus & deserta amat, gelu & nive videtur recreari, societate & grege delectatur. Ad obvios quoque fugax. In fuga præmittit sobolem, cujus parca est. Capitur celebri venatione. Coeunt usque ad tria millia barbarorum, circumdant montem, sic paulatim cogunt in unam sedem feras, aliquando plusquam trecentas: demittunt ad prolem feminas. Aliter capiuntur cum ad conveniens intervallum accedunt, coniectis ad pedem funibus plumbo innexo extremitati quibus impeditur cursus. Tondent illas ad stragula.

Monard. de lapide Bezoar.

Nie- remb. H. E. l. 9. c. 59.

Lana earum subtilis & delicata instar fericorum. Pertinacis coloris est, quippe nativi, nulla tincturâ opus habet; In æltu recreat, juvat renum inflammationes: quamobrem culcitræ ex eâ inferciunt. Dicitur mitigare etiam podagra. Caro haud jucunda, nihilominus Indis edulis. De salubritate Josephus Acofta narrat, acerrimum dolorem oculorum pænè subito placasse sibi imposito frustulo carnis recenter occisæ Vicunæ. Generant in viscere bezoar, secundum post Orientalem. Proximum Vicunæ genus *Taruga*, perniciosior, grandior, torridior colore, mollib. & decidentibus auribus: non gaudet societate & grege, rupes sola peragrat. Repertus in his Bezaar major virtute & mole.

Nie- remb. H. E. l. 19. c. 64.

P U N C T U M V I I.

De *Subak Scytharum*, & *Capra auribus demissis*.

DE *Subak Scytharum* ita Aldrovandus. In Scythia latissimis &c. Vide pag. 313. usque ad finem. *Capras auribus demissis*, Aristoteli debemus. Mensurâ hæ palmari, & dodrantali, & nonnullæ ita demissæ, ut spectent ad terram. Fortè ex his ista, cujus Icon hic ponitur, & quam *Capram Indicam*, & *Mambrinam Syriacam* vocant. Lanâ pilis facieque & cornibus ovem potius quàm capram referre videtur. Color albus est.

Aldrovan. H. Hist. c. 23.

Aristot. H. A. l. 8. c. 28.

P U N C T U M V I I I.

De *Oryge*.

TRIA animantium genera *Orygis* nomine apud Græcos celebrantur. Vnum aquaticum, duo terrestria. Illius apud Strabonem mentio, ubi de Turdetania agit, quod teste Hermolao, quidam, Orcas marinas esse opinantur. Horum, duo esse genera, ex Plinio & Oppiano colligere licet. De Oppiani *Oryge* in sequentibus agemus. Hic Græcis *μαράντιον*, seu *ορύγινον*, fodere dicitur; quòd ad ortum, ut posthac dicemus, accedente lunâ, prioribus pedibus terram effodere dicatur. Plinius, si *Formam* spectes unicornem & bifulcum facit, & quidem ex Aristotele. Ex caprarum sylvestrium eodem genere. Contrario pilo vestiri, & ad caput verso, quod & tauro Æthiopico, competit. Eundem perpetuò sitientia Africæ generare, & natura loci potu carentem, & mirabili modo ad remedia sitientium, apud eundem legimus. Namque Getuli latrones, eo durant auxilio, repertis in corpore ipsorum saluberrimi liquoris haustu vesicis. Albertus magnitudine hirci esse, barbatum sub mento, in eremo versari, & facilè laqueo decipi scribit. Herodotus magnitudine bovi comparat. Nec nos quicquam certi de ipsius forma habemus. Cornua in omnium ferè musæis ostenduntur atra, in extremo micro-

Strabo, Geogr. l. 3.

Aldrov. Hist. Bif. c. 24.

Forma. Plin. H. N. l. 11. c. 46. Arist. H. A. l. 2. c. 1. Plin. H. N. l. 10. c. 73.

nata, pro ætate animantium, longitudine, crassitie, & numero nodorum variantia. Icones duorum hic damus. An ejus sint, an Asini Indici, ne Aldrovandus quidem definire audeat. At quia Æthiopes qui Sili vocantur, iis tanquam armis contra Struthiophagos utuntur; & hæc durissima sint, mucronata, longa & cava, videntur ejusdem esse. Ægyptii multa de eo commenti sunt. Syrii nempe ortum sentire, atque etiam clamore edito significare: contueri stellam, ac veluti numen adesse sentiat, procumbere adorandum: seu singulari quadam sympathiâ, seu, quod apud Albertum legitur, imbrem & frigus præteriisse, frigoris nimium impatiens, percipiat. Quomodo se erga Lunam & Solem gerat, Aldrovandi verbis exponam. Idem, inquit, Ægyptii impurum, ut inquit Orus &c. Aldrov. p. 315. b. D. usque. ingratus & impius in eam Oryx videri debeat. Addunt, adortum solis conversum alvum dejicere; & perpetuam sitim perferre. Meminit Orygis Columella & Martialis: sed vix ejusdem credo. Hic eum sævum vocat: Ille inter ea quæ ad cultrum in leporariis reponuntur, enumerat. *Oppiani Orygem* ita Aldrovandus, interprete Gyllio, describit. Oryx, inquit, in sylvis versatur feris infestissimus: colore est lacteo &c. Aldr. p. 316. a. D. usque. Hactenus Oppianus. Diversum à superiori esse, vel exinde non malè colligas, quod ille inter capras, quæ timidæ referatur: hic verò ferox sit. De cornu quidem nihil adjecit; at adjecisset, si unum habuisse scivisset. Ælianus quadricornes in India reperiri scribit. Ambrosius Paræus, cujusdam feræ, in quadam maris rubri insulâ Cademotha Arabibus dicta, incolis Pyrrasoupi dictæ, ex Cosmographia Theveti meminit. Magnitudine est mulo par, capite non absimili, urfinis veluti pilis vestita, sed haud adeò obscuris, verum ad flavum inclinantibus, bisulcis, ut cervus, pedibus. Duo procera sed minimè arborea capite gestat cornua, unicornium cornibus affinia. Indigenæ, bestiæ aut piscis venenati morsu læsi, aquâ, in qua aliquot dies ejusmodi cornua infusa fuere, hausiâ, statim convalescunt.

ARTICULUS VII.

De Cervo.

Aldrovan. Hist. Bisulc. c. 27. Nomen.

Cervi nomen, à cornibus quæ gerit, (ea Græcis κίρρα) apud Latinos sumtum est. Apud Græcos plurima obtinuit hoc animal nomina. Dicitur namque ἐλαφός, vel quasi ἐλαφός, id est, levis; vel quasi ἰλαφός, διὰ τὸ ἕλκεν ἢ ἀναρῆν διὰ τῶν μικτῶν τῶν ὄρων; ἢ ἀπὸ τοῦ ἐκλύειν τῶν ὄρων ἢ ἀπὸ τοῦ ἔλασθαι, nimirum quòd circa lacus & aquas libenter versetur; aut quòd cornu ejus suffitum serpentes fuget; aut quòd ipse cervus cornu ad saxum attrito nidorem excitet, quo serpentes cavernis pellit.

Dicitur & λέφός ἀέρας, βείριξ, βερκίος ἢ βριδός, Laconibus imprimis, κήλις, Nicandro, νεβροσίκο, πέλαγος, σεργός, παρλίνα. Varinus τὰς ἐλάφους τὰς πρῶτον τίθεισας, cervas primum parientes, *Procas* vocat, φυμαίας, πλώνας. Hinnulus cervi, dicitur, ἄλλος, λάδας, ναϊθός, νεβρός, κημάς, quasi κημάς, quòd in spelunca adhuc jacent, κημάς, & κημάς. Animal est bisulcum, forcipem pro ungue habens; pilo molli, & si Junio credendum, intus cavo, ideò commodè natat. *Colorem* ipsi Pollux tribuit, ἐπίξανθον, qui sit ἐπίξανθός λακός γέμματα, fœmina præcipuè, & hinnulus. Euripides βαλίαν vocat, seu spadiceicoloris, Euripidi σαδία, à colore τῆς σαδίας, seu phæniceo dicuntur. Dantur tamen & albi: qualis erat Sertorii cerva, quam esse fatidicam Hispaniæ gentibus persuasit. Cornua ipsi inter reliqua animalia maxima: Cervæ nulla; repertæ tamen cornigeræ, quos Maximilianus Cæsar observavit, & Scaliger vidit. Anniculis nondum cornua nascuntur, nisi quoad indicium, sit initium quoddam protuberans, quod breve hirtumque est. Bini primò cornua oriuntur simplicia, & recta ad subulorum similitudinem, quamobrem παρβαίλις, subulones, eos per id temporis vocant. Trimis bifida exeunt, quadrimis trifida, atque deinceps ad hunc modum procedit numerus, usque ad annum sextum. Constat tamen in multo plures ramos illud distribui. Habuit Guilhelmus Baveriæ Dux bina; quorum utrumque, unum & viginti ramos fundebat. Albertus testatur eadem in Germania ad undecimum dividi. Vidit Æmilianus in penu Ferrariæ Ducis, cervum interfectum, magnitudine equo paulo inferiorem; cujus cornua adeò erant ramis referta, ut ne illis Germanicis cederent. Sed & Antverpiæ in pharmacopolio visa, quorum singula ramos circiter quindecim ostentabant, Gesnerus prodidit. Differunt verò hæc cervorum cornua ab aliis, quòd cum omnibus sint cava & in mucrone demum concreta, cervis tantum solida sint; & cum cæterorum ossibus adhæreant; cervorum tantum cutibus enascuntur. Nec ullum animal præter cervum eadem mutat. Fiunt adeò solida & dura, ut soliditate ad lapidum naturam accedant. Inveteratum perquam leve redolitur, præsertim si sub dio fuerit, ita ut nunc humeat, nunc siccescat. Gesnerus observavit in consummati cornibus mucrones, sive ramulos supremos, qui bini alioqui aut terni subinde spectantur, septenos, & in eodem loco stipitis latitudinem sex digitorum; inferius autem fuisse alios binos ramos & adminicula. Observavit item inter cranium cervi & cornua, ossicula sive tubera gemina ossea protuberantia, lævia, duos circiter digitos longa, eò breviora quòd cervus nata major est.

Descriptio.

Plini. H. N. l. 8. c. 32.

Æmiliane Ruminantibus.

Aristot. H. A. l. 2. c. 1. & l. 3. c. 9. Plin. H. N. l. 11. c. 37.

est. Horum singulis singula, ait, adnasci cornua, per symphyfin quandam & quasi coarticulationem. Addit denique, subulonis cervi cornua se vidisse, dodrantis circiter longitudine: *furcarii* verò vulgo dicti, qui trimus est, duorum & amplius dodrantum. Quæ hic expressimus, lævia erant, albicantia, & minimè rugosa. Singulis annis sfato veris tempore ea amittere, Aristoteles prodidit; qui etiam tradit, captum fuisse, cujus cornibus viridis hederæ innata fuisset; quod & apud Plinium habetur. Castratis defluere Oppianus author est. Et hæc de Cornibus. Quantum ad alias partes, *Facies* ipsis est carnosæ, *nasus* simus, *collum* oblongum, *nares* apud Oppianum quaternæ, totidemque meatus. Musculi temporales & exiles & debiles; *ures* scissæ ac velut divisæ, sed præcipitanter, quales peculiariter iis Aristoteles adscripsit, qui circa Arginusam in Elapso monte versantur. *Dentes* habent quatuor utrinque, tum infra, ut annotat Albertus, quibus molit cibum, & *insuper* duos alios magnos, qui *mari* quam *fœminæ* majores sunt; vergunt autem omnes deorsum, ut repandi videantur. Vermes continent omnes suo in capite vivos, qui nasci solent, prodente Aristotele sub lingua, in concavo, circiter vertebram quâ cervici caput innectitur, vermibus qui in carnibus enasci solent, haud minores, continuos, numero viginti. At fuerunt qui plures videre, & quidem discretos: fuerunt & alii, qui nullos. Dicunt itidem intra oculos vespas enasci & provolare. *Sanguis*, aquæ similis est, & nullas continet fibras, si Aristoteli & Plutarcho credimus: Baldus Angelus Abbatius, coagulatum se observasse scribit, idemque aliorum observatione constare. *Oculos* habet magnos. *Cor* item proportionem magnum, quantum omnibus timidis esse solet. De *lapide* in oculi cantho varii varia. Agricola lapidem Belzarth: Bellunenſis Bezaar. Scaliger lapidem esse negat. Ante centesimum, inquit, annum in cervo nulla est. Post eam ætatem accrescit ad oculi canthum; ipsis ossibus atque in os protuberans concreſcit, eâ duritie quâ cornu superet. Quâ parte prominet, rotunda est, insigni nitore, coloris fulvi, non sine vestigiis atriorum venularum. Tanta levitate ut penè tactum effugiat. Ita enim sese subtrahit, ut seipsam prope modum movere videatur, &c. Scribonius, oculi fordes vocat. *Ossa* in corde omnibus propè cervis reperiuntur: annosioribus tamen majora, minora junioribus, crucis interdum formâ, decussatim mutuò intersecta, inquit Iordanus. Vidi, inquit idem, exectos propè columbini ovi magnitudine, laminis conflatos, & quod jucundum fuit aspectu, postquam comminutus fuit, reperiuntur os in medullis, simile cæteris ossibus corde prognatis, circa, quod putami-

na hæc sese aggregando amplificaverant, & in hanc molem atque duritiem calore cordis extorrente lapillum produxerant. Gesnerus à medio Augusti duntaxat ad idus usque Septembris inveniri scribit. Renodæus in junioribus, non os, sed cartilaginem esse. Nervum seu cartilaginem nerveam Brasavolus vocat. Andernacus, sinistro detecto sinu, maximeque arteriæ totâ basi apertâ, si radices illius & membranarum sequaris, inveniri tradit. Nam arteriæ aortæ, venæque arteriosæ & membranarum eandem radix, ex ossea illa cartilagine cordis procedit. *Cauda* ipsi exigua est, vituli marini modo. *Crura* perquam gracilia. *Ventres* plures. *Genitale* nervosum more Cameli. *Intestinum* tam tenue imbecilleque, ut etiam leviter percusseris, possit rumpi cute adhuc integrâ. *Felle* vacare ajunt, sed intestinum adeo amarum, ut ne à canibus quidam attingatur, nisi cervus præpinguis sit. Achæini in *cauda* id gerere creduntur; esseque quod ibi contineri ajunt, colore quidem simile felli, sed non ita ut fel humidum, sed lieni parte anteriore simile. *Cervæ* cervo minor est: animal aliàs aspectu egregium, mutilum cornibus, visu acuto, miræ velocitatis. Quaternaria habet ubera, ut vacca. Galenus de factus tunicus agens, ac de venis & arteriis, quæ ex utero in ipsum inferuntur, asserit, quod in omnibus animalibus, quæ suapte natura ad saliendum sunt proclivia, ut cervis & capris, vasorum productiones matricibus sunt connexæ, non per tenues modò membranas, sed cum eis etiam per carnes viscosas, velut pinguedinem quandam, specimen esse mirabilis providentiæ. *Dorsum* dum pingue esse Oppianus dicit, de utroque sine dubio sexu intelligit. In Africa non reperiri Aristoteles & Plinius prodidit, contradicente Virgilio & recentioribus. In Apulia sæpè exercitus speciem præbent, & Ferdinandum Regem Neapolitanum eo deceptum, nec non Jacobum Caldoram solertissimum suæ ætatis Imperatorem, prodidere scriptores. In Cæthariæ provincia Bargu & copiosi sunt, & sæpè tam cicures, ut eis infideant. In Batavia, referente Hadriano Junio, toto illo collium arenariorum tractu, cum interjectis convallibus, qui Egimondam usque ab Hagiensi nemore in longum porrigitur, magna eorundem copia. In Britannia palmatorum Capitolinus meminit: albos & nigros dari quidam affirmant. In regione Chicorariorum in orbe novo, teste Petro Hispalensi, adeo cicures sunt, ut perinde ac apud nos capræ, alantur. Cretensem agrum cervo egere Solinus scribit, Cydoniatarum regionem si exceperis. At Varinus Achæinarum cervarum meminit, quæ & *αυρανοειδεις* dicuntur, ab Achæis inf...

Arist. H. A. l. 4. c. 5.
Oppin. Cyneg.

Arist. H. A. l. 6. c. 10.

Aristot. H. A. l. 2. c. 15.
Plin. H. N. l. 13. c. 17.

Aristot. H. A. l. 3. c. 6.

Plin. l. c.

Scalig. Exercit. 112.

Jordan. de phænomonis pestis tr. 3.

Aristot. H. A. l. 2. c. 1.
Plin. H. N. l. 11. c. 37.

Aristot. H. A. l. 6. c. 29.

Locus. Plin. H. N. l. 8. c. 33.

Pontan. l. 2. de bello Neapolitano. Junius Batav. l. 1. c. 6x.

è Syria ideò transnare, quòd passionum quæ illie amplissimæ dicuntur, desiderio teneantur, apud Ælianum habemus. In monte Asia Elapho apud Arginussum scissis sunt auribus, quod & Hellesponti cervis, modò citatus author adscribit. M. Aurelius Imperator, cicures ibi nasci, addidit. Apud Scotos grandes sunt, & tam frequentes, ut solempni plærumque venatione, nunc quingenti, nunc octingenti, nunc mille prosterantur. Sunt ex his nonnunquam qui adipem decem pollices latam habent. Dantur & numerosi, in Hebridum insularum monte, cui à Cervo nomen est. Xapita novi orbis regio, referente Petro Martyre, cervorum armenta habet, ut nos boum. Domi pariunt, domi nutriunt, soluti per nemora pastum quærendo, luce durante vagantur, ad vesperam pullos domi relictos revisunt, & intra cortes claudise, ac natis suis depastis mulgeri sinunt. In Gallia quoque circa Fontem bellaqueum sunt numerosi: In Florida sunt partim domestici, quales fortè in Xapato; partim sylvestres, quorum quidam bovem adæquant, quidam minores sunt. In multis Germaniæ locis cicures in fossis circa moenia aluntur. In Helvetia minus hodie abundant, quòd sylvæ propter frequentiam incolarum, indies minuuntur. In Hercynia, colore nigricantes reperiri, à quibusdam accepit Gesnerus. In Dikilapporum denique regione, sunt eorundam greges, & Norvegis Rhen dicuntur, nostratibus cervis aliquantò majores. Lappi vice jumentorum utuntur. Vehiculo, inquit Sigismundus Herbersteinius, in scaphæ piscatoriæ formam factò, cervos jungunt, in quo homo, ne cervorum citato cursu excidat, pedibus alligatur; lorum, quo cervorum cursum moderatur sinistra, dexterâ vero manu baculum tenet, quo vehiculi, si fortè in aliquam partem plus æquo vergeret, casum sustineat. Atque eo vehendi genere viginti miliaria se unâ die confecisse, cervumque tandem dimisisse, eumque ad Dominum suum stabulaque consueta rediisse, dicebat. Tanta amoris libidine flagrant, ut totâ die ad venerem ferantur. Ad menssem ita agitari, mox desævientes alterum paulò minus menssem absumere, Budæus prodidit. Certant tum pro fœminis, & victori, ut domino, obedit victus, sequiturque ut herum, si Alberto fides. Impletis fœminis, separari per seipsos mares, & propter libidinis graveolentiam, quemque solitarium scrobes fodere, more hircorum fœtere, facies quoque nigrescere aspergine, & ita degere, quo usque imber accedat, tum pascua repetere, Aristoteles author est. Coire incipit mense Augusto &

impetum sustinere nequeat: aliquando tamen more ovium sustinet, & socias declinat, cum turgente jam venere, coitum appetit. Oppianus magnâ celeritate currentes fœminas iniri reliquit: mares verò duobus pedibus quantum possunt, cursimque sequentes coitum absolvere. Transseunt in coitu ad alias iidem, redeuntque ad priores. Plinius, cicures non concipere, nisi ab infantia fuerint educatæ ait. Ferunt uterum octo menses: pariunt magnâ ex parte unum. Incrementum hinnulorum velox. Cervæ cum parit, pituitoso humore purgatur, aliàs nunquam. Dum lactat, sese dimittere Pollux prodidit, Gesnerus refellit. De longævitate cervorum quædam apud authores occurrunt. Hesiodus in versibus qui tamen in operibus non extant, cornici novem nostras ætates tribuit, quadruplum ejus cervis. Sic ferè 3600. annos viveret. Plinius, post centum annos aliquos captos cum torquibus aureis quos Alexander Magnus addiderat, adopertis jam cute, in magnâ obesitate. Tempore Caroli Gallorum Regis, qui tempore schismatis inter Clementem & Urbanum VI. vixit, captus est ad Sylvanædum cervus, in cujus torque latinis literis scriptum erat, Hoc me Cæsar donavit. De Cajo Julio Cæsare etsi id capi vix possit: potest tamen ad Carolo vingorum aliquem referri. Theophrastus etsi octogenario major obiverit, conquestus nihilominus est de naturâ, quòd cervis longiorem quàm homini vitam dederit. Taceo sacram Dominiæ cervam apud Pausaniam, quæ tempore Agapenonis hinnulus erat: nec non Diomedis cervum, qui tempore Agathoclis, post aliquot nempe secula, captus est. Cæsaris Augusti cervæ, cum inscriptione torquis, *Noli me tangere, quia Cæsaris sum*, innumeris propemodum lustris ab ipsius imperio, deprehensa fuisse dicitur. Quidam atatem ex ramorum multitudine colligunt, quod Aristoteli non placet. Author Philomelæ eos glocitare scripsit, Virgilius graviter rudere. Mutant vocem pro sexu. Brevis fœminis, maribus productior. *Amicitia* ipsis cum atagene: at cum aquilâ, vulture, serpente, canibus, tigride, belluis, ariete, vulpium gannitu, cactò, aspalatho, rubris pennis, hostilitatem gerunt. Attagenes sæpissimè dorso ipsorum insident, & pilos vellicant. Aquila insidens cornibus multum pulverem volutatu collectum excutit in cervi oculos, pennis ora verberans, donec præcipitet in rupes. Cum serpente ipsis pugna. Investigant cavernas, nariumque spiritu extrahunt renitentes. Ideò singulare abigendis serpentibus; odor adusto cornu cervino. In Libycis sinibus ab iisdem jacentes impeti, apud Oppianum legimus. Cactum si cervus calcet & faucietur, ossa ejus nullum sonum edere possunt. Aspalatho tactus emoritur. Ingenium

Ælian.
H. A. 1.
5. c. 56.
Arist. H.
A. 1. 6. c.
29.

Martyr.
Decad.
Ocean. 7.
c. 2.

Generatio.

Aristot.
H. A. 1. 6.

Plin. H.
N. 1. 10.
c. 63.

Arist. l. c.

Ætas.

Vox.

Sympathia
& Anti-
pathia.

Plin. H.
N. 1. 10.
c. 3.
Plin. H.
N. 1. 8.
c. 32.

pau-
sub-
um

Ingenium genium sequentia ostendunt. Gaudent ^{ταῖς} seu locis incultis, sylvosis, & nemorosis, ubi solum bonum & pingue est. Sylvas quoque, vinea & loca aprica amant. Mas relictis pascuis ad sylvam se celeriter recipit, sed eandem non ingreditur: fœmina densiora ejus loca sequitur. Meliora quandoque pascua nacti, semper tamen ad pristina ubi educati sunt, redire solent. Eminens, uno minore cervo comitatus incedit, quem *armigerum* venatores vocant. Pascuntur tota penè die: & sub meridiem ubi sol maximè fervet, in umbra delitefcunt. Adeò sunt timidi, ut in proverbium abiverint: & Cantharion Arcos ab oraculo cervus sit dictus. Saltu valere, vel locus non procul Francofurto, à cervino saltu nomen mutuatus ostendit. Duo ibi lapides erecti, prodente Gesnero, cernuntur, interstitio pedum hominis mediocris quasi sexaginta. Tanto enim spacio saluisse illic cervum, idque etiam supra plaustrum oneratum, cum venatores instarent. Requiescunt in fuga, dum qui insequitur, appropinquet, & tum iterum fugiunt. Ubi animum despondere, relictis sylvarum opacis, in campestria se conjiciunt, & interdum ad vicos & villas propius accedunt. Secundo vento plærumque fueruntur. De *solertia* elundendis canibus, ita Budæus: Solere cervos ajunt, simul ut senserint rem sibi esse cum asseclis infectis, simul & sagacibus, primum alios aliosque fugæ lapsos, & gyros conglomerare; deinde si porrò urgeantur, stabula cervarum popularium, cervorumque diversoria petere, ibique inter turbam promiscuam, quasi intra nebulas erroris canini sese condere, interdum gregarios aliquot inde abigere, atque ad aliquantum spaciū permixtim vestigia facere, ad negocium canibus exhibendum. Cum autem aliquantisper hac ratione contechnati sunt, ab illorum comitatu subito se subducentes, per tramitem devium longiusculè abscedunt, deinde intersistunt, ut interim canes vestigia cervulorum aut cervarum excipientes, diversi ab eis auferantur. Cumque hæc stropharum commenta canum experientissimorum odorandi vis vicerit, ad alia denuo se vertunt subsidia, cujusmodi sunt, per sua quadantenus vestigia recurrere: deinde spiras fugæ intorquere multipliciter & variè, & quàm fieri potest perplexissimè, tum raptim longius procurrere. &c. Visus quidam in armentum bubulum irrumpere, in bovemque primoribus cruribus insiliens armisque complexus ad longiusculum spaciū velut equo vectus, postremis pedibus terram stringere, ut odorem sui, quoad fieri posset incertum, canibus relinqueret. Visus, referente eodem Budæo, qui in arborem in denso & opaco sitam insiliverit, in eademque sublimis, ramis fruticis ipso saltu diva-

ricatis steterit, sic interceptus, ut inde desilire non posset. Contra noxia gramina cinaram edunt: contra phalangiorum morsum, cancos. Sollicitè etiam cavent; ne quando in vulnera recentia solis radius incumbens, carnem priusquam cicatrice obducatur, putrefaciat. Dictamnium herbam extrahendis sagittis monstravere percussio eo telo, pastuque ejus herbæ ejecto; quod Dioscorides & Tullius capris adscribunt. Maria tranant, gregatim nantes, porecto ordine, & capita imponentes, præcedentium clunibus, vicibusque ad terga redeuntes. Hoc maximè notatur à Cilicia Cyprum trajicientibus, nec vident terras, sed in odore earum natant. Infirmos ponunt in ultimo; nec citius solvunt, quàm secundos ventos senserint. Pinguescunt æstate, & ideò latent, quòd se suæ corpulentiaè pondere facilius capi posse sentiant. Sed & cum cornua deposuere occultantur interdum, idque in opacis locis, ut muscarum tædio vacent; pascunturque per id tempus noctu, donec recipiant cornua; quæ ubi concreverint, soli exponunt, ut excoquantur & siccescant. Ubi verò attritu arborum, cum ea scalpunt, nihil indolere sentiunt, in patentia prorumpunt. Defodere, postquam deposuere eadem, fama est. Verum alii, alterutrum duntaxat defodere, scribunt. Dextrum cornu negant inveniri, inquit Plinius, ceu medicamento aliquo præditum, idque mirabilius fatendum est, cum & in vivariis mutant omnibus annis: defodique ab iis putan. Aristoteles id de sinistro prodidit, quamvis in Epiro dextrum obrui scribat. Abjecta in vivariis negligi, nec humo obrui, observatum est: quin & in sylvis in aperto jacentia sæpè reperiuntur. Serpentibus abundè saturati, ne veneni virus noceat, ad flumen contendunt, & ore summè tenus corpora demergunt, nec citius bibunt, quàm vi frigoris cogente haustum venenum per oculos defudando elachrymaverint. Vincentius Belluacensis esu serpentum caligini oculorum mederi scribit. Capti, non solum cicurantur, sed etiam vocati ad hominem accedunt. Frena & juga ferre, apud Calpurnium legimus. Certè septem cervorum bigas in pompa Ptolomæi fuisse, author est Athenæus: Heliogabalus verò junctis quaternis, in publicum processit. Taceo Mithridate Regi Ponti pro corporis custode fuisse; & Sertorio Romano Hispanor. Duci cervam albam in comitatu, quam ille Dianæ numen fingebat. Assuefactum à Ptolomæo quendam ut sermonem Græcum intelligeret, Ælianus refert. In pariendo semitas minus cavent, humanis vestigiis tritas, quàm quæ secretæ & feris opportuna. Sefeli ante partum purgantur, ut faciliori utantur utero: postquam peperere, involuorum primùm exedunt, mox herbam quandam degustant, sic ad prolem redeunt. Non

Æl.H.A.
l. 1. c. 8.Plin. H.
N. 1. 8.
c. 32.Ælian.
H. A. 1.
5. c. 56.Arist. H.
A. 1. 9. c.
5.Aristot.
l. c. & l.
10.Ælian.
H. A. 1.
7. c. 46.Æl.H.A.
l. 11. c.
25.

qualibat autem partus suos educare, Solinus auctor est; teneros studiosè occultare, & absconditos inter profunda fruticum, vel herbarum, pedum verberere castigare ad latendum; cum maturuerit ad fugam robur, exercitio docere cursus, & assuefacere salire per abrupta. Mulcentur fistulâ pastorali & cantu, interdum ita, ut interim pasqua negligant. Quantum ad sensum, si erectas auriculas teneant, acerrimè sentiunt; sin demissas, facillè opprimunt. Visu valere vel id argumento est, quòd *μυζαλοπὶς* Opianus vocat. De *Usu in Cibis* in diversa abeunt auctores. Isidorus tradit, carnes habere teneras, & faciles concoctu propter motus frequentiam: si verò castrentur, antequam cornua crescant, magis temperatas fieri. Galenus duras facit, difficiles concoctu & melancholicas; alibi, asinorum carni similes. Simeon Sethi, bilem atram gignere profitetur, cavendasque æstate, quòd tum propter serpentum esum venenatæ sint: si frequentius sumantur, corpus tremulum facere: per hyemem tutius simi. Julio Alexandrino præstat caro hinnuli, quanquam & vetustioribus laus, neque tamen vetulis, ætatis longitudo in causa, ut vel in trimatu commendari possint. Consistendi ætas, ut longissima, sic deterior eadem, crescente semper siccitate & carnis duritia. Tempore libidinis eam vitare, & hircorum instar foetere, apud Aristotelem legimus. Avicenna quartanas ejus esu induci putat. At Plinius, quasdam se fœminas principes scire testatur, omnibus matutinis carnem eam degustare solitas, & longo ævo caruisse febribus, quod ita demum existimant ratum, si vulnere uno interierint. Alii, diurnitatem cervinæ esu sibi pollicebantur, quòd vivacissimum animi esset. *Hepar* pravum esse Vincentius Bellunensis scribit. *Cornua* recenter enata, in delicatorum etiam unum venere. Bruyerinus, elixari & postea in fistula frigi scribit. In *Medicina*, *pili*, *pellis*, *medulla*, *sebum*, *cerebrum*, *pulmo*, *genitale*, *cor*, *ossa*, *coagulum*, *urina*, *lachryma*, *cornu imprimis*, locum habent. *Pilis* vulvæ suffiuntur; suffitus contra abortum facit. *Pellis* ramenta defecta pumice, & ex aceto trita, igni sacro illinuntur. Si eadem cum pedibus dextris portæ infigatur, ingressum animalis venenosi prohibet. Eadem ad involuntarium urinæ exitum, in stratis remedium. *Medulla*, leniendo dolori est præstantissima: serpentes inuncta fugat: perfusis aquâ aliove liquore fervido, peculiare est remedium: in aqua, potui data, intestinorum tormina sedat: dysentericos dolores per clysterem injecta, sopit: uterorum duritiem in pessis intrusa emollit. De ejusdem in menstruis aperiendis usu, ita post Agricolam Mizaldus. Si medullæ cervinæ drachmas duas vel tres pro corporis & ætatis mo-

dulo, includantur in linteolo mundo & raro, postea pudendo muliebri inserantur, filo extra pendente ut retrahi possint, modò tunc se offerat opportunum ac statum purgationis tempus, & præparatum fuerit corpus, præscriptaque vitæ ratio. *Sebum*, podagricos dolores lenit: ad lentigines faciei adhibetur: combustum & cum ostrea tosta commixtum, perniones sanat: uteris exulceratis, recens ac viridis subditur. *Cerebrum*, in coxarum & laterum dolore, restituentisque fracturis laudat Rhasis. *Pulmo*, clavos, rimas, & calli vitia tollit, si Plinio credimus: impositus & sæpè renovatus, ex calceamento læsos pedes, affirmante Marcello, persanat. Sunt qui phthifico profuisse scripserunt, siccatum in fumo, tritumque in vino. Cinis in olla fictili exusti, multis ad suspirium & dyspnæam profuit. *Genitale* siccatum & tritum cum vino contra viperarum morsus exhibetur: tauro cum vino illitum, ad coitum eundem excitat; *acidum*, contra cifficultatem mingendi aut colicam valet, si aqua in qua ablutum fuerit bibatur. Magi, ut auctor est Plinius, partum contineri promittunt, si mulieri candida à pectore hyænæ caro, & pili septem, & genitale cervi, iligentur dorcadis pelli, & collo suspendantur. *Ossa* ad ventris profluvium Galenus inungijubet. Sextus verò, patellam cervinam, si tecum habeas, negat furgere inguina, & quæ ante surrexerunt, eadem tacta redire. *Cor* cum pelle & cornu combustum, vulnera, iisdem cum oleo inunctum, sanat. Os de corde, inter antidota habetur. Lapis qui in corde aut vulva reperitur, contra abortum facit. *Coagulum* hinnuli in utero occisi, præcipuum est contra serpentium morsus remedium. Utiliter quoque bibendum, morso à cane rabido datur. *Quin* contra cicutæ & fungorum esum facit. *Urina*, splenis dolorem sanat, ventriculoque & intestinis inflatis prodest. *Lachryma*, inter sudorifera censetur, tantosque ciet, ut pænè totum corpus solvi credas, in vini momento exhibitum. Quâ parte prominet, rotunda est, insigni, nitore coloris fulvi, non sine vestigiis atriorum venarum, tantâ levitate, ut penè tactum effugiat: ita enim sese subtrahit, ut propemodum seipsam movere videatur. *Cornu* maximus usus est. Ex typhis sanguine adhuc madentibus, aqua rhizotica, contra malignas febres destillatur. Uritur aperto igne & philosophicè, & non tantum ad sudores & adversus venena commendatur; sed & contra varios morbos. Floridæ insulæ incolæ infantium labiis perforatis ea imponunt, sic à veneno illæsos fore sibi persuadent. Andernacus collyrium ex eodem, cum thure, plumbo usto, opio &c. & aqua pluviali, conficit. Idem, aceto incoctum vel tritum, porri-

Mizald. cent 6. a. phor. 96.

Hijocrates de morb. mulier.

Galen. Eupor. l. 2. c. 42.

Hurn. Method. ad praxim. l. 2. p. 245.

Æliar. H. A. l. 12. c. 46.

Usus. in Cibis.

Galen. de Alim. facult. l. 3. c. 6. & 8.

Jul. Alex. l. 11. c. 11.

Arist. H. A. l. 6. c. 29.

Usus in Medecina.

Galen. in Euporistis.

Galen. simpl. II. l. 5.

porrigini & impetiginibus inungitur : cum lenticula & sevo cervino, lentiginines de facie tollit : accensum, nidore suo morbum comitalem prodit : adversus scrophulas tritum cum spongiis, in quibus lopides reperiuntur, æquali mensura ex vino aut aqua quotidie bibitur : ad polypum cum sandaracha naribus inflatur : ad dentium albedinem in cinerem in olla nova redactum, cum mastiche, & sale ammoniaco miscetur : crudum inque aceto fervefactum, maxillarum, à dentitione dolorem adimit : adustum & cum vino tritum, deinde circumlitum, vacillantes dentes confirmat. Hæmoptoicis cum tragacantho medetur : dysenteriam seu ustum, seu in galredam redactum, sanat : ad vomitum, cum sulphuris vivi pusillo, in ovo sorbili exhibetur. Sextus combustum ex oxymelle splenem siccare affirmat. Ad colicam ex iisdem teneris remedium Marcellus habet, cujus descriptionem apud Aldrovandum vide. Contra lumbricos Galenus cum ebore propinat. Sunt qui cretam, semen sanctum, vitellum assum, admiscet, & cum melle placentam parant. Ad profluvium denique muliebre, & præfociones uterinas adhibetur. In *Differentiis* nihil ferè occurrit, præter ea quæ apud Nieremburgium leguntur. Cervinum, inquit iste, non simplex, Novæ Hispaniæ genus. *Maccama* vocant. Quidam rubei, quidam albi toti. Hos cervorum Reges dicunt Indi, & *yztae maccame* appellant. Alii nostratibus aut iisdem, aut valde similes forma, magnitudine, ingenio : *Aculhuame* nuncupant. His minores *Quanthlamacame* in magnam generositatem degenerant à cervinâ timiditate : efferociunt vulnerati, adoriuntur venatores, sæpè occidunt. Ejusdem molis & moris sunt *Thalhuicamacame*, sed impares animo. Minimi sunt *tamamacame*, fortassè potuis caprarum genus. In Duarhe, Xapidâ, & aliis novi orbis plagis, cervorum erant armenta, quemadmodum nobis boum, (prout superius diximus.) domi pariunt, nutriunt. Soluti, per nemora pastum quærendo luce durante vagantur, ad vesperam pullos domi retentos revifunt, intra cortes claudi se ac nati depastis mulgeri patiuntur, nullum aliud lac, aut ex alio lacte caseus. In aliquibus Occidentis regionibus vexati cæstique à venatoribus, quærunt herbam *Atochielt*, (sic vocant Barbari, & species pulegii est) hac recreantur restauratione virium, novam pernicitatem acquirunt : majoris illis usus est, quam dictamni virtus. In Virginiam cervi longiore caudâ sunt præditi quam nostrates, & cornuum extrema in dorsum recurva habent. Cervorum Americanorum quoddam genus Lerus vocat *Seonafseu*, qui differunt à nostris, quòd multò sint humiliores, minora gestent cornua, & æquè pilos demittant atque nostrates capræ. In

plagis novi Mexici caudam habent valde pilosam, alii prolixam, non aliter ac mulæ, cujus æquant aut superant molem. Maximi roboris sunt. Dux quidam Hispanus duos injunxit mansuetos rhedæ suæ vehendæ. De *Cervopalmato*, ita *Aldrovandus*. Diximus ex Julio Capitolino, Gordiani sylvam memorabilem pictam in domo rostrata Cn. Pompeii, inter alias picturas, cervos continuisse C. C. palmatos : hosque Gesnero primum visos, eosdem cum dorcadibus platycerotis. Cæterum cum postmodum Joannes Cajus medicus Britannus hæc illi cornua ex Britannia misisset, mutatâ sententiâ, doctissimo illi medico, qui cervum palmatum revera esse judicabat, quod & mihi vedetur, assensit. Nam cum cornua hæc aut æquent, aut etiam superent, & longitudine & crassitudine cervinum, consonum est, corpus animalis, cervi potius quàm platycerotis simile esse. In Persia circa Schamachiam, Karabach, & Moragè, specie Damæ, subvulvos, cornua retrorsum incurva, absque nodis habentes, quos Turcæ Tzeiran, Persæ, Ahu in veniri, Olearius auctor est.

Aldrov.
Hist. Bi-
sulc. c.
28.

Olaer.
Itiner.
Orient.
P. 312.

ARTICULUS VIII.

De *Tragelapho*, & *Tarando*.

Tragelaphus inde nomen sortitus esse videtur, quod hirco & cervo sit similis. Volaterranus & Gesnerus Hippelaphum Aristoteli dici volunt, seu à similitudine ita dicatur, jubam enim habet, seu à magnitudine ut hipposelinum; major enim & crassior cervo est. Germani *Wranthirsch* vocant, seu, quòd sit nigrioris coloris quàm cervus, ut Agricola placet; seu quòd loca in quibus carbones fiant frequenter, & herbis ibidem nascentibus pascatur, ut Fabricio visum. Major est & robustior cervo. Villos nigros in gutture, longos in armis gerit. Ideò à cervo, barbâ tantum & armor. Villo distare scripsit Plinius. Suprema pars dorsu cinerea est, ventris subnigra; villi circa genitalia nigerrimi. Cæteris à cervo non differt. Non alibi quàm juxta Phasin amnem nasci podidit Plinius, sed falsò. Nam & apud Arachosios inveniuntur Tragelaphi : & in Torantinis Koningsteinianisque Misniæ saltibus Bohemiæ vicinis capiuntur. In Anglia quoque cervi nigricantes reperiuntur, ab his fortè non diversi. *Tarandus* Barbaris Pyrandrus & Pyradus, Hesychio fortè *ἑτάριον*. Septentrionalibus *Rebenschier*, dicitur. Magnitudo ei quæ bovi, caput majus cervino nec absimile, villus albus magnitudine Urforum. Tergori tanta duritia, ut thoraces ex eo faciant. Pectus habet torosum, ungulas bifidas, concavas, & mobiles. In cursu enim eas explicat. Ipse ad celeritatem expeditissimus, ita ut & summas nives calcet

Aldr. H.
Biful. c.
29.

Plin. H.
N. l. 8.
c. 32.

Aldrov.
van. H.
Bifulc. c.
30.

calcet non impressis altè vestigiis, & pernicitate insidiantia in vallibus animalia effugiat. Cornua gestat præalta, quæ statim à fronte ramis duobus latis mucronantur quasi in digitos. In medio ramulus veluti internodium interjectus, inde rursus in ramos latos, digitorum expansorum specie mucronatos exeunt. Cornua sunt alba, venulisque longis distincta. Differunt ab alces cornibus altitudine, à cervi latitudine, ab utrisque colore, & ramorum multitudine. Currendo ea in tergum demittit: nam stanti, frontem penè rami inferiores tegunt. His inferioribus, concreta frigoribus flumina ad potum capiendum rumpere fertur. Sylvarum fructibus & arborum musco vescitur. Latibula struit in montibus Septentrionalibus, & in Mosibergum, aliosque Norvegiæ montes intensioribus frigoribus procedit. Capitur ab hominibus ad usus domesticos. Nam ad conficienda itinera domatur à cursoribus, ad opera rustica ab Agriculis. Caro ejus è serinis illorum locorum optima & delicatissima. Natura animal esse gregale; & mille tarandorum armenta, in vastis septentrionis sylvis aliquando conspici ferunt. Fœmellæ ramis carent. Reperiuntur in Norvegia Suecia, Laponia, & Polonia. Augustam Vindelicorum bini cum fellis, phaleris, & phrenis, erant aliquando adducti. De coloris in ipso mutatione, ita *Solinus*. Hunc tarandum, affirmant, habitum metu vertere, & cum delitescat, fieri similem cuicumque rei proximaverit, sive illa faxo alba sit, seu fruteto virens, sive quam aliam præferat qualitatem. Faciunt hoc idem in mari polypi, in terra Chamæleontes. Sed & Polypus, & Chamæleon glabra sunt, & pronius est cutis lævitate speculi modo proximantia æmulari. In hoc novum est, ac singulare, hirsutiam pili, colorum vices facere. Cæterum quis ille Plinii & Solinii Tarandus sit, nec Gesnerus quidem rectè nosse visus est. Nam modò cum Turone, modò cum Rangifero, de quo in sequentibus eundem facit. Icon quam hic damus, verissima esse creditur.

ARTICULUS IX.


De Rangifero.

Aldrovan. Hist. Bifalc. c. 31.


IN Descriptione Rangiferi, quem *Reen* vocant, non conviniunt authores. Albertus speciem cervi repræsentare dicit, sed majorem esse corpore, colore insignem, & ad fugam celeberrimum. Tres, secundum eundem, cornuum ordines in capite gerit, ita ut in singulis bina sint cornua, & caput ejus virgulis compositum videatur. Ex his duo cæteris majora, in loco cornuum cervi, quæ ad perfectam magnitudinem augentur, ad eò ut quinque cubitorum mensuram ali-

quando attingant, & ramis viginti quinque conspiciantur. Duo etiam in medio capitis, ut damarum habentur, mutilis & brevibus ramis mucronata. Denique alia, in fronte antrorsum versa, ossibus similia, quibus in pugna potissimum utitur. Olaus Magnus tricornerem esse scribit, de genere cervorum, sed longè proceriorem, velociorem, longiorem. Rangiferum duplici ratione dici, tum quòd in capite alta cornua, velut quercinarum arborum ramos ferat: tum quòd instrumenta cornibus pectorique, quibus hyemalia plausra trahit, imposta, ranga & loga patrio sermone vocentur. Cornuum verò duo cæteris majora, eo loco habere quo cervus: aliud in medio capitis, ramusculis circumstantibus cæteris brevioribus situm, quo contra infestas bestias pugnat. Jubatum gerere collum, & ungulas rotundas. Johannes Agricola tridentem duntaxat in fastigio cornuum habere, & in saltibus Poloniæ reperiri, prodidit. Julius Cæsar bovem cervi figuram facit, cujus à media fronte inter aures, unum cornu existat excelsius, magisque directum his, quæ nobis nota sunt cornibus. Ab ejus summo, addit, sicut palmæ ramique late diffunduntur. Descriptio Damiani à Goës, alci potius quàm Rangifero competit. Apollonium Menabenum Medicum si sequimur, sunt ex genere cervorum, altitudine & castitudine asello pares, tibiærum gracilitate superant. Caput habent instar vituli, collum jubatum velut equis: Cornua frondosa, lævia, gracilia, oblonga, ad tergum porrecta. Cætera, habita ratione & servata magnitudinis portione, cervos communes imitantur. Taceo Iulium Cæsarem Scaligerum, qui rangifero ab Olao Magno tributa alci adscribit. Ut verò sit, distinctum ab Alce, vel inde colligere licet, quòd Olaus Magnus rerum septentrionalium peritissimus, diversis locis de iisdem agat. Inveniuntur in Laponia, Suecia, Norvegia, & vicinis Arctico locis. *Cibus* ei muscus montanus, candidus, præsertim hyeme nivibus in su superficie soli coopertus: quas licet densas naturæ instinctu perforat, cibum quæsiturus. Æstate verò foliis ac frondibus arborum, stando eundoque melius quàm se inclinande floribus ac herbis, propter cornua nimis antrorsum incurvata vescitur; idque laterali & obliqua capitis inclinatione. Educti in transmarinas terras non diu supersunt, ut in Holsatia & Prussia compertum. Huc à Gustavo Rege Ann. 1533. missi, & sylvestri libertate donati, an sobolem reliquerint, nunquam comperiri potuit. Quia verò & sylvestres sunt & domestici; horum lac, pelles, nervi, ossa, caro, ungulæ, pili, usibus humanis inserviunt. *Lac* nutrimentum est domesticum; serum, potus. *Pellis* tegendis & corporibus & lectis, & equorum fellis inservit. Quia valida

Cæsar. l. 6. de bello Gallico.



Pigargus
Weiß Zars




Tragelaphus

Pigargi species



Hippelaphus *Femina*




Taurus

Peonius

Tab. XXX



Alces



Alce. Elend geschlecht





Dama Cervq

Damhirsch



Caprea Rehe-Kalb



Alce Mas








Rangifer Reintier



Cervus Palmatus



*Reintiers
geschlecht*

Tarandus Tarandthier



valida & tenax, ad culeos & diverforum opificum folles adhibetur. *Nervi* loco lini consuendis vestibus deputantur. *Ossa* & cornua ad arcus parandos fumuntur. *Carnes* vento & fumo siccatæ ad plures annos durant. *Ungulæ* spasmodicis profunt. *Pilis* pro farciendis sellis & pulvinaribus utuntur.

ARTICULUS. X.

De Alce.

Ald. Hist. Biful. c. 32. Pausan. in Eliacis, & Bœoticis.

Cæsar. l. 6. de bello Gallico.

Plin. H. N. l. 8. c. 15.

Solin. Polyhist. 32. & 33. Strabo Geogr. l. 4.

Lemnius in Miracul. Nat.

Cardan. l. 10. de subtilitate.

Sed & de fera *Alce* mirè authores discrepant. Pausanias specie inter cervum & camelum facit; nasci apud Celtas, explorari, investigarique ab hominibus non posse, hominum odore à longe percepto, in foveas & profundissimos specus sese abdere. Secundum Cæsarem, sunt in Hercynia sylva, earumque consimilis capris figura & varietas pellium, sed magnitudine paulò antecedunt, mutilaque sunt cornibus, & crura sine nodis articulisque habent, neque quietis causâ procumbunt: neque si quo afflictâ casu ceciderunt, erigere sese aut sublevare possunt, &c. Plinius jumento similem facit, ni proceritas aurium & cervicis distinguat. Haud illi dissimilem, notam in Scandinavia insula, nec unquam visam in hoc orbe, multis tamen narratam Machlin, sed nullo suffraginum flexu: ideoque non cubantem, sed acclivem arbori in somno, eaque incisâ ad insidias capi, aliàs velocitatis memoratæ. Labrum ei superius prægrande, ob id retrogredi in pascendo, ne in priora tendens involveretur. Idem apud Solinum legimus. Dodoneus huc Strabonis verba trahit, qui dicit, Alpes, peculiaris formæ belluam, ut memoriæ prodidit Polybius, gignere, habitu quidem ad cervi staturam, collo duntaxat excepto & villis, in quibus capro perquam similis est; gerereque sub mento carnis globum ad palmæ magnitudinem, capillosum, crassitudinem pro equini pulli cauda habentium. Cardanus alcem à Julio Cæsare scriptam putat: aliis creditam, magnum animal appellat. Scaliger licet duas alces esse dicat; hoc tamen animal bisontem nuncupat. Olaus hanc feram alcem ubique vocat, & onagræ. Erasmus Stella medium quasi genus inter equos & cervos alcem ponit, easdemque cornua quotannis amittere. Levinus Lemnius caprarum esse generis credit. Michovius crura absque articulis prælonga habere, ut bisontes, ait. Germanis dicitur *Alend* seu *miseria*; tum quòd singulis diebus morbo comitiali laboret, nec citius ab eo levetur, quàm dextri posterioris pedis ungulam auriculæ sinistrae immiserit; tum quòd levissimo etiam vulnere accepto, exspiret. Cæterum magnum animal ita describit Cardanus. *Sub boreali polo animal nascitur cervo simile, cruribus anterioribus*

*longioribus, carneam habens promuscidem, brevem tamen. Habet cornua peculiare quadam forma prædita, & nulli ferè animali similia. Nam crassa ab imo, ubi ascundunt, latiora palmo sunt. Menabenus verò hanc partium exteriorum descriptionem dedit. Habet hoc animal crassitiem, altitudinem & proceritatem mediocris & pinguis equi. Humeri depressiores & humiliores sunt partibus posterioribus. Capite aliquantulum pronum incedit. A summo capite usque ad humeros, & maximè in cervice est huic magna pilorum prolixitas & sylva, ita ut collum & barbam hirci repræsentet. In aliis corporis partibus pilorum longitudine non differt ab equo, sed densitate superatur, crassitie verò superat. Color prærumque vergit ad cinericiam albedinem; pro vicissitudine tamen anni temporum, pili varias habent in colore mutationes. Caput est oblongum & gracile, si conferatur cum toto corpore. Labra magna, prominentia & crassa, & maximè superius, quod *promuscidem* Cardanus vocavit. Os longum. Dentes non admodum magni, nec longi. Aures longæ lataque. Fœmineus sexus cornibus caret, ac masculinum genus multifida, & ramosa cornua producit, sed non tam longa & frondosa ut cervi vulgaris. Latiuscula sunt crassitie ferè duorum digitorum transversorum. Si unius cornu figuram spectas, triangularem ferè formam deprehendes, & magnæ avis alam extensam dices: si pondus, duodecim ferè librarum majorum erit. Cornua, addit idem, mutat hoc animal statutis quibusdam temporibus, ut cervi solent. Unum aliquamdiu fuit apud me, quod ut matura poma solent, spontè deciderat. Id stirpe manifestè dignoscitur; duo alia parva habeo, duorum aut trium fortè ab ortu mensium, paulò ante animalis mortem abscissa, quæ molli quadam lanugine, sanguine etiam imbuta erant. Est præterea obeso & grandi ventre ut vaccæ sunt. Cauda mirum in modum brevis, ungulæ bifidæ, ut bobus. Et hæc omnia Dodoneus ad alcem refert, quæ alibi, Deo volente, examinabimus. De Pelle scribit Gesnerus, densam & solidam esse, ut validos etiam ictus punctim cæsimque factos avertat, & ferrei thoracis instar hodiè expetatur. Ad thoraces ab alutariis, piscium adipe præparatur, ut imbrem arceat. A cervina cui similis est, inspirata discernitur. Transmittit enim spiritum ut ab opposita manu percipiatur, quod sit meatibus plena, & concavos pilos habeat. Gesnerus tamen in ungula integra, quam cum ima parte tibiæ pilosa se vidisse affirmat, nullam in pilis cavitatem reperit. Possunt tamen meatus qui in viviserant, in mortuis collabi, præsertim longo post tempore.*

Gesnerus in Alce.

Cornua, idem, libras circiter duodecim appendere tradit, esseque longitudine ferè duorum pedum, non ramosa ut cervorum, mucronibus tamen aliquot divisa, dodrantem lata, armi potius quam cornu figurâ, & advehi ex Lithuania. Cornu verò Magnæ feræ nomine ad Aldrovandum missum, septem tantum libras duodecim unciarum appendit, ea juxta caput crassitudine ut vix manu comprehendi possit, quinque ornatum mucronibus hinc inde binis, mox ab uno latere, alio, & ab altero, etiam alterius ostendens rudimentum, latitudo inter primos ramos trium ferè dodrantum. Tota ferè tibia simul cum unguibus libras pendeat tres cum dimidia. Icon quæ hic exhibetur Aldrovandi est. Ad *Naturam* ipsius spectat, quod animal hoc à venatoribus agitatam ad aquas confugiat, & aquam ore hausitam, fervidam in canes evomat: quòd rarò solum conspiciatur, sed terrâ nivibus oblecta multa progrediantur simul: Unum procedit properando, ut occasio postulat: alia singula sequuntur eundem tenorem & modum fervando, & primi vestigia calcando, ita ut si quis rei inscius ipsa insequatur unius tantum vestigia se cernere existimet: quòd sitis laborisque adeò sit patientissimum, ut diem noctemque immensa spacia privatum cibo, conficere possit: quòd pulli capti adeò successive mansuescant, ut naturali urgente siti maxima cerevisiæ vasa à discumbentibus propinata ebibant: quòd tantam vim in ungula gerant, ut tactum ictu lupum illicò interimat, & elabente cane, opposita arbor elidatur, quasi fungus adefset. De *Uso* in cibis, hoc dixisse sufficiat, carnibus ubique vesci regionis incolas, & recentibus, & sale conditis: crassi tamen & melancholici fucci apparere. In *Medico usu*, *cornua*, *nervi*, & *ungula*, laudantur. *Cornua* olim inter adstringentia duntaxat habebantur: post inter antipileptica relata sunt, modò inter festum assumptionis B. Mariæ virginis & nativitate ejusdem absconderentur. Alii, die Ægidii festo demi debere opinantur. *Nervi* ad spasmum in Suecia adhibentur. Modus adhibendi, zonam ex eo facere, & membro læso circumligare. *Unguis* seu ungula, Epilepsiæ & hysteriæ affectioni convenit. Conditiones ad efficaciam requisitæ, ab Olao Magno ponuntur. Ungula exterior, inquit ille, dextri lateris posterioris pedis onagri, (sic alcem vocat) masculi, qui non genuit, abscissa à vivo pede securi, vel alio instrumento avulsa, post medium mensis Augusti spasmum aut morbum caducum patienti adhibita, continuò sanat. Applicatur rectè, si vel sinistra manus annulari, adponatur: vel annulus ex eodem factus, eidem indatur: vel pars unguis sinistrae palmæ imponatur, manusque in pugnum complicitur: vel ejusdem por-

Natura.

Ufus.

tiuncula in aurem sinistram missa, & aliquandiu veluti scalpendo moveatur. Suffocata mulieri, rasura cum zedoaria, anaticis partibus felicissimè exhibetur. Formulas ex ea antepilepticas in authoribus vide.

ARTICULUS XI.


De Rhinocerote.

Rhinoceroti nomen à cornu, quod in nare pullulat, nomen datum est. Quidam apud Diaconum, *bovem Ægyptium* appellant: alii ex Pausania, *Athiopicum quadrupedem* seu taurum, sed falsò. In Ægyptum non potuit nisi fortuito casu inferri. Pausanias verò in Æthiopia taurum esse dicit, qui ob similitudinem cornu ab ignaris Rhinoceros appelletur. Nullum animal est, cujus *descriptio*, inquit Aldrovandi continuator, magis sit in lubrico. Et certè Plinius breviter se expedit. *Unum ei in nare cornu, longitudinem cum elephante parem, crura multò breviora, colorem buxum.* Tantundem & Agatharcides apud Photium protulit. Nicolaus de Comitibus Venetus, Rhinocerotem suillo capite, bovinâ caudâ, elephantino colore, cornu bipedalis longitudinis gerentem, nobis fingit, in provincia Mangi. Ælianus, qui Græcorum permultis & Romanorum visum & benè notum describere frigidum esse putat, in summa nare cornu gerere ait, mucronis acuti, robore nec ferro quidem concedens: pellem tantæ firmitatis, ut ægrè jaculo penetrari queat. De *Cornu* maxima est discrepantia. Tertullianus unum tantum adsignat: Martialis verò duobus depræliari scribit. Utrumque hoc, secundum eundem in capite; secundum alios in humero dextro alterum & brevius esse. Nummus Domitiani utrumque in naribus ponit. Alii majus cornu in naso, minus in fronte, aliquo supra spacio, collocant. Sed nec de *forma* ejusdem conveniunt. Alii rectum instar tuba, lineâ nigrâ trascurrente ponunt: alii sine linea. Artemidorus apud Strabonem, qui Rhinocerotes longitudine parum ab elephantis excedere, magnitudine tauri, formâ apro proximâ esse ait, recurvum & omni ossè durius facit. Diodorus simum, Agatharchidas & Solinus repandum vocant. Addit Artemidorus, belluam duo cingula tanquam Draconum volumina dorso usque ad uterum circumventia habere, alterum jubam versum, alterum ad lumbum, hæcque de ea se dici, quòd sibi visa esset. At Bontius *institum noli* Pazaartica citavimus, quique Rhinocerotem vel centies non tantum cavæ inclusum, sed & in sylvis vagantem vidit, ita nobis eum describit. Cute è nigra est cinericia, instar Elephantinæ, rugosa admodum, cum profundis plicaturis circa latera ac in dorso: crassam admodum habet pellem, ut

Diacon.
l. 16.
Pausan. in
Bœotici-
cis.Plin. H.
N. l. 7. c.
20.Photius
Biblioth.
Cod. 250.Ælian.
H. A. l.
17. c. 44.Tertull.
3. contra
Praxeam.
Rer. Indi-
cæ. relat.
3. c. 7.Strabo
Geogr. l.
16.Diodor.
Sicul. Bi-
bliothecæ.
l. 4. So-
lin. Poly-
hist. c.
63.Bontius
Medic.
Indor. p.
16.

RHINOCEROS Hornuagse Rhinocer










Camelus

Kamel





Camelus Bactrianus seu Dromedarius




Camelus



Camelq





Dromedarius



Camelus




PLATE 1

Camelus



Camelus



ut quæ ictui Japonicæ machæræ facilè resistat. Neque enim hæc bestia, (ut apud nos pingitur) scutis munita est; sed hæ plicaturæ hos clypeos mentiuntur; neque una pars durior est alterâ. Rostro est porcino; sed ante acutiore, neque tam obtuso, in cujus extremitate cornu istud extat, unde nomen fortita est bellua, aliud altero majus pro ætate Rhinocerotis. ³ Colore etiam cornu variat, modò nigrum, modò cinericeum, modò album est. Magnitudine autem corporis mediocris staturæ, Elephantem proximè accedit mediocrem, nisi quòd pedibus sit longè humilioribus, & propterea etiam tam conspicuum non est animal. *Locum* si quæras, invenitur in Africæ desertis, Abassia, multis Asiæ locis, regno Bengalæ, & Jacatru. Nec ævo Aristotelis Græcis notus erat, nec Romanis ante annum urbis conditæ DCLXVI. Quis primus monstraverit, inter antiquarios non convenit. Dio ab Augusto primum in triumphali pompa traductum, ait: At Plinius, Cn. Pompejum ludis primum exhibuisse, tradidit. Ideò Solinus: Ante ludos Cn. Pompeii Romana spectacula, Rhinocerotem nescivisse, reliquit. Herbis & virgultis perquam spinosis vescitur, nam linguam habet asperrimam. De *Natura* hoc duntaxat constat, cum Elephantem inimicitias gerere, nec sævire in hominem nisi laceffitum. Dimicaturus, cornu ad saxa limato præparat se pugnæ: in dimicatione alvum maximè petens, quam scit esse molliorem, perruptoque carniæ ambitu exanguem facit: quòd si alvum contingendi copia non datur, contra ipse à proboscide & dentibus ictus, deficit, & opprimitur. Irritatus, inquit Bontius, hominem simul & equum, tanquam pulicem prosternit, quem deinde lambendo necat, dum asperitate linguæ, cute ac carne usque ad ossa hominem denudat. Sclopeto læsus, dum per sylvas fugit, quicquid obvium est, cum summo frogore ac horrore audientium prosternit, etiam satis crassas arbores. Historiam insignis ejus ferocitatis, vide apud eundem. Huc pertinet ex eodem & illud, quòd cæno mirificè gaudeat, nec prius etiam irritatus vindictam exerceat, quam catulo suo providebit. *Voce* fues imitatur. Grunnit enim. *Carnibus* vescuntur Mauri: quæ tam nervosa, ut dentes ferratos exigat. Cutis in vino macerata, à Zacuto, in malignis propinatur. Cornu veneno extinguendo quidam propinant: lautioribus apud Romanos pro gutto in balneis erat. In eo oleum asservabatur loturis idoneum. In *Genera* quædam distinguui, affirmare non ausim. Dicitur tamen in Africa deprehensus, magnitudine asini sylvestris, cornu bicubitali, pedibus cervinis, auribus equinis, caudâ bovinâ.

CAPUT III.

De Ruminantibus non Cornigeris.

ARTICULUS I.

De Camelo.

HActenus de ruminantibus Cornigeris actum est, sequuntur, non ruminantia, *Camelus* nempe, & *Camelopardalis*. *Camelus* vel ab Ebraico Gamal, quod Camolum significat; vel à κάμω laboro, quod sit animal ad labores dossuarios aptissimum: vel ab καμῆ humile & breve, quòd quando onerantur, ut humiliores fiant, accumbant: vel quasi κάμωστος curvus, quod media femora curvet, utpote juxta crurum altitudinem concisum ac decurtatum, ut Artemidorus ex Eveni sententia derivat, dicitur. Bisulcum est animal, sed ita, ut à posteriore parte ad secundam usque digitorum flexionem per bipartiatum. at anterior leviter bipartitus sit, ad primos usque eorundem nodos: fissurarum verò intervalla expleat quid, quale & anseribus. Peculiaris ipsis in dorso gibber, quo cætera animalia carent. Habent & infernè alterum superiori simile: quo reliquum fulcitur corpus, ubi genua summittet. Papillæ ei quaternæ, quot & vaccis. *Cauda*, asinina similis. *Genitale*, ponè idque tam nervosum, ut ex eo confici possit, quo arcus fidissimè intenduntur. In unoquoque crure genu unum: neque plures plicaturæ, ut Herodotus innuit: verum tot videntur, quòd alvo subducta sunt. Similis bubulo *talus*. *Clunes* pro corporis ratione exiguæ. *Fel* non discretum, sed venulis quibusdam confusum. Nulli in superiore maxilla priores *dentes*. Soli ex non cornigeris duo ventriculi, quòd spinosum ligneumque alimentum depascatur. Ideò & membrana oris interior, ex toto aspera est, & ea quæ ventribus obducitur, similiter. Medullæ & sevi apud authores quoque mentio. Reperiuntur in Africa & Asia, Bactrianos in primis & Arabas. Anaxagoras etiam in Jonia ad urbem Clazomeniam, agros suos gregibus & Camelis depascendos reliquit, ut ex Suida vertit Hieronymus Wolfius. Romæ superato ad Rhyndacum annem Mithridate, primum visos putavit Sallustius: at poterant bello Achaico & Asiatico videri. Ptolomæus Lagi Bactrianam totam nigram inter alia spectacula exhibuit. Delectantur spinoso ligneoque alimento; junco præsertim, cujus summitatem sæpenumero abrodunt. Sed nec hordeum purum vel cum sæno, vel gramen tenue & humile negligunt; sæpe & carduis contenti. Hodie Arabiæ deserta transmittentibus, hordeacea liba quinque quæ malum Cydonium magnitudine non superent, quotidie dantur.

Aldrovand. Hist. Bisulc. c. 34.

Descriptio. Aristot. Hist. A. l. c. 1. Scalig. c. 6.

Aristot. H. A. l. 5. c. 2.

Herodot. in Thalia.

Aristot. de partib. animal. l. 3. c. 14. Plin. H. N. l. 11. c. 37.

Locus.

Plutarch. in Lucullo.

Lucian. in Pro-metheo. *Cibus* Galen. Antid. l. 1. c. 14.

Varron. l. 1. c. 7.

Locis.

Dio Hist. l. 51.

Plin. H. N. l. 8. c. 20. Solin. Poly. hist. c. 30. Bontius l. c.

Venay

Solin. Polyhist. c. 62.

De Potu ita Solinus. Sitim etiam in quadri-
duum tolerant: verum cum occasio bibendi
data est, tantum implentur, quantum & fa-
tiet præterita desideria, & in futurum diem
profit. Lutulentas aquas captant, puras
refugiunt, denique nisi cænosior liquor fue-
rit, ipsi assidua proculcatione limum exci-
tant, ut turbetur. At recentiores, etiam in
duodecem imò in quindecim dies totos, si
fors ferat, abstinere potu solere scribunt:
imò oculatorum fide constat, in hara &
Biled Elgerid, nunquam bibere, quam diu
viride gramen, quod depascant, invenire
possint. De Generatione hoc habemus, à C.
Plinio prodi, aversum coire, ab Aristotele
non item. Hujus enim verba. Cameli seden-
te foeminâ coeunt, nec aversi, sed comple-
ctente mare ut cæteræ quadrupedes agunt,
& coitum toto die exercent. Petunt re-
cessum solitudines, cum libet coire, nec ali-
quis eò tuto accedere potest, præterquam
pastoramenti. De gestatione & partu, non
conveniunt auctores. Suidas, decem men-
ses gestare, undecimo parere, & anno inter-
missò rursus prurire scribit. Secundum Plin-
ium, duodecem mensibus ferunt, à trim-
tu pariunt vere, iterumque implentur à par-
tu Aristoteles verò, gestationi duodecem
duntaxat menses assignat, & semper unum
tantum modo parere, & quidem (κατὰ τὸν
μαμαλιπτόνα μῦθον) scribit. Alibi tamen de-
cem duntaxat mensium meminit, & ver-
nalis temporis. Tres in primis hostes habent,
Equum, Leonem & Tabanum. De equo Cyri-
historia testatur, qui immisissis contra Cresi
equitatum camelis, eundem dissipavit,
quod equi ne olfactum quidem camelorum
paterentur. A leonibus infestari, Ælianus
author est. A Tabanis ne infestentur, om-
nium piscium adipe Arabes eosdem inun-
gunt. Inter *Morbos* quibus vexantur, poda-
gra est & calvities. Illâ faciliè moriuntur:
hanc cum hominibus communem habere,
proditum authoribus. Rabie corripiuntur
genituræ cupidi, adeò ut injuriæ aliquando
illatæ memores, in obvios & ductores ad
internecionem usque defæviant. Quadra-
ginta diebus totis id fieri, quidam prodi-
dere. Affectionem describit Hieronymus.
In quibus, inquit, Camelum Bactrum enor-
mis magnitudinis, qui multos jam obtrive-
rat, triginta & eo amplius viri, distentum
solidissimis funibus, cum clamore adduxe-
runt. Sanguinei erant oculi, spumabat os,
volubilis lingua turgebat, & super omnem
terrorem, rugitus personabat immanis. De
Etate non convenit inter scriptores. Ari-
stoteles plusquam quinquaginta annis vive-
re scripsit. Solinus in centum durare, nisi
fortè translati in peregrina, insolentia mu-
tati aëris morbos trahant. Plinius quinqu-
genis annis, quosdam & centenis vivere pro-
didit; quod de Bactrianis ab Æliano su-

Generatio. Plin. H. N. l. 10. c. 63.

Aristot. H. A. l. 5. c. 2.

Arist. H. A. l. 5. c. 15.

Arist. H. A. l. 6. c. 26. Inimicitia.

Ælian. H. A. l. 17. c. 36.

Morbi. Aristot. H. A. l. 8. c. 22.

Hieronym. in vita Hilarionis.

Ætas. Aristot. H. A. l. 6. c. 16. Solin. Polyhist. c. 62. Plin. H. N. l. 8. c. 18. Ælian. H. A. l. 4. c. 55. Ingenium.

mitur. Ad *Ingenium & Mores* spectant, *vin-
dicta, Docilitas, & musices amor, verecundia,
pietas & quospietia*. Percussus aliquando,
iram reponit longo tempore, & ubi occasio-
nem nactus fuerit, malum retribuit. Ad
tympani sonitum choreas ducere edocetur.
Includitur, inquit *Leo Africanus*, junior ca-
melus, ubi pavementum præcalidum sit, ut
alternatim pedes attollat, dum calor urget,
idque frequentissimâ alternatione facit,
dum hunc dum illum pedem attollit pun-
gente calore, atque interim semper ad fores
tympanum percutitur. In schola hujusmo-
di scholasticus hic exercetur ad annum in-
tegrum, aut circiter. Ufu igitur confirmato
hâc diuturnitate, quotiescunque tympani
sonitum audierit, eadem pedum alterna-
tione, eodemque loco persistens, dum in-
sonet tympanum, choreæ ductum spectatori-
bus præ se fert. Musicâ delectari vel exinde
colligas, quòd fessus non verberibus sed
cantu ad progrediendum invitetur. In ma-
ritimâ tantâ est reverentiâ, ut eam nunquam
ineat; nec se, ut faciat, cogi patiatur. Oper-
tam cum aliquando violasset, admissorem
paulò post necavit. *Verecundiam* de genera-
tione exposuimus. *Pietatem* compassio ex-
primit. Totâ nocte manducant, quod si
aliquis in stabulo ægrotet, cibo abstinent.
Indi detexere. Cum celeritate
maximâ uti cupiunt, fætus Cameli per ali-
quot milliaria cum matre abducunt; illâ
abactâ, pullos relinquunt. Dum redeunt,
mater passus duplicat, quo citius pullis re-
stituatur. *Usum* in pluribus præstat. In *Me-
dicina*, caro provocat urinam. *Adeps* gibbi,
suffumigatus confert hæmorrhoidibus. *Cere-
brum* exsiccatum cum aceto epilepsiæ *Fel*
cum melle potum anginæ. *Sanguis* conce-
ptioni & præfocationi matricis, si post pur-
gationem menstruorum adhibeatur. *Lac*
ventrem lenit, valdè subtile & aquosum,
asthmatis confert, & desiderium cibi excitat.
Urina quæ fullonibus utilissima, quod apud
Plinum legimus, ad dentes quoque deal-
bandos & purgandos, vim habere credebatur.
Cauda arefacta, solvit anum. *Fimi* ci-
nere cum oleo misto crispatur capillus. I-
dem albus cum melle tritus tumores reprimi-
t, & vulnera mundat. *Seta* è cauda con-
tortæ & alligatæ sinistro brachio quartanis
medentur, si credere fas est. Invenit & in *cibis*
locum. Arabas novimus camelorum lacte
vesci. Carnes, teste Galeno, Alexandrinis in
usu. Heliogabalus aliquoties in cœnis exhibuit:
& calcanea, quia maximè tenera. Apici-
cii exemplo, comedit. Apud Judæos inter
vetitos cibos habebatur. Carnem & lac qui-
dam inter suavissima censent. Hoc, partui
vicinarum caseosæ & butyrosæ substantiæ
minus habet. In *bellis* adhibitos passim apud
Historicos habetur. Hinc armaturæ, qua
in expeditionibus muniuntur, nomina, de
qui-

Basil. He-
xam. ho-
mil. 8.

Leo Afri-
canus in
Africa.

Aristot.
in Mira-
bil.

Tzetzes
Chiliad.
12. c.
404.


Plin. H.
N. l. 28.
c. 8.

Apul. l.
Apol.

Galen.
l. de
lim. fa-
cult. c.
Lampri-
in Heli-
gab.



Camelo pardus seu Gierafra



Camelo -

pardalus

PLATE XXXX




Camelus Indicus
Kamel thier

Camelus Indicus
Indianisch Camel




Camelus Indicus
versicolor

Alius Camelus





Dromedary





Solin.
Polyhist.
c. 62.

Differen-
tiæ.

Aristot.
H. A. 1.
9. c. 50.

Solin.
Polyhist.
c. 62.

Ælian.
H. A. 1.
17. c. 34.
Purchaf.
Peregrin.
1. 6. c. 1.
f. 2.

quibus si DEUS voluerit in Philologicis. Itinera in Arabia, Ægypto, &c. vel hodiè absque camelis confici non possunt. Sunt & oneri ferendo accommodati, sed nec ultra justum pondera recipiunt. Sexcenta pondo communiter gestant, licet, si necessitas urgeat, mille ferre possint. Dum onerantur, aut onere levantur, in ventrem procumbunt, & ut sentiunt se æquale viribus suis impositum, exsurgunt, nec plus recipiunt. Africani molestias itineris non intermissi quinquaginta diebus totis haud ægrè sustinent. Species Camelorum apud veteres sunt variae. Sunt pingues, macri, rusci, albi. Dedit & cursus differentiam: *Dromedarii* enim & *Tromades* dicuntur, qui minoris quidem sunt staturæ, sed cursus perniciosissimi. Centum & amplius milliaria uno die peragere solere, Isidorus Hispalensis habet. Aristoteles equis Nisanis vel potius Nisæis præponit. Fœminas esse velocioras ab Achmete Seirimio & aliis observatum est. Præcipua differentia à regionibus sumitur. Sunt *Arabici*, *Bactriani* & *Caspici*. Illi, bina tubera in dorso habent. Unde *διτροχοι* & *διπυροχοι* dicuntur. Isti fortissimi habentur, & singula in tergo tubera, alterum verò in pectore, cui incumbant, gerunt. Hos, ad equorum maximorum magnitudinem accedere, Ælianus ait. Moderni de Differentiis Africanorum ita agunt, & in his *Samuel Purchasius*. Camelorum tres species habent. Prima vocatur *Hugium*, ingentis staturæ & roboris, pendo mille librarum ferens. Secunda minor, duplici in tergo tubere, oneribus ferendis & equitationi apta, *Becheti*, dicta, quam solam Asiatici agnoscunt. Tertiam vocant *Ragvabil*, macilentam & gracilem, ad sola itinera non accommodatam. Eam quippe inequant, conficitque uno die amplius quam centum passuum millia. Atque iis Rex Tombuti solet mittere Nuncios Segelmessum aut Darham, nongentis millibus passuum distantem, septemant ad summum octo diebus, sine ulla in itinere morâ aut requie.

ARTICULUS II.

De Camelopardale.

Aldrovand. H.
Bifulc. c.
35.

Varro 1.
4. L. L.

Solin.
Polyhist.
c. 43.

CAmelo pardalis, seu ut aliis placet paulo barbarè, Camelopardalus, à Camelo & Pardale nomen sortitus est. Corporis vastitie Camelum, macularum varietate Pardum imitatur. De cætero si Varroni attendimus, nomen hoc Alexandria, unde istud animal Romam erat adductum, venit. Multas autem sortitum est appellationes. Dicitur enim *Ovis fera*, quod in aviis regionibus degat, & ovi mansuetudine respondeat; *Nabis* apud Solinum; *Nabuna* Æthiopibus ut apud Plinium legitur; *Anabula* & *Saffarat*, Alberto M. quæ nomina ex aliis detorta esse judico; *Orasius* Majolo, sed falsò, cum

Vincentius Bellovacensis pulcherrimum animal esse scribat, Camelopardus verò sit deformis; modernis denique *Giraffa*, ex quo Saffarat corruptum est. Nec Aristoteles ejus meminit, nec Ælianus; Strabo verò & Agatharchides ex veteribus in diversa, in eo describendo abeunt. Hunc si sequimur, varietatem à Pardale habet, magnitudinem à Camelo, monstrosam crassitiem, collum adeò longum ut summis arboribus pabulum carpat. Apud illum legimus, nullâ re pardali similem, cutis varietate hinnulo simillimum. Addit, virgatis pilis distingui, posteriora humilia esse anterioribus, ut à cauda sedere videatur ad bovis altitudinem: verticem sublimiorem Camelo habere: ne feram quidem esse, sed pecus. Plinius collo similem facit equo, collo & cruribus bovi, capite camelo, albis maculis rutilum colorem distinguuntibus. Dio partes posteriores humiliores habere scribit. Heliodorus tenuem cervicem, de reliqua corporis mole in olorum collum se tendere, ait. Inter recentiores exquisitissimè Bellonius & quidem oculatus testis descripsit. Giraffam, inquit, Græci & Latini vocant Camelopardalem. Vidi in urbe Cairo tres, duo cornicula ex fronte eminebant circiter sex digitos, in fronte media tuberculum existerat, velut tertium cornu, altum circiter duas digitos, collum longum septem pedes, cum caput extollit, sedecem pedes à terra effert. Illius longitudo à cauda ad capitis verticem est duodeviginti pedum: tibiæ tam altæ posteriores, quàm priores at femora anteriora longè altiora posterioribus. Nimirum, dorsum à cauda ad summum verticem capitis, velut scala, velutque tectum carinatum attollitur. Totum corpus grandibus maculis distinguitur coloris cervini, obquadratis, sed in collo, magisque in corpore quoquo versus latis circiter dodrantem, at clausula macularum alba digito latior. Itaque totum corpus reticulatum est: neque tamen ut Pardalis maculas habet rotundas, sed aut obquadratas, aut rotundas. Pes est bifidus ut bubulus, labrum superum longè eminet infra inferum, Cauda tenuis & exigua, acumine pilosa. Jubam habet ut equus, à dorso ad capitis verticem. In gradiendo claudicare videtur, nunc dextris nunc sinistris, non modo cruribus sed etiam lateribus, cum ex terra aut potum aut cibum necesse haberet, crura latissimè distendebat priora. Nonnisi enim latè diductis, longèque diu arcuatis tibiis, cibum exterra capere potest. Addendum ex Josaphati Barbari Veneti itinerario, Linguam duos pedes longam, suboscure quasi violacei coloris, teretem sicut anguillis, habere: hâc ramos, frondes, herbasque capere, mira celeritate in ostrahendo, ut vix ab attento spectatore videatur. Purchasius ex Fernando Jesuita, tam vastum animal esse

Strabo
Geogr.
1. 16.
Agatharch.
apud Phot.
in Bibliotheca.
Descriptio.

Plin. H.
N. 1. 8. c.
18.

Dio Hist.
1. 43.

Bellon.
observ. 6.
9.

scribit, ut eques rectus sub ejus dorso transire possit. *Reperitur* in Africa, apud Troglodytas, ut ex Strabone habemus, & Æthiopia. Romanis omnium primus ludis suis exhibuit Cæsar Dictator: postea Gordianus decem exhibuit, Aurelianus aliquot in triumpho duxit. Leoni Imperatori oblatum est ab Æthiopicis; Frederico à Sultano Babylonio; Laurentio Mediceo ab alio Sultano. Tractu motuque tam facilem hanc feram Heliodorus producit, ut eam quo velit, tenui capistro vertici devincto, veluti fortissimo vinculo, magister perducatur. Judæis prohibita est in cibis. Unde fortè frequentiore olim in Judæa fuisse colligas.

CAPUT IV.

De Quadrupedibus non ruminantibus.

ARTICULUS I.

De Sue.

Quinque in descriptione Suis occurrunt nomina, videlicet, *Sus, Porcus, Scropha, Verres, & Majalis*. *Sus* Græcis est *ὄνος*, nomen & Apro commune, unde Latinum fluxisse videtur. Olim, ut verbis Varronis utar, dicebatur *Thysus* dicta, ab illo verbo quod dicunt *θύειν*, quod est immolare. Ab suillo enim genere pecoris immolandi initium primum sumptum videtur; cujus vestigia, quod initiis Cereris porci immolantur, & quod initiis pacis foedus cum feritur, porcus occiditur; & quod nuptiarum initio, antiqui Reges ac sublimes viri in Hetruria in conjunctione nuptiali, novus maritus & nova nupta primum porcum immolant. Prisci quoque Latini & etiam Græci in Italia idem fecisse videntur. Nam & nostræ mulieres, addit idem, maximè nutrices, naturam quâ fœminæ sunt, appellant porcum, & Græcè *χοίρον*, significantes esse dignum insigni nuptiarum. *Porcus* Isidoro quasi spurcus dicitur, quod se cæno & limo illinat, immergat & ingurgitet. Varronis locus, in quo dicitur, Porcus quod Sabini dicunt de Aprino Porco Poridus; inde Porcus nisi à Græcis, quod Athenis in libris sacrorum scriptum est, *ὄνος* & *ὄνικος*, difficilis nimis est. Videtur tamen esse Græcum antiquum, sed obscuratum, quod nunc eum vocant *χοίρον*. *Scropha* originis est incertæ. Quidam ex sono fictum nomen ajunt. Græcis est *σχορπία* & *σχορπία*. Significat suem quæ sæpius peperit, & aliquando pro ipsa porca peculiariter sumitur. *Verres*, dicitur porcos non castratus & mansuetus. Marcellus sylvaticum pro apro dixit. *Majalis* est verres seu porcus castratus, ut inter equos canterius, inter gallos gallinaceos, capus. *Hybridæ* antiqui vocabant sues semiferos, id est, ex domestico & fero pro-

genitos. *Descriptione* notissimi animalis est opus non videatur, paucis tamen singularia quæque attingemus, (& quidem per fatu-ram.) *Ossibus* itaque parum medullæ inest. *Pili*, qui quod rigidiores & erecti, *setæ* dicuntur, crassiores sunt quàm in bubus & elephantis: apud nos ferè ruffi, in Gallia & Italia nigri, in Provincia, quod si benè à nobis observatum plerumque versicolores, qui in cervice rigent, *χοίριον* vocamus. *Pinguedo* inter cutem & musculos collecta, *Lardum* dicitur: axungia verò, adeps suillus inveteratus, aut cum sale, aut syncerus. *Cerebrum* pinguiusculum est, & magis minuitur lunâ decrescente quàm ulli animali. *Oculi* cavi profundique, ut sine vitæ periculo eximi non possint; quare vel altero tantum privati extinguuntur. *Supercilia* nasum versus dorsum nutant, ad tempora verò retrahuntur. *Nasi* pars extrema crassa est, *frons* angusta, *labra* lata. *Os* totum valdè porrigitur, & ut facilius infodiat, latum est. *Rostrum* dicitur, & cutem in eo, callum Grammatici vocant. *Dentes* fœminis pauciores sunt quàm maribus, nec unquam decidunt. *Corium* circa cervicem durius, *κολλοσα* vocant. *Corda* in articulatione habent sues. In *auriculis* invenitur humor quidam felli similis, minus tamen liquidus, sed densitate sua humori splenis similis. *Ventriculus* amplus est flexuosusque, ut diutius concoquat, cum levibus & paucioribus crustis. In *jecinore* lapilli candidi inveniuntur. Caro exos infra umbilicum *spectile* dicitur. Plures habent fœminæ *Mammæ* toto ventre duplici ordine, quod numeroso fœcunda sint partu generosæ duodenas, vulgares binis minus. *Uterum* *genitale* eâ continent parte, quâ pecoris ubera habentur: & cum per libidinem turgent ac pruriunt ad coitum, fursum tantisper hoc retrahunt, vertuntque foras, ut inde mari coitus sit facilius. Rescissum id longè productius, & dehiscens amplius est. *Apria* vulvæ inter femina adhæret, quâ maribus testes maximè continentur. *Caudam* intorquent, & talo probiore carent, inter solipedes & bifidos ambigui. Sine *Liene* putantur inveniri, qui vel ex tamariscinis alveis bibere, vel radicem splenii comedere. *Costas* iisdem denas apud Plinium legimus. Sed de interioribus suis ita Severinus. In sue asperæ arteriæ circuli cartilaginei obliquè descendentes. Verùm cum primus circulus, qui latissimus est omnium, sit paulò minor, quam transversus, cæteri verò inferiores sint obliqui, necessario inter hos, & primum erat intercapedo, quæ ut compleretur, posuit natura quartam circuli partem, quâ respicit posteriora latiore; quâ vero in anteriora desinit, auctam. Aliud est notandum ab his non dissimile: In circulis paulo inferioribus, quam sint medii, fecit natura duos semisfectos, qui sibi parte acutiore invicem occurrunt; cujus varietatis usus adhuc ignotus.

In

Descriptio.

Plin. H. N. l. 11. c. 37. Arist. H. A. l. 2. c. 1. Arist. l. 3. de partib. c. 4.

Aristot. H. A. l. 6. c. 18.

Zootom. Democrit. p. 299.

Locus.

Solin. Polyhist. c. 43.

Suidas.

Nomen.

Varro R. l. 1. c. 4.

Isidor. l. 12. c. 1.

In intestinis tenuibus ileo quippe, parte externa tubercula quædam visa duriuscula feminis lentis magnitudine & figurâ, quæ, me trahente, secuti sunt ab interna parte lumbrici duo; alter longitudine palmi; alter longitudine digiti. Uterque cavus, & plenus succo albo veluti chylo aut colostro: formam autem referebant ambo veri lumbrici terrestres. Disce igitur sic hæere lumbricos humanis intestinis. Illa autem durities nodosa, in quam insertum erat os lumbrici, facta est, puto, ab ulcere & morsu lumbrici. Cuticula in sue concolor est pilis albis nigris, &c. De utero verò suis à se secto, ita scribit. Præterea quæ scribit Sylvius, in extremis cornubus appendices quædam membranæ exungues, in quibus, ut apparet, reservantur fecum & urinæ recrementa. Vena umbilicalis bifida, cum appropinquat utero; umbilicalia vasa primo sub alam sinistram tendentia, mox cervicem transversim amplectentia, revolvuntur extrinsecus ad brachium dextrum. In fætu verò ipso circiter menstruo omnia ferè viscera interna conspicua. *Hepar*, ventriculus, intestina, lien, renes, diaphragma, *cor*, *pulmo*. *Cor* albidum, *pulmo* concolor hepatis, *hepar* rubrum opacum, renes magni, pro ratione venæ apparentis per rectos pedes anteriores; posteriores, sed magis per posteriores. Item jugulares etiam illæ, quæ ad caput ascendunt, labdæ quasi figuram facientes. In porcello vero perfecto detecto thorace per transversas duas sectiones, primùm intueris nervulos duos, qui jugulum perforantes & pericardio adhærescentes recta per cordis latera descendunt ad diaphragma, cujus circulo nerveo inseruntur per duos ramulos aut tres, hinc transit alius ramus ad ventriculos superius. Vides hic conspicue divaricationem venæ axillaristhymicæ. *Auricula cordis* intus cavæ, divulsæ à corde parte anteriore, conjunctæ posteriore. Processus *urachi* à fundo vesicæ post latos digitos duos inseritur in arterias. In fine *penis* glandula rotunda: In *cervice vesicæ*, glandulæ duæ, ad hanc committuntur vasa ejaculatoria, quæ, ut apparet, ad prostatas, alias glandulas, mediis venis deferuntur, & hinc ad exortum penis. In *ventriculo* & intestinis succus viscidus colore in ventriculo, ut ovi album, in intestinis vero, ut mel dilutius. Vena sine pari in medio spinæ ad costas singulas utrinque mittens ramusculos. Ubique ferè in nostris regionibus invenitur. Strabo Galliam togatam suis ita abundare suo tempore scripsit, ut & porcorum gregibus qui ibi alebantur, Roma aleretur; ex Lugdunensi verò Gallia, optima salsamenta eò apportarentur. Sed & Syracusæ proverbium ob bonitatem meruere. *Casus Siculus*, à *Syraculis* suis. Solinus nullos in Arabia haberi prodidit, nullos in India Ælianus, ita

ut ne nasci quidem, illatos exspirare putent. At in terra Australi, nihil esse quadrupedum, quæ in nostro orbe inveniuntur, præter bubalos, vaccas, capros, & porcos. Hesselius Gerardus in descriptione terræ Australis reliquit. Quantum ad *Cibum*, videntur suis esse quasi *πάματα*. Vescuntur ex plantis & earum fructibus, radicibus, glandibus, castaneis, dactylis, vinaceis, cytiso, bulbis, rapunculi sylvatici radice, cicuta, cicere, hordeo, tritico, furfure, & aliis. Glans fagea suam hilarem facit, carnem costibilem ac levem & utilem stomacho: iligna suam angustam, nitidam, strigosam, ponderosam: querna, diffusam, & gravissimam. Proximam huic cerream Nigidius facit, nec ex alia solidiorem carnem, sed duram. Iligna tentantur, nisi paulatim detur. Fungosa caro fit, esculo, robore, subere. Haliphlæi glandem attingunt quidem, sed non nisi, cum aliud pabulum non suppetit. De Castaneis, postquam præstantiora genera recensisset, ita subdit Plinius: Cæteræ suum pabulo gignuntur, scrupulosæ corticis intra nucleos quoque ruminant. Dactylis in Ægypto, Cypro, Syria, & Seleucia Assyriæ faginantur. Fraxini quoque fructu pinguescunt. Cytisus aridus ab Aristomacho Atheniensi miris laudibus deprædicatur. Bulbi illud genus in Bavaria ideò suillum dicitur. Rapunculus verò ille sylvaticus, violarum folia habet, acutiora, radicem candidam, dulcem, non sine lacte. Hyosciamo sumpto insaniunt. Ad viridia pabula haud sine noxa deducuntur. Nec carnibus abstinent. Occisorum à latronibus corpora in sylvis devorasse, exemplis probari posset. Propriis fætibus non parcere, nec à gallinis aut anseribus hyeme imprimis, abstinere, experientia me docuit. Effodiunt & lumbricos; limacibus quoque & testudinibus nemoralibus pascuntur. Pinguescunt sexaginta diebus, sed magis tridui inediâ faginatione orsa. Fico, caricâ faginare, & à fatietate necare, inventum Apicii fuit. Angli per integrum annum faginant, cujus pingue solidius & lautius fieri voluerint. Cæterum usque adeò sus pinguescere solet, ut se ipsa stans sustinere non possit, neque progredi usquam. Itaque eas si quis quo trahere velit in plaustrum imponit. In Hispania ulteriore in Lusitania cum sus esset occisus, Atrilius Hispaniensis minimè mendax, & multarum rerum peritus, in doctrina dicebat, Lucio Volumnio Senatori missam offulam cum duabus costis, quæ penderet III. & XX. pondo, ejusque suis à cute ad os, pedem & III. digitos fuisse. In Arcadia spectavit Varro suam, quæ pro pinguitudine carnis, non modò surgere non posset, sed etiam, ut in ejus corpore forex exesa carne nidum fecisset, & peperisset mures. Idem Basileæ accidisse, Gesnerus, prout accepit, prodidit.

Cibus.

Plin. H. N. l. 16. c. 6.

Colu- mella R. R. l. 7. c. 9. & 10.

Plin. H. N. l. 8. c. 51.

Varro R. R. l. Plin. H. N. l. 11. c. 37.

Sitis

Locus.

Strabo Geogr. l. 5.

Sitis ipsi per æstatem infesta, sed turbidâ aquâ pinguescit; vinaceis verò colluviei immistis, inebriatur. De *Generatione* ita breviter Plinius, Suilli pecoris admissurâ, à Favonio ad æquinoctium vernum, ætatis octavo mense, quibusdam in locis etiam quarto, usque ad septimum annum, in aliis erat ad octavum annum. Partus bis in anno. Tempus utero quatuor mensium: numerus fœcunditati ad vicanos, sed educare tam multos nequeunt. Diebus decem circa brumam, statim dentatos nasci, Nigidius tradit. Implentur uno coitu, qui & geminatur propter facilitatem abortiendi. Remedium, ne primâ subactione, neque ante flaccidas aures coitus fiat. Mares non ultra trimatum generant. Fœminæ senectute fessæ, cubantes coeunt. His adde Luna de crescente coire, ut Plutarchus prodidit. Verrem unicum vel decem subus implendis sufficere: subantis verò voce auditâ, nisi admittatur, cibum non capere: propter copiosum humorem multum ac diu coire: initum maturinum appetere, fœminas, post meridiem blandiri: & si pinguet, omnibus anni temporibus, interdium & noctu, inire posse. Idem antequam sit anniculus prolem vitiosam generat: at fœmina annicula quidem parit, sed mense Februario iniri debet: ubi decimum quintum annum nacta est efferatur, nisi fortè benè nutriatur. Subans verò in tantum etiam efferatur, ut hominem laceret, candidâ inprimis veste indutum. Rabies ea mitigatur aceto naturæ asperso: nec, prægnans venerem arcet. Eandem tantum coitu spumam fundere diligentiores observarunt. Quantum ad *Partum*, apud nos sedecem parere audio, inquit Gesnerus, sed rarò: sæpe octonos vel denos. Paucissima, prima partione edere, vigere secunda, nec senescentem copiâ fœtus defici, quanquam lentius coeat, Aristoteles author est. Aliis placet, tot parere debere porcos, quot mammas habet. Fœcundior tamen putatur alba. Fœtus qui in utero læsus minutusque fuerit, *Metacherum* dicitur, quasi Posthumum voces. Polux cordos & parvos porcos *μεταχόρρα* appellat. Hyeme editi, fiunt exiles, & infelicissimè nutriuntur. Helvetii Martio natos præferunt. In calidioribus regionibus melior est hyemalis quàm æstivus. Cum scrofa peperit, primas mammas, primo qui editus fuit porco præbet. Ex sunt faucibus proximæ, & plurimum lactis habent. Suam quoque quisque novit in fœtu quo genitus est ordine, eaque alitur, nec alia. Detracto illa alumno suo, sterilefcit illico ac resilit. Uno vero ex omni turba relicto, sola munifex, quæ genito erat attributa, descendit. Si gravidæ glandem copiosius ederint, abortum faciunt. *Antipathiam* gerunt fues cum *Elephantis*, *Lupis*, *Salamandris*, *Un-*

guento amaracino, *mustela*, *hyoscyamo*, *scorpionibus*, *equis*, & *novellis segetibus*. Elephas grunnitum eorum ferre non potest. Lupus *ovibus* seu compascuos aggredi non audet ob vocem. Salamandras absque periculo devorant. Amaracinum unguentum ipsis venenum est. De Mustelæ discordia apud Plinium legimus. Hyoscyamo enecantur. In Scythia & Scorpionibus unico ictu exanimantur. Equo, teter odor, turpis grunnitus, fœdus halitus, infensa. Cum dentes nunquam amittat, debiles tamen & totâ vitâ infirmi redduntur, post gustatas segetes novellas; naturâ penè indomitam obscæni pecoris ingluviem sic plectente, quando aliter reprimi non potest. De *Ætate* hoc habet Plinius, oculo amisso putari cibo extingui, alioquin vita ad quindecim annos, quibusdam ad vicanos. Inter *Morbos*, quibus fues laborant, est præcipuè *χάναζα*, seu grando, quæ in viventibus latet, in dissectis apparet: nec ulla ferè est, quæ non grandinis tria ad minimum grana habeat. Subjectæ inprimis huic, quibus crura, collum & armi carne humidior constant. Cognoscuntur, quod in inferiore linguæ parte hæreant, & si setam dorso evellass, cruorem pili inversi radices exhibeant. Cum à magno fervore in frigidam incumbunt, præsertim si non statim pergere cogantur, membris omnibus convelluntur. Infestantur & à pediculis; & ætate, nisi frequenter excitentur, lethargo captæ dormiunt. Corripiuntur & raucedine, anginâ, strumis, & alvi profluvio. Nisi affatim biberint, pulmonariæ evadunt. Ad *Ingenium* pertinet, quod de *brutalitate*, *spurcitie*, *immensa libidine*, & *voracitate* dicitur. Maxime certè brutum est, animamque ei pro sale datam, haud illepidè existimabatur. Volutari in luto est eorum requies, ut lavatio hominis. Loca in quibus se volvunt, volutabra dicuntur. De *Ardore in venerem*, superius diximus. Gryllus tamen, apud Plutarchum singularem in eadem modestiam & continentiam probat. Non hic, inquit, ut inter homines, fœminæ simulatione ludunt, aut libidini, fraudes, præstigias, denegationesque prætexere solent: neque mares, stimulo & luxuria agitati, mercede, labore, aut obsequiis coitum redimunt, sed doli expertem & tempestivam sectantur venerem, quæ stato anni tempore, cupiditatem animalium, velut germen quoddam excitans, illicò restinguit. De *voracitate* etiam superius aliquid attactum. Ne cadaveribus quidem sui generis abstinet. Inextinguibilis hæc vorandi aviditas, Laphygemus dicitur, ut Cælius Rhodiginus observavit. Huc *vocum humanarum* intellectus pertinet. Compertum agnitam Suarli, furto abactis, mersoque navigio, reclamatione unius lateris, remeasse. *Vox* ipsis est Grun-

Generatio.
Plin. H.
N. 1. 8. c.
51. Aristot.
H. A. 1. 2. c.
1. & 1. 5.
c. 14. 1.
6. c. 18.

Plutarch.
de Iside
& Ofiride.
Plin.
1. c.

Columella R.
R. 1. 7. c.
9.

Plin. H.
N. 1. 8. c.
51.

Aristot.
H. A. 1.
5. c. 14.

Plin. H.
N. 1. c.

Antipathia.

Phile in
Carm.

Ælian. H.
A. 1. 9. c.
28. Plin.
H. N. 1.
10. c. 74.
Aristot.
H. A. 1.
8. c. 29.

Ætas.
Plin. H.
N. 1. 8. c.
51.

Plin. H.
N. 1. 8. c.
51.

Rhodig.
Lect. 1. 25.
c. 26.

Plin. l. c. Grunnius. De *Ufu in Cibo*, verum fateamur necesse, quod Plinius dicit, neque alio ex animali numerosiorem materiam ganeæ, quinquaginta propè sapes cum cæteris singulos. Nota apud Livium de Chalcidensi hospite historia, qui varietatem exquisitam ciborum, & speciem ferinæ carnis, ex mansueto sue produxerat. Heroico ævo in precio fuisse apud Homerum inveniēs, vescabanturque macilentâ servi, pinguior Dominorum usibus cedebat. Solennitas quoque Saturnalium, non alio pœnè cibo, certe non lautiore, transigebatur, ut observavit Lipsius eoque itum luxuriæ, ut & integri, iique farti, unde Porcorum hortulanorum & Trojanorum nomina, apponerentur. Taceo, ita artificiosè apparasse, aut ab altera parte esset *σαλιε* & *κραμβάλε*, assatus & probè tostus; ex altera verò jurulentus, utpote ex aqua coctus; ita etiam jugulatus, ut *ασφαλιε* videretur, quod apud Athenæum videre est. Porcelli tamen maximè in deliciis, quos *δελφάκις* & *δελφονία* Græci vocabant. Reperiuntur verò etiam, qui suilla in totum abstinent, Judæi nempe, quibus lege prohibita est; Arabes, quod apud Solinum legimus; Muhamedani, qui ex porci naribus murem *παταίη* fabulantur; Mauri, Tartari, ut & olim, prodente Pausania, Pessinuntii. Cæterum si de temperamento & quomodo se ad sanitatem humanam caro suis habeat quæras, Delphacum qui & *λακτιδόνια* dicuntur, humida est, & superfluitatum abundans, nec boni succi. Suilla Simeoni Sethi boni succi & facilis concoctionis, propter similitudinem quam cum humano corpore habet, magisque quam alia cibaria alit. Hoc postremum & Galenus quidem concedit, athletarum exemplo fretus: sed addit, bubulas in tantum lentore antecedere, in quantum bubulæ suillas crassitie vincunt. Alibi tamen expeditibus probatissimum cibum suppeditare ait; quod & apud Hippocratem inveniēs. Idem porcinas pravas esse ait. Suavissima suis mediæ ætatis; juniorum, si diu in ventriculo retineatur, corrumpi solet. Athenæus ex Sicilia tanquam præcipuas laudat. Apicius variè porcellos præparabat. Unde farfiliis, liquaminati, assi, Vitelliani, Flacciani, laureati, Frontoniani, Oenogerati, Celsiniani, tragani, & cæterorum nomina. *Iecur* omnibus præfertur, si quis animal aridâ sicu paverit, ut apud Aëtium extat. Habitæ tamen & aliæ partes in pretio apud veteres, collum nempe, glandium, vulva ejectionis inprimis post porcaria, lardum, perna, petaso, testiculi, sincipita, Omasum, & cæteræ. Inter pernas laudabantur, Asiaticæ, Lyciæ, Cerretanæ, Italicæ, nunc Britannicæ, Westphalicæ, Moguntinæ, Ruthenicæ. Ex carne & aliis fiunt, Isicia, prosecta, lucanicæ, falisci, fundali, farcimina, hotelli, apexabones, tomacula, offa,

hira seu hila, affatum, ruceta, sartutilli & alia, quæ alibi Deo volente explicabimus. *Usum medicum* quod spectat, accuratissimè iste à Gesnero describitur. *Carnium decoctum* opiculatur contra Buprestim. *Sanguine* porci calido benè verrucæ inunguntur: ubera verò suis sanguine circumlita, minus crescere, Plinius author est. *Axungia* porcelli masculi lactentis castrati, illa maxime quæ in ventre intra carnem circa peritonæum, ad unguenta paranda à pharmacopæis adhibetur, à Medicis ad emolliendum, discutendum &c. Fracta ossa lardum elixum atque circumligatum mira celeritate solidat. Panis illinitur cum calce. Cum genista tusa genua dolentia sanat. Cum vino falso contra hystericam bibitur, pecoribus quoque optimè auxiliatur. *Iecur*, cum vino sumptum venenatorum moribus medetur, assum alvum fistit. *Vesica* urinam ciet, si terram non attigerit, pubi imposita. Verrina usta in potu feliciter contra mictionem involuntariam exhibetur. *Testiculi* inveterati, & in suis lacte triti contra comitalem morbum dantur. *Perna* scrofinæ os amplissimum combustum, gingivas siccatur & adstringit. *Talus* combustus, donec nigro albescat, & potus doloribus coli succurrit. *Lac* temporibus inunctum vigilias compefcit. *Succerda* in farinam redacta, ruptis, ex aceto salutaris est. Plura vide in Gesnero. De *Differentiis*, hoc duntaxat occurrit, alium esse *sylvestrem*, de quo nunc agemus, alium *Domesticum*, de quo jam dicta accipi debent. Moderni scriptores *Guincensium* & *fluviatilium* mentionem faciunt, quibus adjungi potest *Tapierete* congener sui animal. *Guincensis*, & è Guinea in Brasiliam translatus, figurâ ut nostrates & ruffi coloris: in hoc autem differt à nostratibus, quod *caput* habeat non ita elatum: *aures* autem longas, & acutas planè & prolongatis acuminibus, *caudam* longam usque ad talos propendentem, pilorum expertem. Totum corpus tegitur *pilis* brevibus ruffis splendidibus, non seris, quibus & in dorso caret, sed tantum versus caudam in dorso & circa collum paulo longiores habet pilos. Planè *cicur*. *Porcus fluviatilis*, Brasiliensibus Capy-bara, figuram penè porcorum habet, magnitudine exæquat porcum annum vel bimum nostratem. Longitudo corporis à capite ad anum circiter duorum pedum, crassities ventris ses quipedis. Caret *cauda*. *Pedes* quatuor porcini: anteriores quatuor unguis, posteriores tribus præditos. Estque in anterioribus *ungula* media longissima, duæ breviores, quarta minima: in posterioribus media longior & duæ minores: habet & callum ad suffraginem usque. *Capitis* longitudo decem digitorum, & crassities totidem ferè: habetque crassum & improporionatum caput, & os longissimum ac crassum: oculos magnos, nigros, aures parvas, subrotundas.

Ufus in Medicina. Galen de Antidot. l. 2.

Plin. H. N. l. 28. c. 9.

Differentia.

Marcgrav. Hist. Brasiliens. l. 6. c. 7.

Livius Dec. 4. 1. 5.

Lipsius in Saturnal. lib. Macrobi. Saturn. l. 3.

Athen. Dipnos. l. 9.

Solin. c. 46.

Galen. de Alim. facult.

Hippocrat. de rat. vict. in acut. Athen. l. 22.



Inferior *maxilla* brevior superiori; contineturque in utraque antèrius duos *dentes* incurvatos, qui ad sesquidigitum prominent extra alveolos suos, & ad duos ferè digitos sunt inserti; sed non eminent extra os, sed ut in leporibus intus continentur. *Dentes* reliqui mirandi sunt: constat totus ordo in qualibet maxilla octo ossibus, in quolibet nimirum latere quatuor: & quodlibet os tres dentes inseparabiles repræsentat: ut ita sint in qualibet maxilla dentes viginti & quatuor, & in totum quadraginta octo: sunt autem omnes in extremitatibus plani. Comedunt gramen & fructus varios. Caro comeditur, licet non bene sapiat, melior ossa, caput inprimis. *Tapiérete* Brasiliensibus, Lusitanis *Anta*, animal quadrupes, magnitudine juveni semestris: figura corporis quodammodo ad porcum accedens, *capite* etiam tali, verum crassiori, oblongo, superius in acumen desinente, promuscide super os præminente, quam validissimo nervo contrahere & extendere potest: in promuscide autem sunt fissuræ oblongæ. Inferior *oris* pars brevior est superiore, maxillæ ambæ antèrius fastigiatae, & in qualibet decem *dentes* incisori superne & inferne; hinc per certum spacium, utraque maxilla caret dentibus, sequuntur de in molares, grandes omnes in quolibet latere quinque, ita ut habeat viginti molares & viginti incisores. *Oculos* habet parvos porcinos: *aures* obtundas majusculas, quas versus anteriora furrigit: *crura* vix longiora porcinis, at crassiuscula: in anterioribus pedibus quatuor *ungulas*, in posterioribus tres; media inter eas major est in omnibus pedibus; in prioribus pedibus, tribus quarta parvula exterius est adjuncta: sunt autem ungulæ nigricantes non solidæ sed cavæ, & quæ detrahi possunt. caret *cauda* & ejus loco processum habet nudum pilis, conicum, parvum, more Cutian. Mas *membrum genitale* longe exferere potest instar Cercopitheci. Incedit dorso incurvato ut Capybara. *Cutem* solidam habet instar Alcis, pilos breves. Color *pilorum* in junioribus est umbræ lucidæ, maculis variegatus albicantibus ut capreolus: in adultis fuscus sive nigricans sine maculis. Animal interdum *dormit* in opacis sylvis latitans; noctu aut mane egreditur pabuli causa. Optime potest natate. Vescitur gramine, arundine Saccharifera, brassica, &c. Caro ejus comeditur, sed ingrati saporis est.

ARTICULUS II.

De Apro.

APri nomen feris suis duntaxat competit, cum sus tam de feris quàm de domesticis dicatur. Sextus tamen, aprum a-

grestem nominat, quasi verres etiam, id est, sus cicut mas, eodem nomine nuncupari possit. Græci vocant *καπρίον*, Poëtæ inprimis, quod vocabulum rei rusticæ scriptores de verre intelligunt, & *σάκρον*, *χλόιν* verò quibusdam est *έλιπιδας*, id est, exfectus eunuchusque aper; (atterunt arbori aut faxo testiculos) Homero *μόνορχος*; aliis sus in agris libere pascens, quasi *χλόιν* ut Varinus habet, id est, in herbis fanove dormiens; quibusdam, magnitudine viscenda aper. Aristophanes *μύσος* cum chlone eundem facit; alii & verius epitheton feri scribunt, quòd cum aliis minimè aggregetur. Colore sunt ferè nigro, vel spadiceo nigricante. Plinius, pilum æreo similem agrestibus dixit. Albos tamen se vidisse, scribit Pausanias. *Oculos* gerunt iracundis similes, & apertis palpebris patulos. *Dentes* habent magnos & recurvos, ad incidendum aptos, albos, hinc *απρίδους*. Homero, acutos valdè, hinc Sidonio *sica*, quòd ficarum more resqtas libet violent. In his hoc est mirabile, quòd vivente bestia possunt idem quòd ferum, mortuæ verò detracti, vim incisionis amisisse credantur, ut liber de natura rerum prodit. Audio exertos aliquando ita excrecere, ut circulum ferè absolvant toti in se reflexi. In India cubitales dentium flexus gemini ex rostro. Cum ad terram canibus & hastis debellatus procubuit, dentem inflammato anhelitu ita ignescere ajunt, inquit Gylius, ut si quis de cervice fetam detractam, ad ejusdem etiamnum, spirantis dentem admovent, candens in orbem contrahatur ac aduratur: ac si eo dente canes insectantes attigerit, statim ignita vestigia pelli ipsorum imprimat. Hinc dentes aprorum *απρίδας* cognominavit Oppianus. Os habent ad modum scuti, quod venabulis & machæræ opponunt. *Fel* nullum. *Sanguinem* qui fibris refertus non est. Nulli sunt in Creta, si Plinio credimus: nulli in Africa, si huic & aliis: idem de India Cresias prodit. At apud Theophrastum legimus, in Ægypto (in Nilo) insulas magnas coagmentari, fuesque permultos in eis nasci. In Macedonia mutos esse Ælianus prodidit. Hispani in quadam novi orbis parte invenerunt nostris minores, caudis brevissimis, adeo ut abscissas fuisse arbitrarentur; pedibus etiam dissimiles, posteriores quippe ajunt pedes in his apris uno digito non unguato constare, carnibus multo quàm nostrorum tum suavioribus tum salubrioribus. Scilicet, palmata ibi propè littus multa erant, inter quæ & palustres ulvas, magna aprorum multitudo libera vagabatur. Lycotas rusticus in Bucolicis Calphurnii, refert se vidisse Romæ in spectaculo, niveos lepores, & non sine cornibus apris. *Cibus* apris non alius quàm cicutati porci, glandes, poma, hordeum, herbæ, radices, & alia.

Plutarch.
de causis
natur.
quæst. 12.Descri-
ptio.Pausanias
in Arca-
dicis.Oppian.
de venat.


Locus.

Theophr.
H. P. l. 4.
c. 13.Ælian.
H. A. l.
17. c. 10.
Plin. H.
N. l. 11.
c. 51.Petrus
Martyr.
Decade
Ocean. l.
2.

Cibus.


Vorres

Eber



Aper

Wild Schwein



Scrofa


Mock








Porcus pumilo Taxus porcing



Aper Wild Schwein





Ælian. H. A. 1. 17. c. 31.
Tragus Hist. plant. T. I. c. 20.
Generatio.
Aristot. H. A. 1. 6. c. 28.
Plin. H. N. 1. 6. c. 34.
Plin. H. N. 1. 8. c. 27.
Varro R. R. 1. 3. c. 14.
Ufus.

alia. Lumbricos etiam rostro effossos comedit. Ficus aridas supra modum appetere, ex Æliano discimus, Minus tamen immoratur foetidis quàm domesticus. Inveniuntur aliquando inter filicum folia, quæ ipsi sibi collegerunt aut substraverunt. Genus verò quoddam farris, quo Germani circa Alfatiam vescuntur, acutis armatum ariftis, non attingunt, propter aristarum acutiem, ut Tragus prodidit. De *Generazione* hoc habemus, in venerem dum inflamman- tur, cervicis setis sic inhorrescere, ut cristæ galearum esse videantur. Spumas fundunt ab ore, magno dentium fridore concrepant, & effervescentem spiritum anhelant. Admissi mares, bilem deponunt, rejecti, vel vi subigunt, vel opprimunt. Principio hyemis coeunt, vere pariunt, petentes maximè invia, prærupta, angusta & opaca. Mas cum foeminis conversari dies triginta solet. Numerus partus, & tempus ferendi idem atque in urbanis suis. Semel anno gignunt, & apris maribus non nisi anniculis generatio. *Vox* etiam similes, sed foemina vocalior est, mas rarò vocem emittit. Quantum ad reliqua, quæ ad hujus quadrupedis naturam spectant, solent in remotis & profundis præcipitum locorum recessibus versari. Auditu nos vincunt: gregatim incedunt, nec alios quàm de sua progenie secum vesci patiuntur, lachryman dulcem habent, spumant, dum exagitantur tenacem. Tam gravis iisdem sua urina est, ut nisi egesta, fugæ non sufficiat, ac velut devincti opprimantur. Exuri illà eos tradunt. Mitigari tardè concipiunt, nec nisi ab infantia educati. Ab aconito & syan- chi radice occiduntur. Cum per imprudentiam hyoscyamum commederunt, statim attrahunt posteriora, ita demisse sese gerentes; hinc, contracti quamvis, ad aquas perveniunt, & collectis cancris vescuntur. Ederà in morbis sibi medentur. Ad quadrimum capiunt incrementa. Muscicà illecti capiuntur: ideò in leporario quodam Varronis, in Tusculano, ad buccinam inflatam, certo tempore conveniebant ad pabulum. Sapiunt vestigia palude confundere. Foeminae, si multæ simul sunt, fugiunt, ubi vident venatorem, cum natis: sed ubi quis aliquem ex natis venatur, non amplius fugiunt, ne si una quidem sit, sed ruunt adversus capere molientem. Dentes acuunt ad luctam. Inter se concertantes, cum viderint lupos, quasi confederati, se juvant mutuò, & ad vocem clamantis quotquot audierint concurrunt. Cæterum, varia aprorum cæterorumque sylvestrium, primus togati generis invenit Fulvius Hirpinus, qui in Tarquiniensi feras pascere instituit: nec diu imitatores defuere, L. Lucullus, & Q. Hortensius. In *Cibis* adhibitos & adhuc adhiberi, nemini ignotum.

Plin. H. N. 1. 8. c. 51.
Lamprid. in Helio- gabalo.
Gesnerus p. 1047. de qua- druped.
Differentia. Nie- remb. Histor. Natur. Exotic. 1. 9. c. 27.

Primus Romanorum P. Servilius Rullus, pater ejus Rulli, qui consulatu Ciceronis legem agrariam promulgavit, solidum aprum epulis apposuit. Apri vero *milliarii* dicebantur mille librarum, quos solebant in cœnis apponere Romani. De Condimentis consule Apicium. Caro ipsa, melior domesticæ suis carne, citò descendit, multum nutrit, & succum gignit crassum ac viscosum. Heliogabalus exhibuit fumina aprugna per dies decem, tricena quoti- die, cum suis bulbis. Quo die Lentulus flamen Martialis inauguratus est, in coena fuerunt, lumbi aprugni, fumina, & syn- ciput aprugnum. Invenere & in *Medicina* locum. *Cerebrum* contra serpentes cum sanguine laudatur, verendorumque carbunculis succurrit. *Lardum* elixum atque circumligatum mirà celeritate solidat fracta. Epinyctides adipe cum rosaceo inun- guntur. Cinis *maxillarum* ulcera sanat quæ serpunt. *Dentis* scobes plurimè solvunt. *Pulmo* cum melle commixtus, pedibus à calceamentis læsis, supponitur. *Iecur* lethargicos excitat, & auribus purulentis instillatum proficit: ex vino potum, citra salem, recensque alvum sistit. Calculi in eo inventi, & triti, calculos pellunt. *Fel* tepidum illitum strumas discutit, & coitum stimulat. *Ungularum* exustarum cinis, potioni inspersus, plurimum urinæ difficultates juvat. *Unghes* exusti & triti submejulis in potione profunt. *Fimus* aridus, in aqua aut vino potus, rejectio- nes sanguinis sistit, vetustum lateris dolo- rem mulcet, ad rupta & convulsa ex aceto bibitur, luxatis cum cerato rosaceo medetur. Recens & calidus præcipuum est contra fluxum narium remedium. Ex vi- no subactus, & emplastri more impositus, quicquid corpori inhæserit, celeriter ex- trahit. Tusus cribratusque, & cum melle deteriore subactus, articulis impositus medetur. *Urina* purulentis auribus infun- ditur. *Vesica* elixa & manducata sub- mejulis prodest. Plura in Gesnero vide. Ad *Differentias* refero *Zainum*, de quo *Nierembergius* ita: Montanam mire in- genii feram vocant Indi *coya metl*, alii *quauhcoya metl*, alii *quauhilo coyametl*, alii *quapicotl*, alii *fajassou*, alii *saynum*, sive *Zahinum*. Similis est nostrati apro, nisi quod minor sit & deformior, umbi- lico ejus existente supra dorsum & cir- ca renes. Mirum aspectu: ibi humor aqueus receptus digitis expressus effluit; nec tamen inquit Franciscus Hernandus, verus est umbilicus, aut subest quid- quam ab eo quod in aliis animalibus reperiri solet diversum, (quod eo disse- cto cognovimus) aliudve quàm glandu- losa quædam & mollis pinguedo. Antonius Herrera putat respirare per su- pinum

pinum hunc umbilicum. Fætidus est. Lærius omnino favet. Scribit aprum Americanum habere foramen in dorso, quemadmodum in capite fues marini, quo spiritum emittit admittitque: addit frøndere terribiliter, & macilentiorẽ esse nostratibus. Attentior est censura Francisci Hernandi de tumulo dorfi. Iracundi sunt. Venatores conscendunt arbores: accurrit grex zainorum, mordent & lacerant truncum, cum hominem non possint, quos ille supernè tutus venabulo cædit. Gregatim discurrunt, eligunt ducem, & ut fertur, minorem aut viliorẽ omnium. Antonius Herrera scribit esse senem & flaccidum, neque nisi duce occiso societatem & cohortem dissolvere: prius enim occiderentur, quam regem defererent, auctor est Petrus Simon. Aliqui Bachiris hoc imputant. Mirum odium in tigridem. Dux Zainorum convocat quoscunque potest sui generis, usque ad trecentos aut plures, quemadmodum Imperator, conducit militem. His copiis invadit tigridem: quæ licet ferocissima præ omnibus Americanis feris, vincitur multitudine, non sine magnâ zainorum strage. Inveniuntur occisi simul cum tigride, ut paucissimi possint epiniciũ canere. De ingenio hujus feræ sic narrat *Franciscus Hernandus*. Ferus est ac truculento morfu, cum primum est captus. Sed cum cicuratur, placidus est domesticis, & habetur in deliciis. Caro est similis fuillæ aprugnæve, sed durior atque infuavior. Setæ sunt asperæ, albo ac nigro promiscuè variatæ colore. Vescitur glandibus, radicibus & aliis montanis fructibus, nec non vermiculis, lumbricus, atque aliis hujusmodi animalibus quæ lacustribus, humidis & uliginosis locis nascuntur. Devastant etiam sacra, cum ab eis non arcentur. Gregatim ambulant; & redditi mites, aluntur quibuscunque esculentis. *Digitum* pedum variant. Siquidam alii productiores sunt, alii breviores. Scribunt aliqui apros Indicos brevissimis esse caudis, ut abscissas esse putes. *Pedibus* etiam esse nostratibus dissimiles, & posteriores uno digito non unguato constare. Carnes multo nostrorum carnibus saporosiores salubrioresque; sed sâynis opus est præcidi umbilicem, alio qui uno die corrumpuntur. Idem est cum Tajacu Caaigora Marcgravii: Icon tamen variat, & descriptione plenior est. Ideò & hanc & illam addimus. Habuit eum & quidem familiarissimum Amplissimus de Laet, quem cum per semestre & amplius, humidis cibus aluisset, mortuus est ex ileo, ut videbatur. Valckenburgius umbilicum illum mammam esse putabat, quòd vasa mammariã haberet. Verum qui animal penitus norunt, catulos suos illa parte alere negant.

TITULUS II.

De Bisulcis aquaticis.

CAPUT UNICUM.

De Hippopotamo.

AD Bisulca Hippopotamum retu'i, Aristotelem secutus. Ad digitata tamen recentiores referunt, & fortè, ut ex icone & descriptione apparebit, melius. Dicitur verò Hippopotamus, id est, fluviatilis equus, non quòd equum similitudine referat, sed quòd magnus sit, ut vim augendi significatum habeat. Fluvius ille Nilus est. Dicitur & equus Niloticus, Bos marinus teste Bellonio, porcus marinus, quòd parte anteriore bubulam figuram, reliquo corpore fuillam repræsentet; *Elephus marinus*, tam ob magnitudinem, quàm ob dentium candorem & duritiem. Sed & *Elephantus Egypti*, *Rosmarus*, *Rohart*, *Gomarus*, in regionibus inprimis Prete Gani, si Alvarezio credendum. Circa *Descriptionem* dissentiunt à veteribus recentiores. *Ælianus* ad quinque cubitorum altitudinem excrescere, ungulas bubulas habere, tres utrinque dentes maxime omnium animalium circa os eminentes; auribus, cauda, voce, equum præ se ferre, reliquo corpore elephanto similem esse, scribit. Aristoteles, jubam equinam habere, ungulam bubulam, rostrum resimum, talum bisulcorum, dentes exertos, caudam apri, vocem equi, magnitudinem asini, internas partes interaneis equorum & asinorum non dissimiles, reliquit. Leoni Africano, formâ equum, magnitudinem asinum refert, depilis est, & cymbis infidiatur. Bellonius, qui parvum Byzantii vidit, capite eum vaccino, auribus urfinis, brevibus & subrotundis, oris rictu adeò vasto ut leoninum superaret, patulis naribus, labiis repandis, dentibus equinis obtusis, oculis & lingua prægrandibus collo nullo aut admodum brevi, caudâ porci, corpore obeso ad instar suis, pedibus tam brevibus, ut vix quatuor digitos à terra attolleretur, unguis, ut in sue divisis, descripsit. Accuratissimè verò eum nobis exhibuit Fabius Columna, ex cadavere sale asservato, & in Italiam Damiatâ, à Nicolao Zeringhi, Chirurgo Narnensi, allatam. Nullam habebat cum equo similitudinem, ad bovem potius, si magnitudinem attendas, & ursum, si crurum figuram, accedebat. A capite ad caudam pedes erat tredecem; corporis latitudo pedes quatuor cum dimidio; alitudo pedes tres cum dimidio; venter potius planus quàm carinosus; crura à terra ad ventrem pedes tres cum dimidio; ambitus crurum pedes tres. *Pes* latus pedem, *ungule* singulæ uncias tres. *Caput* vastum in comparatione ad totum animal, duos pedes cum dimidio latum, pedes tres longum, ambitu

Aldrov. Digit. 1. c. 12.

Bellon. de aquat. l. 1.

Descriptio. Ælian. H. A. l. 11. c. 44.

Aristor. H. A. l. 2. c. 7.


Leo de script. Aethiæ. l. 9.

Columna in l. observ. aquat. & terrest. c. 15.


Ica Capra




Ovis Cretensis




Camelo Pardalis






Ovis Peruana





Aries Guineensis




Zainq . s. Tajaen Porcus subuester

Porcus Guineensis









Gryffus

Grypps




Wasser Ochs

Hippopotamus



Hippopotamus


THE SIXTH




Leo.

Low.






Leona



Leo



Tab. II



bitu pedes septem crassum. *Oris* rictus pedem unum, rostrum carnosum, & repandum; *Oculi* exigui, lati unciam, longi uncias duas; *aures* parvæ, breves, neque uncias tres excedentes; totum corpus obesum; *pes* latus in quatuor ungulas divisus; Ungulæ quales in bubus, & quidem quadrifidæ; *talus* callosus; *cauda* aprina, vel potius testudineæ aut ursinæ non dissimilis. *Cujis* admodum crassa, dura, colore pullo. *Nares* imaginem S. repræsentant, fissura longa unciarum duarum cum dimidio. *Rostrum* habet instar leonis vel felis, pilis ex poris quibusdam prodeuntibus asperum, nec in toto corpore alii conspiciuntur. *Dentes* singulariter idem Columna descripsit. Habebat, inquit, in inferiore maxilla sex, quorum bini exteriores, è regione, longi semipedem, lati, & trigoni uncias duas cum dimidio, per ambitum semipedem, aporum modo, parum retrorsum declives, non adunci, nec exerti, sed admodum conspiciui, aperto ore. Intermedii verò parum à gingiva exerti, trigonâ acie, digitali longitudine, medium locum occupantes, veluti jacentes, crassi, orbiculati, elephantini, semipedem superant longitudine atque aciem in externis partibus planam. Maxillares vero habebat utrinque septem crassos, latos, breves admodum. In superna vero mandibula, quam Crocodili more mobilem habet, quâ mandit & terit, anteriores sex sunt, sex imis respondententes, acie contrario modo adaptata levissimâ & splendidâ, clausoque ore junguntur, & aptantur imis, veluti ex illis recisi, ut planum plano infideat. Verum omnium acies pyramidalis, veluti obliquè recisi calami modo. Sed medii superiores non aciem inferiorum, & medium illorum, in quo retractio rotunditatis conspicitur, petunt. Molares, totidem quot inferni, sed bini priores parvi, exigui, atque rotundi, & ab aliis distant, ut medium palatum, inter dentes anteriores, occupare videantur. Inter maxillares, dentes locus linguæ semipedalis remanebat, durities dentium silicea, adeo ut percussione cultelli costæ, cum circumstantium admiratione, ignis favillæ excitarentur. Qua propter verisimile foret, nocturno tempore, hoc animal, dentes atterendo, ignem ex ore ovomuisse, quam proprietatem prisca huic feræ attribuerunt. Propria ipsis patria Saitica Ægypti præfectura, si Plinio credimus. Unde fortè Herodotus in ea parte sacros scripsit. At Leo Africanus, & qui navigationes descripsere in Nigro quoque fluvio reperiri ait. Sed & in mari versari dictum, Plinio & illis, qui in Oceano regiones

Petzoræ alluente, reperiri scripsere. Barbosa multos in Gofala observavit, à mari ad prata exire, denuoque reverti. Maturis segetibus & flaventibus spicis vesci, Ælianus prodidit. Cum ad confirmatam pervenit ætatem, periclitari incipit in patre suo vires. Si pater cedit, cum matre congregitur, ipsum verò dimittit: si pater resistit, interimitur, ut apud Ælianium legimus. In sicco parere & educare solet, si Odone credimus, eaque est fecunditate, ut singulis annis enitatur. Ad *Naturam* & *Mores* spectat, quòd ex Nilo in campos egressus, & segetibus satiatus, averso vestigio, ad flumen rursus properet, seu ut agricolas corpore adverso excipiat; seu ne venatores exitum deprehendere possint: quòd hominibus non minus quàm Crocodilus infensus sit: & quòd nimia corporis obesitate pressus, caudici arundinis tam diu se affricat, donec venam aperuerit, sanguine ad sufficientiam emisso, eandem cæno obturat. Columna tamen primum illud negat, & recto incedere tramite tradit. An hinniat, in dubio est. Veteres affirmant, recentiores negant. In *Cibus* ab Æthiopicibus usurpatur. Narrat enim Clusius, in Guinea circa promontorium Cabo Lopez Gonsalvez, Navarchum *vander Hagen* / cum sociis id observasse, visaque in oppido Ulibetto plurima hippopotamorum capita, ex quibus dentes mirandæ magnitudinis, comites ejus retulerint. Non est ergo mirum, à Firmio Seleucio, quod Capitolinus prodit, hippopotamum devoratum fuisse. Habere & in *Medicina* locum, à veteribus & recentioribus proditum est. Ægyptii, prodente Columna, ad hæmorrhoidas cœcas & apertas, dentem alligant, vel anulum ex eo fabricatum gestant. Nigritæ eodem à quodam morbo præservantur. Plinius eosdem dentes, in odontalgia sedanda insignem habere prærogativam scribit. Idem adipem febrientibus contra rigores commendat: corii cinis cum aquâ illitus ad panos dissolvendos. Pellis frontis inguinibus alligata, eodem auctore, venerem inhibet. Testiculos exiccatos contra morsum serpentum exhibet Dioscorides. Sed & ad alia partes ipsius adhibentur. Nam Pausanias refert, Dindymenæ matris faciem ex dentibus ipsius factam: sanguine cum aqua gummosa dissoluto pictores loco cinnabaris uti possunt, apud Plinium. Pinguedine delibuti impunè inter Crocodilos versari, apud Julium Capitolinum legimus. Pelle tecta, fulmine non tangi, prodidere quidam. Corii tantam crassitudinem Plinius facit, præsertim circa tergo, ut inde validæ hastæ torquentur.

Cibus.
Ælian.
H. A. l.
II. c. 43.
Generatio.
Plin. H.
A. l. II.
c. 44.
Ælian. H.
A. l. c.
Mores.
Ælian.
H. A. l.
II. c. 43.

Ufus.
Clusius
in Curis
posterio-
ribus.

Dioscor.
M. M. l.
2. c. 22.

Locus.
Herodot.
H. N. l.
2. Leo
Afr. l. 9.
Plin. H.
N. l. 32.
c. II.



QUADRUPEDIBUS

LIBER III.

De Quadrupedibus bifulcis.

TITULUS PRIMUS

De Digitatis viviparis Feris.

CAPUT I.

De Leone.



ACTENUS de Bifulcis actum est, sequuntur τετραπυδα digitata, Græcis πολυχιδῆ & πολυδακτυλα, quæ vel sunt ζωόποια, seu vivipara, vel οἰόποια seu ovipara. Illa, iterum vel sunt *Fera*, que aut

sunt feris moribus imbuta, aut difficulter curantur, aut si aliquando mitiora redduntur, nunquam tamen ferociam penitus deponunt; vel *Semifera*, vel *Domestica*, quibus Appendicis loco *Dubia* addi possunt. Ex illis sunt *Leo*, *Pardus*, *Lynx*, *Tigris*, *Ursus*, & *Lupus*. *Leo*, Græcis λέων παρα τὸ λάω, video, quod perspicaci præ cæteris oculorum acie polleat, & διὰ fera per antonomasiam dicitur. Catulos Æschylus ἰβρίκαλα, vulgus σκύμνος ab obmurmurando Poëtæ λιογρίδεις & λιογρίσκος, appellant. Plin. ursum Numidicum, dum scribit, Domitium Rhénobarbum Ædilem curulem, ursos Numidicos centum, & totidem Æthiopas venatores in circo dedisse, Lipsio appellare videtur. Sed perperam nisi fortè pro Ursos, Leones substituendum sit. Parum enim credibile est, si Romani pro leone dixissent ursum Numidicum, ignoraturum id fuisse Plinium: qui meminerat & apud Maronem Acestem vestitum induci — pelle Libyftidos ursæ. Dio quoque seu Xiphilinus ab urfis feras Libycas distinguit; ut taceam, neminè veterum tam insolentis locutionis meminisse. Aristoteles eum capite mediocri, fronte quadrata in medio cava posuit, supercilio eminenti, & nasum versus cujusdã nubis instar porrecto, oculis charopis, non valdè volubilibus, neque valdè prominentibus. Recentiores medios inter cavos, & extantes oculos notavere, *nasum*, crassiolem potius quàm tenuiorem, superiorem maxillam inferiori æqualem, rictum instar ovis amplum, labia tenuia, ita ut partes superiores superjectæ sint inferioribus, *collum* rigens & magnum, mediocriter crassum, *pectus* robustum, metaphrenum latum, medium *ventrem* gracilem, *cyra* valida &

nervosa, *pilos* flavos, neque rectos, neque valdè crispas. *Pedes* anteriores quinis digitis, posteriores quaternis distinguuntur. Leenam à mare juba quâ caret, & binæ in medio ventre mammæ distinguunt, ex quibus numerum catulorum arguere non licet. Lactis inde inopia, adsumpto in sui nutrimentum cibo, quem rarius assumit. *Interiora* si spectes, Musculos temporales. Galen. de Usu part. 1. 9. cap. 19. fortissimos habet, ut mordendo valeat, *Linguam* asperitate imbricata horrentè; *Viscera*, canum interioribus penitus, Arist. A. 1. 5. c. 80. similia, *lienem* nigrum quod observavit Galenus. *Cervicem* unico osse constare ab Aristotele & Cardano proditum, ex vertebra componi à Scaligero. *Osse*, medulla carere apud Ælianum legimus, paucissimam habere, quod perpetuò resolvatur, Fallopio, qui ea se fregisse dicit, credendum. Michael Ephesius angustissimos habere meatus, ita ut iis penitus carere videantur, reliquit. In Europa inter Acheloum & Nessum fluvios in primis crescere, Aristoteles prodidit: nusquam in ea nasci, nisi id ex hominis industria fiat, certum. Natale ipsis, Mauritania, Parthia, Maffylia, Marmarica, Caspia, Libya, Getulia solum. Habentur & in Syria nigri, si Plinio fides est. Nasci & in Tartaria Paulus Venetus passim prodidit. In Caragol rustici metu eorum, armati terræ cultui operam navant, ut Balbus in itinerario suo prodidit. In deserto Angad juxta Telessinum, teste Johanne Leone, non solum in armenta, sed & in homines indiscriminatim sævire solent, ab iisdem silvarum Fetis carbonarii sæpè numero devorantur. Taceo regnum Senegæ, montem juxta Adenam editissimum, terram sanctam, & alia loca. In Cuba degunt innoxii, si Martyri credimus. Aglam & regiones circumjacentes tam meticulousos alere, ut in proverbium abiverint, Ælianus author est. Temperamenti est calidissimi & siccissimi, quod ab acri cordis æstuatione promanat. Non omnes tales pariter esse, vel exinde colligas, quod qui montes incolunt, minus ferociæ habeant; & Gesnerus, partes in iis anteriores calidas esse, posteriores ad oppositam naturam degenerare, scribat. *Cibus* ipsis carnes bubulæ, & Ælian H. A. 2. l. c. 10. Camelinæ in primis, fame urgente humanæ & avicularum. Ideò multi in Africa crucifixi à Polybio Æmiliano Comite visi, ut reliqui hoc

Nomen.

Plin. H. N. 1. 8. c. 36.

Lipfius E. lect. 1. 2. c. 4.

Virgil. Æneid 5.

D. scriptio Aristot. H. A. 1. 6 c. 31.

Galen. de Anatom. adm. 1. 6. c. 10. Scalig. Exer. 208. Ælian. H. A. 1. 2. c. 2.

Locus.

Arist. H. A. 1. 8. c. 28.

Leo Africæ l. 4.

Temperamentum.

Cibus.

hoc spectaculo, à cæde hominum deterrentur. Multa solida & fini ullo defectu una vice devorare, inde bidui vel tridui spacio, perfectè celebratam coctionem expectare, Aristoteles docuit. Cadavera an degustent, non constat inter Authores. Non attingere seu ob foetorem, seu ob superbiam quod Tzetæ placet, quidam volunt, vorare, ideò reliquias condere, & supra illas teterimum flatum exhalare, ne inventæ ab aliis feris vorentur, apud Ælianum legitur. Elephantorum quoque pullos aggredi, succurrentibus matribus fugere, Strabo prodidit. Catules ubere relicto, imbellium ferarum carnes depascitur, sed & palmulis victitat. *Potus.* Potum si spectes, parcus is secundum Aristotelem, & Ælianum, triduo non bibit, æstate inprimis, hyeme indulget. Aversi cœunt, quod omnibus animantibus quæ retrò urinam mittunt commune. Tempus veneris continuum, sed ver, Ælian. H. A. l. 2. c. 2. inprimis, tunc cruentam inter se exercent pugnam, & octo aut duodecim unam lænam sequuntur. Elapso primo anni tempore, maribus ob nimium calorem coire non valentibus, lænæ cum pardis, unde Leopardi, pantheris, unde foetus non jubatus, Hyenis, unde Crocuta, miscentur. Est ipsis & cum cane commercium. Solæ inter quadrupeda aduncis unguibus prædita catulos videntes enituntur. Unda animalis solaris nomine donatam Plutarchus opinatus est. Imperfecti & quidem post sex mensium spacium, exeunt, non quòd unguibus uterum, Ælian. H. A. l. 2. c. 2. vellicent, sed quod ob numer. inopia alimenti, Aristot. de gener. Animal. l. 4. c. 6. laborent. Magnitudinem mustelorum non excedere apud Wottonum habemus, novissimo pariendi actu, uterum excernere, fabulosum est. De numero catulorum non convenit inter Authores. Non plures quam sex edere, aliquando unum Wottonus prodidit. In capta & interfecta octo inventos Philostratus. Ætate gravem præter omnium spem sex Florentiæ peperisse, Vilanus. Quod verò Phile quinquies eniti, quinos primum, quatuor deinde, ternos posthac, inde binos, quintum unicum scribit, id ex Aristotele, de leonibus Syriæ incolis accipiendum est. Huc *Sympathia & Antipathia* spectat, quæ leonibus cum plurimis rebus intercedit. Favet Delphino, seu quia ambo senectute & morbo gravati simia vorata sanitati propriæ consulunt, ut Æliano placet, seu aliam ob causam. Abhorret à muliebribus verendis. Horum, Leo Africa l. 9. ostensu in Africa fugatur, à sue, Aristot. H. A. l. 9. c. 1. asperimis fetis horrente, lupo cervario, onagro, Tauro, simia, Plin. H. N. l. 8. c. 38. Leontophono, quo gustato, tanta illa vis & cæteris imperitans, illicò expirat. Animal à plurimis scriptoribus nominatur, à nullo de-

scribitur. Galli cantum extimescere tam certum olim Græcis, ut animam Cecropis, quam in leonem migrasse credebant, immolatis gallis gallinaceis evocare sibimet ipsis persuaderent: alii id de cristis rubentibus & igneis accipiunt: nos falsum esse ex Camerario didicimus, qui in aula Baviaræ Principis, unum ex leonibus miris saltibus in vicinam domui aream sese demisisse, & gallos cum gallinis devorasse prodidit. Idem à culicibus in Africa pellitur. Homines succo alii perlinitos, vel aqua, in qua illud maderat perfusos, non attingit. Scillæ &, Ælian. H. A. l. 1. c. 36. ilicis folia si incautè conculcaverit, illico à torpore corripitur. Ad rotarum strepites exhorrescit. Mappam albam refugit, &, Æl. H. A. l. 6. c. 22. l. 7. c. 6. ignem, quia igneæ naturæ est, abominatur. Creduntur *Vitæ* diurnæ esse. Dentibus enim defectos captos fuisse affirmare quidam, effractis alii. Cum procis foeta dimicat, oculorum aciem traditur defigere in terram, ne venabulla expavescat. *Dormiunt* & in aperto, & apertis oculis, quod oculum magnum incumbens oculo longe minor pellis obrepere non possit, caudam quoque sopore detenti motitant, ut se omnino non dormire ostendant. De *Voce* non convenit inter authores. Alii mugiere dicunt, quod apud Virgilium invenies; quod junioribus prædam nactis forte competit: alii fremere, quod Mancino & Volaterrano placet, ut de Seneca Tragædo taceam: nonnulli frendere, quod tum accidit, cum præ iracundia dentes concutit: plerique rugire affirmant. Quantum ad *Ingenium*, ducuntos aliquando equites, Leo Africa l. 9. Africanus adoritur, etiam lethali vulnere percussus, à catulorum tutela non recedit. Ægritudinem fastidii tantum, Plin. H. N. l. 8. c. 16. sentiunt, in qua medetur eis contumelia in rabiem agente, annexarum lascivia simiarum, solus, Ælian. H. A. l. 2. c. 17. venatum egreditur, foetorum oris patitur, quod à Plinio proditum est. Neminem, Plin. H. N. l. 8. c. 16. limis oculis intuetur. Generositas in periculis maximæ deprehenditur, non in illo tantummodo quod spernens tela diu se terrore solo tuetur, ac velut cogi testatur, cooriturque non tanquam periculo coactus, sed tanquam amentie iratus, illa nobilior animi significatio, quamlibet magna canum & venantium urgente vi, contemptim restitansque cedit in campis, & ubi spectari potest: idem ubi virgulta sylvasque penetravit, accerrimo cursu fertur, velut abscondente turpitudinem loco. Dum sequitur, insilit saltu, quo in fuga non utitur. Vulneratus observatione mira percussorem novit, & in quantalibet multitudine appetit. Eum verò qui telum quidem miserit, sed tamen non vulneraverit, correptum, raptatumque sternit nec vulnerat. Illud

Aristot.
H. A. l.
8. c. 5.

Ælian.
H. A. l.
2. c. 3.

Strabo
Geogr. l.
15.

Potus.
Ælian.
H. A. l.
8. c. 5.
Generatio.

Plin. H.
N. l. 8. c.
16.

Plutarch.
Symp. l. 4.

Philostr.
in vita A-
pollon. l.
1. c. 7.

Sympathia
& Anti-
pathia.
Ælian.
H. A. l.
15. c. 17.
Ælian.
var. l. 1.
c. 9.

Vitæ.

Somnus.

Voce.

Mores.

Plin. H.
N. l. 8. c.
16.

lud adolescentis ex Jubæ exercitu exemplum apud Ælianum docuit. Læsus sagittâ abeunte, anno interposito vertente, redeuntem, in media turba dilaceravit. Hoc illius apud Albertum, qui lancea confedere voluit, sed fallente ictu non fecit, lapsi ad terram caput leo in galea compressit, sed non vulneravit. Dum incedunt, ungues retrahunt veluti in vaginas, ne heberentur: nec rectum iter peragunt, sed obliquum; variis vestigiis impressis ut melius lateant. *Circurari* posse non est quod dubites. Onomarchus Catanæ Tyrannus convictores habuit. Jahanni II. Lusitanæ Regi, tanquam canis adsidebat: in templo Adonidis regionis Elimeæ, adeo erant mites ut ingredientibus aduarentur. Berenices leo linguâ faciei adulabatur. Cujus Martialis mentionem facit, tam unamiter cum ariete commorabatur, ut alter terroris, alter imanitatis videretur oblitus. Jugo subdidit eos, primusque Romæ ad currum junxit. M. Antonius, & quidem civili bello, cum dimicatum esset in Pharsalicis campis, non sine quodam ostento temporum, generosos spiritus jugum subire illo prodigio significante: nam quod ita vectus est cum mima Cytheride, supra monstra etiam illarum calamitatum fuit. Primus autem hominum leonem manu tractare ausus, & ostendere mansuetum, Hanno, è clarissimis Pœnorum traditur: damnatusque illo argumento, quoniam nil non persuasurus vir tam artificis ingenii videbatur; & male credi libertatem ei, cui in tantum cessisset etiam feritas. Sunt quoque & fortuita clementæ ipsorum exempla. Mentor Syracusanus in Syria leone obvio, simplicitur volutato, attonitus pavore, cum refugienti undique fera opponeret sese, & vestigia lamberet aduanti similis, animadvertit in pede ejus tumorem vulnusque, & extracto furculo liberavit cruciatu. Pictura casum hunc testatur Syracusis. Simili modo Elpis Samius natione in Africam delatus nave, juxta littus conspecto leone hiatu minaci, arborum fugâ petit, Libero patre invocato: quoniam tum præcipuus votorum locus est, cum spei nullus est. Neque profugienti cum potuisset fera institerat: & procumbens ad arborem hiatu quo terruerat, miserationem quærebat. Os morsu avidiore inhæserat dentibus, cruciabatque inedia, tum pœnæ vim immensis ejulatibus testantem, ac velut mutis precibus orantem, contuitus, fidentior it contra feram, multo diutius miraculo quam metu cessatum est. Degressus tandem, evellit præbenti, & quàm maxime opus esset accommodanti. Traduntque, quandiu navis ea littore steterit, retulisse gratiam venatus aggerendo. Nihil de Androdo apud Gellium dicam; nec de illo, qui Seneca spectante, unum è bestiariis in Ampitheatro agni-

tum, ab aliarum ferarum impetu protexit. Ideo *Plinius*. Leoni tantum ex feris clementia in supplices: prostratis parcit: & ubi favit, in viros prius quam in foeminas fremit, in infantes non nisi magna fame. Credit Lybia intellectum pervenire ad eos precum. Captivam certè Getuliæ reducem audivi, inquit idem, multorum in sylvis impetum à se mitigatum alloquio, ausam dicere, se foeminam, profugam, infirmam, supplicem animalis omnium generosissimi, cæterisque imperantis, indignam ejus gloria prædam. Capere eos ardua quondam erat operis, foveisque maximè. Principatu Claudii casus rationem docuit, pudendam panè talis feræ nomine, pastoris Getuli sago contra ingruentis impetum objecto: quod spectaculum in harenam protinus trallatum est, vix credibili modo torpescente tanta illa feritate, quamvis levi injectu operta capite, ita ut devinciatur non repugnans: videlicet, omnis vis constat in oculis. Habuisse olim in mensis apud quosdam populos, Agriophagos, inprimis, locum, Solinus author est, ab esu tamen lienis in totum abstinuisse, Brujerinus prodidit. In *Medicina* eximii est usus. *Dens* caninus pueris collo alligatus in ortu secundorum dentium à dolore dentitionis eos præservat. *Cor* in pulverum redactum Epilepticis & quartanariis prodest. *Adeps* ductu Dioscoridis lotus, aurium dolores immixtus sistit, & membris à frigore adustis feliciter illinitur. Eodem quidam in scirrhis & pernionibus utuntur. Ea peruncti ab aliis feris tuti esse prædicantur, & si fas est credere, gratiam apud principes inveniunt. *Caro* juxta mentem Sexti ad pavores & arcenda phantasmata laudatur. *Sanguis* contra carcinomata valet. *Ostium* pulvis febres simplices cum aqua Eupatorii expugnat. *Pellis*, si ei infideatur, hæmorrhoidum dolores efficaciter lenit. Calcei ex eo gestati podagricos demulcent. *Stercus* cum unguento rosaceo permixtum, mendas faciei emendat. De *Ufu* in deliciis, ludis, triumphis, & suppliciis non est quod multa dicamus. Heliogabalus exarmatos in deliciis habebat, & ita edoctos, ut ad secundas mensas accumberent. Augustus ita cicuratos, ut cum leporibus innocuè colluderent. Idem se Constantinopoli vidisse Bellonius reliquit. Simul plurium pugnans Romæ princeps dedit Q. Scævola P. filius, in curuli ædilitate. Centum autem jubatorum primus omnium L. Sylla, qui postea Dictator fuit, in prætura. Post eum Pompejus M. in circo DC. in iis jubatorum CCCXV. Cæsar Dictator CCCC. Varias apud Authores fortiantur *Differentias*. Leoni, inquit Plinius, præcipua generositas tum cum colla armosque vestiunt jubæ. Id enim ætate contingit è leone conceptis. Quos verò pardi generavere, semper insigni hoc carent. Sed & juba, aliis

Ælian.
H. A. l.
2. c. 5.

Martial.
Epigr. l.
9. c. 73.
Plin. H.
N. l. 8.
c. 16.

Gellius
Noct. At.
tic. l. 5.

Plin. H.
N. l. 8. c.
16.

Plin. l. c.

Ufus.

Solin. in
Polyhist.
Brujerin.
de reciber. l. 12.
c. 17.
Porta
Phylogn.
l. 3. c. 41.
Plin. H.
N. l. 29.
c. 8.

Scoliaft.
Sexti
Philosophi
apud
Aldrovand.


Bellon.
observ. l.
1. cap. ult.
Plin. H.
N. l. 8. c.
16.

Differen-
tiæ.
Plin. H.
N. l. 8. c.
16.

Pardus Leopardus
Parderthier Leopard




Pardus Parderthier



Tigris Tigerthier





aliis est brevior & minus crispa, crispa & prolixior aliis. *Ferociam* si attendas, sunt quidam timidi, alii ferocissimi: & Archoleontes, si *colorem*, sunt aurei, flavi, albi, & nigri, quales intima Africa & Abyssina gignit. Sunt in Lybia Discolores, qui ore sunt rubro, nigris floribus cyaneo colore distinctis ornantur, neque multum pilum gerunt. Vergunt & ad cinericium colorem in occidentali India. Ignavrior apud Indos novi orbis, inquit Nierembergius, natio leonum. *Puma* Peruani vacant. Minores quam Africani sunt, fugaces, aut innocentes, nisi invadantur; degeneres omnino animo; mole, jubâ colore fusci sunt potius, quam fulvi. Ad eos venandos conveniunt Indi. Lapidibus ac fustibus occidunt. Conscendunt ferè aliquando in arbores, eò usque hastis & sagittis illos infestant barbari. Vescuntur festive eorum carne (alba est & crassa) adipem medicamentis reservant, ossa saltationibus & choreis. Quidam Hispanus deturbavit arbore lænam ingentem, quatuor transverberatam sagittis. In ventre duo tigrinum catuli inventi, quos per adulterium sui generis conceperat. Paternæ maculæ indicia criminis fuerunt. Leones marinos comederunt Hollandi. Sunt præterea aliæ feræ leoni vicinæ. *Mitzli*, quemadmodum à Barbaris appellatur, leoni nostro non jubato aut idem est, aut congener, in infantia fuscus, & fulvus in juventâ, interdumque rubeus aut subalbidus, in majorem tamen corporis asurgens molem (quod ob regiones diversam naturam potest evenire) ac longè minus ferrox. Est quoque *Quamitzli* affinis leoni, unde nomen mutuatum, sed mitior, agiliorque: quo fit, ut quidam Hispanorum pantheram esse putaverint. Ad ejusdem pertinet differentias *Macamitzli*, qui à cervo & leone sumpsit nomen, quos quibusdam corporis partibus imitatur: nec non & *cuilamitzli*, à leone & lupo indigenâ nomen clatione mutuata. Hac bestia est leone crassior, mitior tamen minorque. Vivit cervorum, ovium & crotalium venatione, interimit etiam satur quæcunque offenderit animalia. Cum famem semel explevit, binos, ternosque dies dormit, abstinens à prædâ, donec rursus esuriat. Est & *Tlalmitzli* fele minor sed facie leoninâ. Mirabilis est in parvo corpusculo animalis vultus & ferocitas. *Cacamitzli* vocatur aliud animal, quod ad leonum parvorum feliumve genus pertineat, & in juncetis versari solet. Quadrupes est, quaternas spithamas longus, sed corpore non admodum amplo, fulvo pilo, & aliquantisper prolixo, auriculus brevib. ac panè nullis, olorino capite, caudâ prolixâ hispidioreque. Adeo est ferrox, ut cervos plerumque aggrediatur, etiam accidat. Unde fortassis ei nomen, nisi à fele potius profectum sit. *Mixtli* enim apud Mexicanos interdum ælurum, interdum significat leonem. Vivit apud Panucenses. Quid

si quædam harum specierum ad Cercopithecus reducantur. Vide Caput de iis.

CAPUT II.

De Pardo.

Fera, quam descripturi sumus Pardus, seu ab *parda* irrigo, quod ejus pellis nigris maculis quasi irrigata sit: seu ab *pardos* inquinio, quod iis quasi inquinata videatur, dicitur. Vocatur & Leopardus, cujus vocis nemo ante Julium Capitolinum & Ælium Spartianum meminit: & Pardalis, quamvis nonnulli marem Pordalim, Pardalim fœminam vocitent, alii illud comune, hoc Atticum vocabulum esse putent; alii Pardi nomine marem indigent. Appellatur denique & Panthera, quod vocabulum distinguendum est à Panthere lupi maculosi specie, seu quod omne ferarum genus in venatione capiatur, sed quod omnifaria feritate sit prædita, nec crudelitatis unquam etiam mansuefacta obliviscatur, seu quod omnium ferarum coloribus ornata spectetur; & *pardus* quod sit variegata, & varia. *Facies* ipsi est parva; *os* magnum; *oculi* parvi albicantes & vagi, *frons* longa; *aures* rotundæ, magis quam planæ; *collum* valdè longum & tenue; *pectus* parvis costis præditum; *dorsum* longum; *clunes* carnosæ & fœmora. Partes circa ilia & ventrem habet magis planas, id est, nec protuberantes nec cavas; *colorem* varium; corpus totum inarticulatum & asymmetrum. *Wottonus* quatuor mammas in medio ventre habere, quinque digitos in pedibus anterioribus, quatuor in posterioribus *Gyllius*. Addit ille, *oculos* in umbra longius quàm aliorum hujus generis animalium refulgere, hebetari in sole. Pellis aureo in fusco, & nigro in candido conspicitur, ut *Oppianus*, descripsit. Ideò *Solinus* narrabat, in Hircania numerosas esse pantheras, minutis orbiculis superpictas, ita ut oculatis ex fulvo circulis, vel cœruleo, vel albo, tergi suppellex distinguatur. *Plinius*, in candido breves macularum oculos appellavit. An similem *Lunæ* in orbes crescentè & pari modo cornua curvantè maculam, in armo habeat, quod *Plinius* affirmat, difficile est dictu. *Quantu* ad internas partes, habet linguam imbricatam, dentes acutissimos ungues acutos, cor in comparatione ad animalia ejusdè magnitudinis magnum; *pinguedinem* paucam, quod ea à nimio calore absumatur, ossa deniq; densiora. In Europa nulli habetur. In Africa haud pauci, inopiâ aquarum ad paucos annes congregantibus se feris. Ideò multiformes ibi animalium partus: variè fœminis cujusq; generis mares, aut vi aut voluptate miscente. Unde etiam vulgare Græciæ dictum. Semper aliquid novi Africam afferre. In Asia etiam degunt. Nam & Pamphylia illis abundat, ut *Philostratus* prodidit, & provincia Comeri, & in regno Bengalæ, ut *Ferdinandus Lopezius* reliquit. In Caucaso monte, odorato

Nomen.

Descriptio.

Wotton. de Differ. Animal. 5. c. 82. Ælian. H. A. 1. 2. c. 20.

Plin. H. N. 1. 8. c. 17.

Plin. H. N. 1. 8. c. 17. Plin. H. N. 1. 8. c. 37.

Locus.

Arift. A 1. 8. c. 26. Lopez. Navig. 1. 4. c. 27.

Nieremb. H. E. 1. 9. c. 21. & 24. Nieremb. H. Exot. 1. 9. c. 21.

Nieremb. H. E. 1. 9. c. 24.

multos vagari, quod odoriferis herbis delectentur quidam venditant. In monte Hermon, qui ab Amorrhæis Sanir appellatur, haud paucos, ex Canticis Salomonis colligi potest. Vescitur Pardus carnibus, canum imprimis, & agnorum si fames urget, nec à simiarum abhorret, quas simulata morte decipit, si Æliano credimus, odore illectas sponte accedere Plutarchus prodidit. Homines invadere auctor quidam historiæ Indiæ Orientalis reliquit, quem pantheram cum tigride confundere Ambrosinus arbitratur.

Generatio.

Congreditur sæpe cum leone, ut superius diximus; aliquando cum cane, nonnunquam cum lupo, plures uno partu producere catulos, mammaram multitudo argumentò est. tempus partus eisdem antevertere, & præ impatientia uterum matris lacerare, Isidori fabula. De *Sympathia & Antipathia* hoc habet, ita infensam secundum quosdam homini, ut vel in charta expressum laceret; secundum alios, ita hominis cranio, ut eo conspecto fugiat. Secundum nonnullos faciem duntaxat acri odio infestat, quod exemplo Regis Galliarum bestiarum, qui ad venationem emissam, nonnisi a versus reducere potuit; Gesnerus confirmat. Par cum gallo serpentibus & allio dissidium. Ideò jure galli perunctos à pantheris non attingi Plinius prodidit, pantherina pelle indutum angues non infestare, alii, parietes litu alii infestos, pantheras non attingere Cælius. Cum hyæna tam malè ipsi convenit, si Plinio credimus, ut si utriusque pelles è regione suspendantur, pantheræ depilentur. In Armenia per montana vagantes, ad storacis lachrymas ferri, quoties ab ea parte ubi arbores gummi stillant odorem ventus pertulerit, fide Philostrati habemus. *Vox* pantheræ rugitus est, quod Græcis *ῥοῦχάριον*. Spartianus rictare dixit. Condito mucrone unguium in vaginis incedit, averlisque falcibus currit, nec nisi appetendo protendit, quod & de leone superius diximus. Odore quo cæteris quadrupedibus prævalet, (selem zibetti, & capreolum moschi excipe) cunctas sollicitat, seu semper, seu destituta per senium viribus. Eo invitata reliqua animalia, postquam accessere, præda fiunt. Nec est quod odore invitari cum Alberto dubites: nam & Cattaria sua Catti delectantur, & canes sæpe à persequendâ fera odoribus averti videmus. Quod aliquo affectu correptæ, (solent autem rabie agitari) aut à pardalianche herba læsæ, ad sanguinem capræ sylvestris, vel sterco humanum confugiunt, quòd catulos semper præcedunt, & ad mortem usque tuentur; quòd foeminae post partum cryptæ præsident, mares de victu prospiciunt; quòd cicurati nunquam ferè feritatem deponunt, *naturæ & ingenio* debetur. Miserandum illud quod à Gesnero refertur, post mortem Francisci Galliar. Regis Leopoldos marem & fce-

minam caveis elapsos, plurimos circa Aureliam laniasse, & inventa mulierum cadavera quibus mammillas tantum devorassent. Sed memorandum quod de Panthera tradit Demetrius Physicus, jacentem media via hominis desiderio, repentè apparuisse patri cujusdam Philini, affectatoris sapientiæ: illum pavore cœpisse regredi, feram verò circum volutari non dubiè blandientem, seseque conflictantem mœrore, qui etiam in panthera intelligi posset. Foeta erat catulis in foveam delapsis. Primum ergò miserationis erat non expavescere, proximum ei curam intendere: sequutusque, quâ trahebat vestem unguium levi injectu, ut causam doloris intellexit, simulque salutis suæ mercedem, catulos exemit: eaque cum iis prosequente, usque extra solitudines deductus, læta atque gestiente: ut facilè appareret, gratiam referre, & nihil invicem imputare: quod etiam in homine rarum est. Quæ de hædo apud Æliano habentur, quem post mortem objectum attingere tanquam contubernalem recusabat, ex eodem petantur. Locum in cibus apud agrestivoros, & qui inter caucasum & flumen Cophena, ut Philostratus prodidit, habuere. Majoris speciei etiam in India adhuc sunt edules, bis olim elixabantur, facilius à stomacho concoquendæ. Habet & in *Medicina* aliquem. Nam cerebrum cum succo cruceæ genitalibus illitum, sopitam venem excitat. Testiculus dexter in provocandis mensibus remedium est singulare, quod Cardanus prodidit. Sanguis varicibus benè applicatur. Pinguedo inter præstantissima Cosmetica censetur, ut de aliis taceam. Pellis vetustissimis Græcorum pro indumento erat. hodiè Mauri iisdem se amiciunt, & Æthiopes hisce cooperti præliantur. Olim ipsæ bestiae Circensium gratia Romam importabantur. Primus Scaurus edilitate sua varias, centum quinquaginta universas misit: dein Pompejus M. quadring. decem, D. Augustus quadringentas viginti. De generibus nihil ferè occurrit. Quidam tres Pardos. differentias constituunt, Pantheram nempe; Pardum, Leopardum: alii quatuor, Pantheram, Pardum, Leopardum non jubatum, qui ex Pardo & læna nascitur, & maculosum Leopardum, qui ex Pantheræ & Leonis coitu prodiit. Apud Plinium ista leguntur. Nunc Varias & Pardos, qui mares sunt, appellant in eo omni genere, creberrimo in Africa Syriaque. Quidam ab iis pantheras candore solo discernunt: nec adhuc aliam differentiam inveni. Senatusconsultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam advehere. Contra hoc tulit ad populum Cn. Aufidius Tribunus plebis, permisitque Circensium gratia importare. Huc forte pertinet animal, quod *Dasyipoden pinuum*, vocant Hispani, *Theotochtli* Indi. Vertagi est magnitudine, tereti, humili, & crasso corpore, auriculis parvis, facie leo-

Plin. H. N. 1.8. c. 17.

Ælian. H. A. 1. 2. c. 24. *Usur.* Plin. H. N. 1.6. c. 30.

Galen. de Alim. facult. 1. 3. c. 1. & 2.

Porta Phytogn. 3. c. 46. Alex. ab Alex. 1. 5. geniald.

Plin. H. N. 1.8. c. 17.

Plin. H. N. 1.8. c. 17.

Nieremb. H. E. 1.9. c. 1.

Cibus. Leo Africæ 1.9.

Ælian. H. A. 1.2. c. 23.

Isidor. Orig. 1. 12. c. 2. *Sympathia & Antipathia.*

Plin. H. N. 1. 29. c. 4.

Plin. H. N. 1. 28. c. 8. *Porta Magia Natur.* 1. 1. c. 14.

Philostr. Apollon. vitæ 1. 2. c. 2.

Vox. Wotton. de differ. animal. 1. 5. c. 82. Plin. H. N. 1.8. c. 15.

Aristot. probl. 1. 13. qu. 4.

Theophr. de causis plant. 1. 6. c. 5. & 26.

Odor. Mores. Plin. H. N. 1. 8. c. 27.

Gesner. in Hist. Quadrup.


Lynx *Luchs*




Tigris *Gefneri*



Panthera



111



leoninâ five felinâ, vividis oculis & rubrâ iride, crassis cruribus, aduncis unguibus, fusco circa dorsum pilo, circa ventrem candido, reliquum corpus cinereo, nigris ubique confpersum maculis; rostro ac caudâ brevibus, asperâ linguâ, ululatu exili, & incredibili pernecitate. Vivit Tetrococamis montib. venatur cervos, & alia ejusdem molis animalia, interdum etiam homines. Linguæ ejus tanta inest vis veneni, ut si prædæ oculos vel alambuerit vel attigerit, eam confestim excæcet, imo interimat. Occisorum cadavera herbis, fœno, cespitibus tegit; deinde conscendens propinquas arbores, ululat. Tunc feræ circumjacentes arcano naturæ documento conscix invitationis, ad epulum ocyus advolant, prædâ ex signo inventâ fatiantur: postremus ipse ocotochtus descendit, ut innocuè pascantur convivæ: nam si ille prior vesceretur, corruptis veneno suo reliquis, ceteræ perirent feræ, quotquot deinde gustarent. Tantâ urbanitate charitati favit, tam comi providentia salutalicæ. Scilicet nemo est qui prodesse nequeat, si velit. Non ita viribus & opibus beneficentia quam voluntate & studio constat. Plurimi opulenti inutiles sunt, utinam non etiam noxii; at nemo benevolus non beneficus.

CAPUT III.

De Lynce.

Nomen.

Feram, quæ Græcis λέωνξ dicitur, Latini non Lynceum ut Cardanus voluit, à Scalligero ideò reprehensus, sed Lyncem ἀπό τῆς λέως, à luce, quod omnium animantium acutissimè videat, vocant. Appellatur & *Lupus cervarius*, non quòd lupo sit similis, sed quòd pari cum eodem aviditate feratur, & in cervos hostiliter eat. Thoën non esse in sequentibus videbimus. Chaos an sit quem Galli Raphium dicunt, Pompeii M. ludi ostendere, quemque facie lupi & maculis pardorum Plinius facit, in medio relinquerem, nisi alibi quoque in luporum genere cervarium reponeret, qualem ex Gallia in arena Pompeii M. spectatum diximus. *Capite* est parvo, *oculis*, fulgentibus. *facie* alacri, *Mammæ* habet in pectore. *Maculæ* magis mari distinctæ & orbiculares. *Pellem* ita descripsit Gesnerus. *Pellis* extensa lyncis à summo naso ad caudam usque, est longitudinis trium pedum, & unciar. quatuor, *cauda* longitudinem unciar. septem non excedit, latitudo circa collum (non ambitus dicimus, sed dorsi tantum) est dimidiati pedis, & in imo dorso unciar. quindecim, crura anteriora longitudinem unciar. quatuordecim, & posteriora duodecim æquant. *Pilus* undique mollissimus, & densâ lanugine confertus, extremæ pilorum dorsi partes albicant, & venter medius est candidus, in quo puncta quædam passim nigricant, crebra verò sunt juxta imum ventrem ad latera, *auricula* parvæ sunt, quasi triangu-

Plin. H. N. l. 8. c. 19.

Descriptio. Scaliger. Ex. 210.

lum referentes, ambitu nigro, & supra eas villus niger, cum paucis pilis albis eminet; *barba* ad instar felium ex fetis albis constat. *Pedes* admodum villosi sunt, & anteriores quinque digitis, posteriores verò quatuor tantum integrantur, & tantum cauda in extremitate nigricans per totum æqualis crassitudinis conspicitur. Musculorum tempora habet debilia. *Cranium* tribus futuris insignitur. Sed & viginti *dentibus* armatur, quorum incisores sunt duodecim (verba sunt Ambrosini) sed primus & sextus tam inferioris quàm superiores mandibulæ, quatuor mediis paulò minores sunt, quales in mustellis observantur. Canini quatuor cæteris longiores sequuntur. Molares sunt decem, quatuor superiorem maxillam utrinque muniunt, primi propè caninos trigonæ sunt figuræ duplici quadam appendice insigniti, ultimus in utraque superiori parte bifidus est utrisque, & altero valdè latior. Inferior maxilla sex molaribus decoratur, primus propè caninos, trigonam refert figuram, secundus floris lili rudimentum repræsentat, tertius utroque latior & major est, fissus in medio, summitatibus acutis. Maxilla inferior illi est parva, quòd prona cibum non sumat. *Pes* acutissimis, crystallinis, tunica atque membrana inclusis armatur unguiculis, qui figuram, unguium aquilæ & vulturis æmulantur, pars inferior callosa est. Lynces in Orientali plaga vagari Vitriacus scribit, inde in Europam delatos Ovidius, reperiri & in America montibus Thevetus author est. Elegantioribus nigri per dorsum maculis insigniti in Lithuania, Polonia, Moscovia, & Suecia circa Helsingiam, ubi lynx *Kattluchs* nominatur, capiuntur: inventos & in Ducatu Wirtembergico, in rusticumque prætereuntem aliquando insiliisse, & ab eodem securi prostratum, Gesn. author est. *Cibus* lyncibus. caro animalium, catorum sylvestrium inprimis, quorum caro suavior, si Olao M. credimus. Habent & cerebella quadrupedum in deliciis, hinc Gesn. se à quodam intellexisse scribit, lynces in arboribus aliquando latitare, & in majores quadrupes prætereuntes insilire, & unguibus cervicibus infixis non dimittere, donec animalis prostrati laniato capite, cerebrum devoraverint, sunt qui affirmant, corpore intacto sanguinem tantum fugere. Scaliger pauciora in Scandinavia animalia reperiri scribit, quòd lyncibus in alimentum cedant. More canum averfi congregiuntur, ut canes implentur, & ritu leporum superfoetant. Catulum ipsis adscribit Isidor. duos, tres, aut quatuor Odonus. Clarissimè omnium quadrupedum cernunt, ideò quidam corpora solida visu penetrare fabulati sunt. Velocis sunt cursus, adeò, ut eum saltu præcipitent. De urina ita Plinius. Lyncù humor ita redditus, ubi gignuntur, glaciatur arefcitve in gemmas carbunculis similes, & igneo colore fulgentes, lyn-

Ambros. de Digi. tat. l. 3. c. 3.

Galen. de usu part. l. 11. c. 24.

Locus.

Ovid. Metam. l. 15.

Gesn. in Hist. Quadrup.

Cibus.

Gesn. l. c.

Generatio.

Scaliger. Ex 210. Aristot. H. A. l. 5. cap. 1. Isidor. Orig. l. 12. c. 2. Plin. H. N. l. 28. c. 8. Visus.

curium vocatas, atque ob id succino à ple-
risque ita generari prodito. Novere hoc
sciuntque lynces, & invidentes urinam ter-
ra operiunt, eoque celerius solidatur illa.
Hoc postremum apud Ælianum & Isido-
rum invenies, prius Dioscorides vanum ef-
fe, quod lyncurium sit succinum pterigo-
phoron, & pennas ad se alliciat, faterur, &
Brafavolus inane esse experientia ipsa com-
perit. Tanta quoque oblivione, si prædam
ferens retrospexerit, occupari quidam af-
firmare audent, ut prædæ ipsius oblita a-
liam quærat. ego si id verum est, nimia avi-
ditati istud adscripserim. Æstate depilari,
hyeme valde hirsutum reddi, Odonustra-
didit, quod villosis animantibus commu-
ne. An viscera virulenta & spumæ rabido-
rum canum comparandi habeat, quod apud
Lucanum legimus, in medio relinquo. Haud
contemnendas habet in medicando vires.
Evonymus saxifrages herbas cum sanguine
ad minuendos calculos miscet; Wekerus ex
pinguedine ungentum ad eosdem pellendos
componit. Crollius sal ex lapide & oculis
cancris conficit. Unguis qui est in dextro
pede pro pollice, contra convulsiones ar-
gento inclusus & appensus valet. Eos-
dem omnes cum corio exuri efficacissime in
Carpatho insula tradunt. Hoc cinere po-
tu proluvia virorum, ejusdemque aspersu
feminarum libidines inhiberi, item pruri-
tus corporum, urinâ, stillicidia vesicæ. Ea-
dem & jugulorum dolori monstratur in re-
medio. Pellis Bononiæ centum viginti li-
bris venditur. Oppianus à magnitudine &
parvitate eas distinguit, sibi undiquaque si-
miles. In Italia duplex pellis ostenditur.
Ampla, ad albedinem magis tendens, quæ
lupi Cervarii esse creditur, & Ruffa, paulo
minor, quam Cati pardi autumant.

CAPUT IV.

De Tigride.

NOmen huic belluæ à velocitate datum
à Medis, qui tigrim sagittam vocant,
putatur. Genere masculino Varro extulit, fe-
minino Plinius, invenies & Tigrides in plu-
rali apud Philomelæ authorem. Ad magni-
tudinem canis leporarii & ultra excrecere,
quidam putant, ad equi Nearchus. Visa pel-
lis, cujus longitudo quinque pedum mensu-
ram superabat. *Oculos* habet splendore igneo
micantes, *collum* breve, quale illis quæ pa-
fendi gratiâ cervicem in terram non deji-
ciunt, *ungues* aduncos, *dentes* acutos, *pedes*
multifidos. Magna ipsorum in Oriente & ver-
sus Austrum, in India nempe, intra Gangem
& Hyphasin fluvios, in monte Caucaſo, apud
Besingos Peninuleis vicinos, copia, ut ma-
lè, in Hyrcania duntaxat haberi, Poætæ pro-
diderint. Inveniuntur & in Java, ubi pro-
pter ipsorum metum minus gummi benjuini

colligitur, Bengala, & montibus Peruanis.
In Taprobana diuturna lucis usura frui,
nonnullis proditum. Omne animantium ge-
nus devorant. Elephantès sæpè superant, mu-
los pede apprehensos trahunt, oves, boves,
canes, &c. laniant, nec ab hominibus tempe-
rant: hædorum tamen præcipuè carnibus
delectantur: tanta verò aviditate feruntur,
ut viso animantis unius sanguine, per totum
cupiant ire pecus, ut apud Statium habe-
tur. Omne genus foemininum esse, quod
nulli mares capiantur, Tzetis memoriæ
lapsi cum aliis opinio. ideo ex vento conci-
pere prodiderunt. Fabulæ à velocitate ani-
malis apud veteres decantata origo, aver-
fos congregi, & multos uno partu catulos
edere, certum, nec inter se duntaxat miscen-
tur, sed & in canes exardescunt. Modum
porcreandi apud *Aristotelem* habes. Alligan-
tur, inquit, canes locis desertis, per quæ ti-
gres versantur, & nisi tigris in luxuriam sol-
vatur, lacerantur, sed cum desiderio vene-
ris premitur, miscet, quod Plinius, ut
apud Ælian. est, ita protulit. E tigribus
eos (canes) Indi volunt concipi: & ob id in
sylvis coitus tempore alligant foeminas. Pri-
mo & secundo foetu nimis feroces putant
gigni: tertio demum educant. In India Oc-
cidentalibus nullam Hispanis vim facere, in-
festare Indos, in provincia Bambæ albos ho-
mines non attingere, nigros adoriri, imò
homine albo & nigro simul dormientibus al-
bo intacto, nigrum corripere, Linschotta-
nus prodidit, an ad Sympathiam referre de-
beat, dubito: sed quod Elephanto viso ve-
hementer excandescant, quod bubalorum
fimo pellantur, quod denique ad sonum
tympani ferè insaniant, & seipos faucient;
inter antipathia exempla refero. *Vox* ipsius
proprie per rancatum exprimitur. Mutare
& frendere, ira correptum scilicet, Oppia-
nus dixit. Velocitati tremendæ & maximæ
dum capitur esse, constanter à veteribus
creditum. Totus n. foetus, inquit Plinius, qui
semper numerosus est, ab insidiante rapitur
equo quàm maximè pernici, atque in recen-
tem subinde transfertur. At ubi vacuum cu-
bile reperit foeta (maribus n. non est cura so-
bolis) fertur præceps odore vestigans. Rap-
tor appropinquante fremitu, abjicit unum è
catulis. Tollit illa morsu, & pondere etiam o-
cyor acta remeat, iterumque consequitur, ac
subinde, donec in navem regresso inanis feri-
tas sævit in littore. Et hæc veterum senten-
tia. Recentiores & ex his Bontius, inter er-
rores ponunt, quæ de velocitate dicuntur.
Quia hæc fera tardigrada est, ac hominem,
(multo minus aliam feram) vix cursu asse-
queretur, hinc est, quod apri, tauri sylve-
stres, cervi, sagacius hoc animal odorantes,
ejus unguis cursu facillè eludant: ideoque in
carrectis, ac inter virgulta latens circa flu-
mina, quo prædictæ feræ ad potum, ve-
niunt,

Cibus.

Stat. l. 8.

Tzetes
Chil. 12.
c. 339.
Genera-
tio.Ælian.
H. N. l.
8. c. 1.Aristot.
H. A. l. 8.
c. 74.Plin. H.
N. l. 8. c.
40.Sympathia
& Anti-
pathia.
Balb. in
Hodepor.
c. 34.
Pieriusl.
2. Hiero-
glyph.
Vox.
Oppian.
Cyneg.
Cursus.
Plin. H.
N. l. 8.
c. 18.Bontius
de Med.
Ind. p.
13.Dioscor.
1.2. c. 74.

Mores.

Lucanus
Pharf. l.
6.
Ufus.Plin. H.
N. l. 28.
c. 8.Differen-
tia.
Oppian.
Cyneg. l.
3.

Nomen.

Descri-
ptio.

Locus.

Leucurcuta



Leo Minor



Martigora



DE III



niunt, saltu obliquo in aliquam earum fertur, non secus ac feles in mures ac glires impetum faciunt: sic etiam ex infidiis hominem aggreditur, ac si, (quod sæpe fit) nimia cupidine prædæ aberraverit in saltando, lentè ac rugiens recedit: si quoque ab homine detectam se sentiat, abibit, &c. hæc Bontius, quo mortuo, multa quoque Exotica de plantis & animalibus interiisse doleo. De cætero, sobolis est amantissimi hæc fera, ideo viso homine protinus catulos transfert; ablatis, in obvium quodcumque crudeliter sævit, & rabie correpta, perit. Et si autem idomitæ ferè sit crudelitatis, indulget tamen aliquando patientiam flagello; & Ovidius, obsequium Tigres domare dixit, & apud Senecam, osculatur Tigrim suus custos. Nec desunt mansuefactorum exempla. D. Augustus Q. Tuberone, Fabio Max. Coss. IV. Nonas Majas, theatri Marcelli dedicatione, tigrin primus omnium Romæ ostendit in cavea mansuefactum: Divus verò Claudius simul quatuor. Sub Gordiano decem Romæ visæ, in triumpho Aureliani quatuor. Heliogabalus tigrides currui junxit. Nunquam tamen feritatem exuunt, aliquando submittunt, sed cum minimè expectaverimus, torviras mitigata exasperatur. Id Abdias Babylonius prodidit; nec ignotum, dum per urbem ad spectaculum ducuntur, campanulis cingi, ut spectatores ab improvise impetu sibi caveant. Sæpè nec catenis benè vinciuntur. Succo Mandragoræ vel opio in stuporem conjiciantur necesse est, ne per urbem deductæ, lædant. Posterioribus hujus feræ partibus in cibis Indos usos, prioribus tanquam Phœbo sacratis, quas versus orientem solem attollere, ut ajunt solent, abstinuisse, Philostratus author est. Tota carne Congitanos vesci, ab alis seu mustacibus quod eorum esu morte furiosâ corripiantur, ideò edictis Principum cautum est, ne quis pellem illis carentem venum deferat, abstinere, apud Linschottanum legimus. Ledesma Hispanus bubula carne nihilo deteriorem invenit. Ungues incolæ Cerebari in corollis texunt, his redimiti, animosiores se existimant. De *Generibus* Tigridum, nihil ferè apud veteres Authores occurrit. Equidem refert ex Ctesia Pausanias, esse apud Indos Manticora dictum animal, cui triplex dentium sit in utraque maxilla ordo, missiles in cauda aculei, idque Tigrim esse quidam opinantur. Strabo quoque ex Megasthene reliquit, Tigrides apud Prasios dupla fere ad Leonem magnitudine esse; quis tamen quæso id de Tigride sumendum probaverit. Apud recentiores tamen aliquot illarum *Differentiæ* occurrunt, quoad molem, furorem, & speciem. Vulgaris, inquit Nieremberg. nostris est major: huic alia similis, quæ, quia minor, ab Indis *tlaco ocelotl*, id est, parva tigris nuncu-

patur, maculis nigris & fuscis conscripta, non pallidis & candentibus ut aliis communes sunt. Peruani, ut Garcilassus putat, tigridem vocant Uturuncu: nam, quod Joseph Acoſta dixit, urfos dici aboronocos, corruptâ nonnihil ab Hispanis voce, non ita exploratum censet; veumari n. urfus dicitur. Ferociores sunt leonibus: avide Indos quærunt, etiam in domibus & casis; & nisi constanter fores sint clausæ, clanculum ingrediuntur, & correptum aliquem barbarum mordicus deferunt, non secus ac felis murem: nec adversus illas arbores asyla, quas ascendunt ut illinc dejiciant fugientem & lacerent. In expeditione Fedremani quædam tigris cohortem militum agressa, in medio omnium dilaceravit Hispanum unum, tres Idos, tutaque & impunis evasit. Nihil ominis tanta feritas elumbatur: si vel baculo circa renes cædatur, languet & vincitur; non alia via patet victoriæ. Nulla alia fera magis timetur Indis Occidentalibus imo in veneratione est. Dæmon illis sæpissimè specie tigridis loquebatur. Ungues venenati creduntur, nunquam reparatur plaga ex illis. Jam post introductum Evangelium reverentiam imo timorem hujus feræ amisit Barbaries. Capitur laqueis, alicubi muscipulis. In Bengala ferocissima invenitur, & contumacis odii: usque ad triginta millia insequitur per littora navim quâ aufugit læsor. Obviis præterea quibuscunque hominibus & feris atrox. Prævenit natura tantam pestem. Comitatur tigrim aliud animalculum, quod assiduo latratu illam indicat, quo audito feræ aliæ recedunt, aut conduntur, homines fugiunt. Sunt illæ tigrides humanæ carnis avidissimæ, avidiores Nigritarum quos internoscunt navium, si quam in ora perspexerint, per viginti leucas cursitando prosequi solent, ut si quis in terram exscenderit, devorent. De nocte in naves insiliunt, ut incautos navicularios opprimant. Referam hujus exemplum memoratu dignum, quod accidit interim dum nostri in Bengala agerent. Æthiops quidam servus cum somniasset à tigride se abreptum, sequenti nocte sub navis, qua vehebatur, prorâ se abscondit. Rogatus à Domino causam, somnium nocturnum enarrat; cujus veritatem illâ ipsâ nocte eventus probavit: omnibus n. dormientibus, tigris in navim insiliens, cæterisque qui plus quam triginta in navi jacebant, intactis, de sub prorâ miseri Æthiopsis apprehendit latus, & abripuit. Felicius alterius fors fuit, sed divina protecti providentiâ. Hic cum haud procul in navi ageret à littore, à tergo hinc cum tigris, ab aquâ è flumine illinc crocodilus invadit: sed audi casum. Tigris, ut adversarium præverteret, prædamque extorqueret, nimia velocitate ultra hominem delata, & in navis latus impacta, in crocodili fauces in-

Mores.

Plin. H. N. l. 8. c. 11. 17.

Jul. Capitol. in eod. Vopisc. in eod.

1. 6. Hist. Apostol. Thevet. Cosinogr. T. 2. l. 19. c. 7. Petr. Vistor. variat. lect. 4. c. 3.

Ufus.

Philostr. 1. 2. vita Appollen.

Petr. Martyr. Decad. 3. l. 2.

Differentiæ.

Pausan. in Bœot.

Strabo Geogr. 1. 15.

Nieremberg. Hist. Exot. 1. 9. c. 15.

cidit; hoc modo evasit. Dicit nequit, quantopere Bengalani tigris rabiem metuant: hinc variis è nominibus nuncupant, veritatem si proprio dicerent nomine, continuo dilacerentur. In Brasilia magna trigidum vis, quæ famelicæ horribili possent velocitate, tremendis viribus. Eadem passæ tantâ dicuntur esse ignavia, ut à gregariis etiam canibus confestim in fugam agantur. Non homines tantum perdit gula. In novâ Hispania speculatur ex arboribus ad ripas fluminum crocodilos: inde desiliit, & incautos occidit. Aliquando non minore jactura à tigride Indica infesta Darien fuit, quam olim à fero leone Nemea, & à rapido apro Calydonia, ut Petrus Martyr narrat. Integro namque semestri noctum ajunt exactam fuisse, nullam indemnem, quin vel juvencam aut equum, canem aut porcum, intra vici ipsius vias interfecerit. Armenta gregesque jam minuebantur: imo & minime tuto referunt domo exisse quenquam, eo tempore præcipue quando catulos alebat, tunc namque adoriebatur & homines, fame urgente catulorum, si homines prius occurrebant quam brutum animal. Necessitate cogente tandem ars inventa est, quâ tanti sanguinis poenas lueret. Exploratis quippe angustiis semitarum, quibus è cavernarum latebris ad prædam noctu prodire solebat: excavatâ ibi scrobe aliquâ, cratibus & aggesta terra levi superstratis, fallaciam occultarunt Indi. Veniens incautus (mas quidem erat) tigris decidit in foveam, & sudibus acutis in scrobis fundo defixis inhæsit. Saxistum ingentibus ex fossæ margine in eum sudibus infixum dejectis, peremptus est. In mille assulas, & mille frustula fixa dextra directas hastas, & ab alto jaculatas, dirumpebat. Semianimis & exanguis formidine replebat intuentes; quid solutus & incolumis fecisset? Joannes quidam Ledesma Hispalensis, Vaschi Nunnes amicus, & laborum focius, de tigride illo se comedisse fassus est, bovinaque carne nihilo deteriore esse retulit. Unde tigridem esse dicant, interrogati qui nunquam tigridem viderant, respondent, à maculis, à feritate, à dexteritate, signisque aliis ab Auctoribus datis tigrim arbitrari, cum & pardos pantheras maculatos ex ipsis plerique se vidisse prædicent. Tigridem mare perempto montes versus vestigia ipsius secuti, antrum, conjugale ipsius domicilium, adeunt, duos absente genitrice catulos uberibus adhuc matris indigos auferunt. Mutato consilio, quo grandiusculos effectos in Hispaniam post hæc mitterent, ferreis catenis diligenter in colla compositis, ad maternum antrum parvulos reportant à matre lactandos. Post paucos inde dies regressi ad speluncam, nec catulos reperientes, credebant eos à matre in frustra præ rabie dilaceratos, ablatosque, ne quispiam eis frueretur. Assleverant nam-

que, solviè catenis nullo pacto potuisse vivos. Pellis peremptæ tigridis ad Hispaniolam, siccis herbis & culmo farta missa est ad Admirantum & Primores. Plura de his vide apud eundem Nieremberg. & Marcgr. H.B. l. 6. c. 10.

CAPUT V.

De Urso.

URsus, vel aburgendo, quòd impellendo tum homines tum cæteros animantes prosterнат; vel quasi orsus, quòd ore suo formet fœtus; seu quod in ventre orsus, extrâ ventrem linctû compleatur, vel quasi sursum, quia horret pilis, & *δασύτριχος* est, Latinis dictus est. Græci *ἀρσός*, vel ab *ἀρσάω* propulso, quod ad injurias propulsandas anterioribus pedibus valeat; vel ab *ἀρσέωμαι*, quòd sine externo alimento hyemem transigat, vocavere. Quantum ad Rationem externarum partium: *Corpus* ei crassum, & vix mobile, semper crescere quidam affirmant, inventosque longitudine quinque cubitorum, latitudinis tantæ, ut quodlibet vel bovis tergo vinceret, talemque Maximiliano Imperatori in Thermis Badenibus oblatum. *Pellis* ei spissa & villosa, *dentes* ferrati, & penitus reconditi. *Os* longum, *celeris oculi*, *pedes* manibus similes, in brachiisque & lumbis maxima vis, interdum posticis pedibus insunt. *cauda* diminuta, *genitale* simul ut expiraverit cornescens. Adde his, *mammæ* quatuor, *ventriculum* amplum, & *intestinum*, cum hyeme in antris dormientes capti exenterantur, vacuum, & adeò adductum, ut simul coherere videatur. Galenus nervos recurrentes, qui in aliis animalibus difficulter observantur, in hoc evidentissimè conspici posse scribit. *Caput* ipsis invalidum est, vel præsertim synciput, quod leoni fortissimum: ideò urgente vi, præcipitaturi se ex aliquarupe, manibus ex operto, jaciuntur. Eo tempore quo latitant, *sanguinis* exiguas circa cor tantum habere guttas, reliquo corpori nihil inesse, Theophrastus credidit. Nulla denique eis secundum Plinium medulla: axungiam & lardum habere, Monachis in Mesuen visum. In plerisque terrarum partibus degunt, sed in Germania, Polonia, Lithuania, Norvegia, &c & aliis Septentrionalibus, in Nova Zemla imprimis, maximè In Anglia nunc non reperiri, Gesnerus prodidit nec in Creta insula, Pliniu. In Africa quoque non haberi olim creditum, sed falsò. Esse, præter Herodotum & Solinum, Strabo testis est, dum Mauros, leonum, pardalium, & urforum pellibus indui scribit. Magis autem montanis quàm planis delectantur. Unde Alpina rupes apud Strumpfium animosis abundant: in montibus Peru, multi nigri stabulantur; & Pernes mons Atticus apud Pausaniam, venatione urforum clarus est, *πυρροσ* est animal. Plantis victitare apud Mathiolum,

Nomen.

Descriptio.

Vadian. in Melam.

Solinus Polyhist. Plin. H. N.

Aristot. H.A. l. 8. cap. 27. Scalig. ed. l. 8. cap. 21.

Plin. H. N. l. 8. c. 36.

Theophr. de animal. latitantib.

Locus.

Plin. H. N. l. 8. c. 58. & l. c. Herod. in Melpom. Solin. c. 29. Strabo Geogr. l. ult. Vietus.

Vrsus — *Baer*





Albertum, & Gesnerum invenies. Ille specie rubi qui mora rubicunda & odorata producit, delectari scribit. Iste, herbam cuculi, quam Botanici trifolium acetosum vocant. Hic, radices quasdam quibus cupiditas cibi expletur, & somnus conciliatur. Nam in Alpibus Helveticis ajunt, vaccarum pastorem, postquam ursum, radicem è terra avulsam comedisset, eminus vidisset, radice eadem, post ursi discessum degustata, tanto somni desiderio captum, ut in via se prosternere necessum habuerit. Herbam arum comedere, quamprimum è latibulis egrediuntur, Aristoteles author est. Sed & arbuſtum quoddam spinosum, foliis ferè ut apii divis, flore albo, baccis rubentibus, in montibus circa Tridentum panis ursi appellatur. Vescuntur & fructibus arborum, quas conscendunt, leguminibus, melle, cancris, formicis, & carnibus, seu præmaceratis & propemodum putridis, seu recentibus. Maxime tamen favos appetunt, habeturque apud Jovium faceta de quodam rustico in Moscovia historia, qui in cava arbore, profundo mellis gurgite collo tenus immerſus, & bido vitam solo melle sustentans, urſo in arboris ejusdem cavitatem, more humano se dimittentis, beneficio, cujus pellem tergoris manibus comprehenderat, extractus fuit. Piscibus in Islandia & glaciali Oceano vesci, Gabottus Venetus, prodidit. Bibunt quidem aquam, sed nec lambendo, quod carcherodontum, nec sorbendo, quod continuis dentibus munitorum proprium, sed aquam mordendo, ut apud Aristot. habetur. Ursæ veneris sunt appetentissimæ: Ideo, quoniam feræ gravidæ maribus non miscenscentur, præter lyncem & leporem, ne diutius maritis careant, & maturius ad Venerem redire possint, ventrem ante certum tempus elidere creduntur. Mares, in puellas quoque libidine ferri, proditum. Raptam ab uno in montibus Allobrogum quandam, quam venereo complexu profecutus est, & pomis agrestibus pavit, Philippus Cossæus, Constantiensium sacris præfectus, Gesnero retulit: Danorum verò Regum stemmata, à quodam dicto urſo, qui ex puella ab urſo compressa natus esse dicitur, deduci, & Saxo refert; & duo Magni Upsalenses Episcopos, Gothicos Reges ex urſo & virgini nobili originem ducere produnt. *Cœunt* mense Februario, seu hyemis initio, non eodem modo quo quadrupedes, sed intra mutuos amplexus, velut humanas conjugationes, seu ut Plinius, ambò cubantes complexique id est humanitus strati. Gravidæ latent, secretique honore reverentur maras gravidas. Uterum triginta dies ferunt. Pariunt tum unum, tum etiam duos, sed complurimum quinque. De *partus forma* variatur. Lucinæ illis properantius tempus est, inquit Plinius & Solinus, quippe uterum trigessimus

dies liberat: unde evenit, ut præcipitata fœconditas, informes creet partus. Carnes pauxillulas edunt, quibus color candidus, oculi nulli, nulli pili, & de festinâ immaturitate tantum rudis sanies, exceptis unguium lineamentis. Has lambendo sensim figurant, & interdum ad pectora fovent, ut adſiduo incubatu calefacta, animalem trahant spiritum. Idem Aristoteles, Oppianus, Ovidius, & alii dixere. Inde quibusdam Ursus quasi Orſus dicitur. At recentiores contrarium experientia docuit. Capta in valle Anania supra Tridentum gravis urſa, quam exenteratam, catulos omnibus membris distinctos gestasse, animadversum est. In senatus verò Bononiensis Musæo, urſulus à cæſo matris utero extractus, omnibus suis partibus formatus, in vitreo vase fervatur. Nec malè Camerarius opinatur, secundinarum quibus fœtus urſæ obvolutus est, tantam crassitiem, ut non nisi diuturno linctu à matre avelli possit, errori occasionem dedisse. Capitale *odium* gerit cum *Phoca*, *equo*, *apro*, *mortuis*, & *mappa*. *Phocam* summopere abominari Oppianus reliquit. Agnoscit *equus* hostem nunquam visum, ac protinus se parat ad pugnam: in qua arte potius quàm viribus utitur. Transilit enim urſum, & ipso saltu posteriores pedes impingit in caput. A mortuis abhorre dicuntur, quòd homines prostratos, ore ad terram verso, retentoque spiritu, illæſos relinquunt. Vifa mappa, teste Seneca, ad iram concitantur. Aconito quoque pereunt, nec non faba lupina, seu marcilio, quam consiliginem esse putat Gesnerus. Pisces etiam quidam nigri venenati in Armenia reperiuntur, quorum farina asperſas ficas si comederint, intereunt. Musica delectari, experientia docuit. *Vocem* si attendas, sævire dixit Spartianus, rugire alii. *Naturam* & *Ingenium*, sequentia testantur. Cum degustavere mandragoræ mala, formicas lambunt. Cum nausea laborant, myrmeciam adeunt, assidentesque linguam flurore dulci fluentem exertam, leviter tam diu tenent, donec formicis scaterere viderint. Vulnerati, siccis herbis sibi medentur. Ursæ à latitatione egressæ in liberam diem, tantant patiuntur lucis insolentiam, ut cœcitate obſitas putes. Oculi quia hebetantur crebrò, maximè favos expetunt, ut convulneratum ab apibus os, levet sanguine gravèdinem illam. In antrum, non recto sui corporis motu sed supina ingreditur urſa, & dorsi sui tractu repit, ut vestigia obliteret. Ibique postquam est egressa, se quieti dans, habitum corporis extenuat per quadraginta dies: è quibus quatuordecem immobilis manet, reliquis aliis movetur: tantum solo lingendo dextro pede se sustentat, eique intestinum eatenus adducitur, ut propemodum cohareat. Mares, inquit Plinius, quadragenis diebus latent, fœminæ quaternis mensibus.

Arist. Hist. Anim. l. 8. c. 17. Plin. H. N. l. 10. c. 73. Aristot. H. A. l. 8. c. 5.

Martyr. Decade. 3. l. 6.

Arist. H. A. l. 8. c. 6. Generatio.

Oppian. Cyneg. l. 3. v. 146.

Saxo Gramm. Hist. Dan. l. 10. Magnus l. 8. c. 2.

Plin. H. N. l. 8. c. 36.

Arist. H. A. l. 5. c. 1. Solin. Polyhist. c. 39. Aristot. H. A. l. 6. c. 30. Solin. d. l.

Ambros. Hist. quadrup. dig. l. 1. c. 5.

Antipathia.

Ælian. H. A. l. 5. c. 15.

Vox.

Solin. Polyhist. c. 39.

Plutarch. l. lectum animal.

Solin. l. c.

Plin. H. N. l. 8. c. 33. Ælian. H. A. l. 6. c. 3.

Plin. H. N. l. 8. c. 36.

Specus si non habuere ramorum fruticum-
que congerie ædificant, impenetrabiles im-
bribus, mollique fronde constratos Primis
diebus bis septenis tam gravi somno pre-
muntur, ut ne vulneribus quidem excitari
queant. Tunc mirum in modum pingues-
cunt. Ab iis diebus residunt, ac priorum pe-
dum suctu vivunt. Mirum dictu, credit
Theophrastus per id tempus, coctas quo-
que urforum carnes, si asserventur, incre-
scere; cibi tunc nulla argumenta, nec nisi
humoris minimum in alvo inveniri: sangui-
nis exiguas circa corda tantum guttas, reli-
quo corpori nihil inesse. Procedunt vere, sed
mares præpingues, ut movere sese facilè ne-
queant. Fœminæ non ita pinguescunt, quod
eo tempore pepererint. In iisdem licet fo-
veis, partitis tamen per scrobes fecubationi-
bus dividuntur. Exeuntes herbam arum di-
ctam, laxandis intestinis alioquin concretis
devorant, circa furculos cum dentiunt præ-
domantes ora. Si quando tauros adoriuntur,
sciunt quibus potissimum partibus immo-
rentur, nec aliud quàm cornua aut nares
petunt: Cornua, ut pondere defatigent, na-
res, ut acrior dolor sit in loco teneriore. Ani-
mæ virus pistilens. Contracta halitu ejus at-
tingit nulla fera, citiusque putrescunt affla-
ta reliquis. In Mysia ajunt esse genus albo-
rum, qui cum à venatoribus urgentur, ta-
lem halitum edunt, qui canum carnes pu-
trefaciat. Quantum ad *Usum in Cibis*, etsi ca-
ro urforum sit frigida, mucosa, difficilis
concoctu, spleni & hepatis in commoda: Al-
pinis tamen & Helvetiis, Brujerino teste, in
deliciis habetur, ipseque se eas in cœna apud
Symphorianum Campegium comedisse,
culinæ artificio conditam asseverat. Sed ju-
veniculis ille ursus erat, qualem, & quidem
hyeme captum, in cibis adhibere debere,
Bartholomæus Scappius scripsit. Licet n.
Quintili mense ob pabulum pinguiore sint:
tamen, quod caro tum malum odorem spi-
rare soleat, à mensis excluduntur. Cæterum
anteriores duntaxat pedes inter cibos sua-
viores ab Æliano reponuntur, quos & prin-
cipes viros appetere Michael Herus prodi-
dit, forte quod plurimum exerceantur. Sal-
fos & in camino siccatos qui ederunt, opti-
mum & suavissimum esse cibum Gesnero
retulerunt, nec amplius se mirari, quod eos
per hyemem inter latendum fugant. Cere-
brum venenatum esse Sava norola scripsit. In
Medicina magni sunt partes usus. *Oculus* ex-
ficcat & puerorum collo appensus, adver-
sus pavores nocturnos amuletum esse dicitur:
supra sinistrum hominis brachium alligatum,
quartanam febrem mitigat. *Sanguis*
panos & apostemata, in quacunque parte
discutit, & pilis qui in oculis nascuntur pro-
dest, & pulices enecat. *Adeps* livores & ma-
culas eximit: ambustis, cum lili radicibus
prodest: igni sacro illinitur: ulcera in tibiis

Solim. l. c.

Ufus.
Galen. de
Alim. fa-
cult. l. 3.
c. 2.
Brujer. l.
13. de ci-
bis, c. 41.

& cruribus admixtâ rubricâ sanat: rimas pe-
dum, alumine addito, farcit: raptos alopec-
iæ vitio capillos restituit, & unguento sym-
pathetico seu armario admiscetur. *Pellis* de-
morsis à cane rabido substernitur. *Pulmo*
attritus à calceamentis contractos ab infla-
matione tuetur. *Fel* articularum doloribus u-
tilissimum tradunt: ab Arnaldo Villanova-
no ad epilepsiam commendatur: tussim ad-
mixto melle sanat: in pessum ad conceptum
promovendum adhibetur. *Pili* cum adian-
tho & arundinum radicibus adusti, magnæ
sunt in generandis pilis efficacix. Difficiles
partus solvi, cum quis tectum in quo gravi-
da sit, lapide quo ursus interfectus est, trans-
miserit, Plinius fabulatur. Adhibetur ursus
& ad alia. *Pelles* Samojedis & Lapponibus
ad vestimenta inserviunt: aliis ad stragula.
Olim equites, loricas & galeas iisdem tege-
bant, ut truculentiores apparerent. Palla-
dius ferramenta quorum in agris colendis
usus, sebo, adversus grandinem & gelu in-
ungit: Mizaldus, cortices vitium adver-
sus erucas & glaciem. Fuit eorum & in spe-
ctaculis ac suppliciiis sumendis usus Anna-
libus notatum est. M. Pisone & M. Pisone &
M. Messala Coss. ad XIV. Calend. Octo-
bris, Domitium Ænobarbum ædilem curu-
lem urfos Numidicos centum, & totidem
venatores Æthiops in Circo dedisse. *Diffe-
rentias* quod spectat, sunt Magni, Parvi,
Nigri, Albi. Tales infestavere Hollandos,
cum per glaciale Oceanum transitum in
Catajam quærerent. Stupendæ erant ma-
gnitudinis. Nam occisor. pelles ad tredec-
em pedes ascendebant. Sunt & in Mysia al-
bi, quorum superius facta mentio. Strabo
fulvosum, in illa Arabiæ regione ultimo pro-
montorio contermina notarit: Agricola in
fuscis & nigris dividit. Helvetii parvos,
saxatiles, magnos *capitales* vocant. Sunt &
in novo orbe ignavi, qui solis formicis victi-
tant, canibus cedunt, & bacillo percussi
fugiunt, nec ullum caudæ vestigium habent:
Myrmeciphagos appellare possis. Inveniun-
tur in provincia Veræ pacis maximi, lanig-
eri satis, nigris pilorum sive lanæ grumis.
Cauda illis palmaris duntaxat: manus velut
humanæ. Simi sunt velut nigritæ, rotundo
rostro, depili & rugoso: In Virginia edun-
tur. Meticulosi sunt, fugiunt hominis, au-
fugiunt ad arbores, inde deturbantur, fan-
ciati jaculis. Provincia Beach, si Paulo Ve-
neto credimus, domesticos & innoxios pro-
ducit. Hoc unicum addere placet, habuisse
Suidrigellum Lithuanix Principem ursum
matutinis horis à nemore discedentem, qui
palatio appropinquans anterioribus pedi-
bus fores percutiebat, & cibo sumpto, reme-
abat in sylvam. Solent & sectæ cujusdam
apud Turcas religiosi, ex eremo egressi, cer-
vum vel ursum tintinnabulum colla feren-
tem per urbes & pagos circumducere.

Plin. H.
N. l. 8. c.
36.
*Differen-
tia.*

Purchas.
Navig.
T. 3. l. 4.
c. 5.
Strabo
Geogr.
l. 16.

Majol.
Colloqu.
7. de qua-
drup.

Nie-
remb. H.
E. l. 9.
c. 28.

Textor
Tomo. 2.
Off.

Lupus Wolff



Zilio Hyana

Vulpes Fuchs



Hyana





Lupus Marinus

Gesneri et Bellonij



Hycena



Gulo Vicihraes



T. 100

W. 100

W. 100



Lupus Scythicus



Semivulpa



Veruex Ethiopicq





CAPUT VI.

De Lupo.

ARTICULUS I.

De Lupo in genere.

Aldro-
vand.
Hiflor.
Digit.
l. 1. c. 6.
Nomen.

Descri-
ptio.

Alian.
H. A. l.
19. c. 26.

Clamorg.
l. de lu-
por. ve-
nat.

Galenus
de usu
partium
l. 10. c. 2.
Plin. H.
N. l. 28.
c. 20.
Galen.
l. 11. de
usu part.
c. 8.
Plin. H.
N. l. 11.
c. 37.
Locus.
Pausan.
in Phoci-
cis. Ari-
stot. in
Mirabil.

Olear.
Itiner.
p. 119.
Cada-
muff.
c. 29.

Cibus.

Lupum in genere & speciem considerabi-
mus, eidemque *Gulonem* adjiciemus.
Dicitur Latinis lupus, vel quasi leopus, quod
in pedibus leoninam virtutem gerat; vel à
Græco *λύκος*, à rabie nempe rapacitatis, vel
ἀπὸ τοῦ λύκου, à diluculo, seu quod in colore
pellis crepusculorum albedinem æmuletur,
seu quod primâ luce ad raptum exeat; seu
quod oculi ipsorum sint terfi & in tenebris
fulgeant. Græcis dicitur *λύκος*, *κυνίας*, si tex-
tus apud Varinum corruptus non est, *He-
sychio* *ὄλκος*, quod potest esse ab *ὄλεκος*. Alibi
κυνέπαινοι κύνες vocantur. Fœminæ, *λύκαινα* no-
men. Sunt verò lupi canibus magnis,
mastinis, seu pastoralibus similes, coloris,
ut in differentiis dicitur, varii. Habent
oculos ramos, qui splendent lucemque jacu-
lantur. *Dentes* serratos, teretes, acutos, &
inæquales. *Rictum* amplum, & os quod ma-
ximè diducunt. *Collum* in eas brevitatis an-
gustias compulsum, ut contorqueri retro-
que versari non queat: & si retrò velit aspi-
cere, totum corporis truncum contorqueat
neesse est. Ideò quidam ex solido osse con-
stare prodidere, sed falsò. Clamorganus
enim in dissectis vertebrae observavit, cui
& Philes adstipulatur. Habent & musculos
temporales magnos & nervosos, prodente
Galeno. *Cerebrum* quod cum luna crescit &
decrescit, si Alberto credimus. *Cor*, si sic-
cetetur, odoratum. *Tecur*, unguis equinæ
simile. *Genitale* osseum. *Pedes*, priores
quinis digitis distinctos, posteriores qua-
tuor. *Osium* substantiam densiorem. *Renes*
aliis similes, sed qui, in senectute, vermes
vel serpentes, quod se in tribus vel quatuor
cadaveribus observasse, Clamorganus scri-
bit, producant. In *vesica* lapillus reperitur,
qui Syrites dicitur. Nulli sunt in Sardinia,
si Pausania credimus; Creta, si Aristoteli;
Olympo monte Macedoniae, si Plinio &
Solino. Angliam hoc animalis genus non
alere certum. Sub Edgardo, Ednii II. ex-
scindi cœpti, in totum postea eradicati sunt,
non in Cambria tantum, sed in aliis quoque
provinciis. In Septentrionalibus provinciis
magna luporum copia: in Muscovia inpr-
mis, pecori, jumentis & hominibus insidiantur,
cujus exemplum apud Olearium in it-
nerario Orientali invenies. Haud paucos in
regno Senegæ inveniri, prodidit Cadamu-
stus. In provincia Scotiae Angusia, ejusque
valle Glamore reperiri, qui ferarum dunta-
xat raptu vivant, apud Boëthium habetur.
Carnivori sunt, & inprimis ovillam appe-
tunt. Ideò caulam ingressi, omnes ferè inte-
rimunt. Equis, bobus, anseribus, insidiantur.

Humanæ sapore maximè illiciuntur, si hu-
manum cadaver prius gustaverunt. Præ-
gnantibus capto odore insidiari Olaus M.
prodidit. Sed nec suæ speciei, si fames pre-
mat, parcunt: restaturque Clamorganus
duos lupos die antecedenti occisos, ab aliis
nocte subsequente devoratos fuisse. *Alia-*
nus verò animadvertit, fame urgente mul-
tos simul excurrere, vertigine correptum &
cadentem à cæteris lanari. Coram catulis
qui ablaçantur, prædam nuper voratam
evomunt, & grandioribus factis agnum vel
anserem apponunt. Præter carnes, plantam
illam Scythicam Borametz dictam appe-
tunt. In regno Congo oleum quod ex pal-
mis elicitur, sorbent. Terram quoque &
argillam comedunt. Inde fortè lapis lithar-
gilos dictus, qui in ventriculo, undecim un-
cias pendens, gyris & plicis intortus, à
Schenckio observatus est. Albertus, non fa-
me sed naturali instinctu id facere, dixit, ut
gravior redditus, quæ invasisset, sua mole
deprimere posset. Edsaturatus per magnum
temporis intervallum fert inediam, eique
tum venter latè projicitur, lingua tumescit,
os obstruitur, mansuetusque evadit: lingua
extenuata, iterum in lupum transformatur.
An cibos defodiant, ex æquo eosdem divi-
dant, & ad reliquias ululatu alios advocent,
quod Albertus prodit, venatoribus deciden-
dum relinquo. Coeunt eo modo quo canes,
in medioque coitu, inviti etiam coherent;
coeuntque uno anno non nisi per dies duo-
decem, quos à natali Christi quidam compu-
tant. Libidinis tempore acrius in eos qui ac-
cesserint sæviunt, inter se tamen, quod gre-
gales non sint, non dimicant. Gerunt utero
duos menses, & tandem quoad numerum &
cæcitatem catulorum ut canes pariunt. No-
vem catulos generare vulgaris apud Helve-
tios sermo, teste Gesnero, qui etiam ex Rhæ-
to quodam audivit, catulos in Rhætia circa
Calend. Maij, septem vel novem aliquando
ex una parente, ex latibulis auferri. Idem
ajebat vulgò ferri lupam primo partu uni-
cum eniti catulum, secundo geminos, & sic
deinceps, singulatim catulo semper auctio-
rem fieri partum, usque ad decem, inde
sterilescere. Intra duodecim dies parere,
quod Latonam oberrantem totidem die-
bus ex Hyperboreis Delum deduxerint,
sub specie lupæ, propter metum Junonis,
fabulosum est. Antipater apud Plutarchum
partum projicere adserit, cum glandifera
arbores florem abjiciunt, quo gustato uteri
illarum referantur; cum ejus copia non est,
partum in ipso corpore emori, nec in lu-
cem venire posse: præterea regiones illas à
lupis non vastari, quæ glandium quercuum-
que feraces non sunt. Potus sunt parcissi-
mi. De *Antipathia* hæc apud authores oc-
currunt. Homo, quem prius viderint con-
ticescit: & anticipatus obtutu nocentis,

Olaus de
gent.
sept. l. 18.
c. 10.
C. a norg.
l. de ve-
nat. lupi.

Porta
Physiog.
l. 4. c. 4.
Linschor.
in Navig.

Sckenck
in Hist.
monstror.

Genera-
tio.
Aristot.
H. A.
l. 5. c. 2.

Aristot.
H. A.
l. 6. c. 15.

Plutarch.
prob. 38.

Antipa-
thia.
Solin. in
Polyhist.

licet clamandi votum habeat, non habet vocis ministerium. Oculus erutus, quadrupes domesticas terret. Mulier si unquam supra calidam lupi urinam minxerit, non concipiet. Cauda ad præsepe suspensa, facit ne comedant. Rumpi traditur equos, qui vestigia luporum sub equite sequantur: quod si lupi calcaneum equi quadrigam trahentes conculcent, sistuntur tanquam ii cum quadriga conglaciassent. Oves ab eo adesa suaviorem habent carnem, verum lana pediculos & pruritus generat. Agni nuper nati, nec alicujus animalis effigiem extra caulam conspicati, audito repente luporum ululatu, examinantur. Pellis eorundem lupinæ superposita statim depilatur. Stercus in ovili occultatum, pecudes quiescere prohibet, nisi auferatur. Fides ex intestinis ovium, cum intestinis luporum permixtæ, obstrepentes omnem citharæ concentum interturbant, quod tamen falsum esse experientia docuit. Scillam si contigerit repente contrahitur. Lapidem ideo perhorrescit, quod in parte à faxis icta vermes nascantur. Scintillis ex silice emicantibus ita terretur, ut etiam famelicus accedere non audeat. Tympanum ex ejus corio formatum cætera animalia fugat. Cantus denique & sonus ipsi inimicus est. Pythiocaris tibicinem, cum tibiâ magna contentione incitatos numeros caneret, impetum luporum repressisse prodit. Gesnerus verò novit quendam, qui cum lapidibus lupum terrere non posset, sono tympani, quod gestabat, perterrefactum fugavit. Dicitur Psittacum amore prosequi. *Morbos* si attendas, rabie, podagrâ, & cynanche laborare solet, lycoctono sumpto interit. Vulneratus, in luto se volutat, & sic sanguinem sistit. Per multos annos vivunt, & ex dentibus in senectâ malè afficiuntur, ita ut etiam edentuli fiant. De *Morbis* & *Ingenio*, ut aliquid dicamus, viscera quia habent infirma, ideo herbas comedunt, Dracontium imprimis ad acuendos dentes. Breves, inter cæteros magis audaces putantur. Cum in foveam inciderunt, vel se inclusos sentiunt, præ stupore innoxios se exhibent, quod una & altera historia, Gesnerus confirmat. Percussores cognoscunt, & ex observato invadunt. Fætus suos amant: femina partus custodit, mas pro catulorum salute cibos ad ipsam defert. Cum fugiunt, catulos secum ferunt. Cælo præcipuè nubilo insidiantur, ut magis lateant. Cum per folia incedunt, ne strepitum faciant, lingua pedes suos lambunt, & lubricos reddunt. Fluvios transmissuri, ne undarum fluctibus abripiantur, singuli apprehensis morsu prænantium caudis, unâ serie transmittunt, à quo ingenio *λυκάβας* annus dicitur. Suidas *χειρῶν ὄρα*, ita transmittere ait. Apprehensis quoque mutuò caudis, bovem è palude extrahunt. Dum cibum capiunt, vel in-

tuentibus irascuntur. Si homo pariter & aliud animal se offerant, semper homini, narrante Alberto, parcent. Narravit sanè mihi, inquit Conradus Gesnerus, quidam, lupum se vidente, morsu comprehendisse lignum triginta vel quadraginta librarum in sylva, & cum eo se assuefecisse transilire grandem eo in loco arboris abscissæ truncum: tandem, cum satis peritus transiliendi sibi videretur, se abscondisse: & adveniente propter fatam ibi avenam porcâ sylvestri, cum pluribus ætate differentibus porcis, aniculis, bimis, prorupisse, apprehensoque porco, qui æqualis pondere videbatur ligno, quo cum transilire truncum didicerat, saltu retrò truncum se recepisse, & interemptum ibi porcum devorasse. Aliquando cum canibus amica societate confœderantur, & caulas invadunt. Si in minorem aliquam pecudem inciderint, auricula comprehensa, secum currendo abducunt, renitenti clunes caudâ feriunt, ita ut lupo interdum celerius currat. Ubi caulas intraverunt, omnes interficiunt, antequam aliquam ad comedendum attingant. Tauros à fronte adoriri non audent, quod cornua extimescant. Quamobrem primum, quasi rectâ viâ pugnaturi essent, minas gerunt, & illorum oculis sese crebrò inculcant: deinde se retorquentes in dorsum insiliunt, & acerrimè ad ejus perniciem incumbunt. More equorum & canum per ætatem canescunt. Famelici, noctu vento adverso, odorem escæ, per medium milliare sentiunt, inventumque cadaver trahunt & devorant. Quandoque uno ululante alii conveniunt, & omnes simul equorum gregem adoriuntur, quod in Bononiensi territorio sæpe accidere solet. Turmatim etiam progrediuntur, & nocte intempesta, juxta destinatum pagum commorantur. Interim illorum unus in pagum excurrens canes excitat, & simulata fuga, usque ad insidiarum locum, ad se persequendum invitat; ubi canes ab aliis lupis dilaniantur. Frondes & salices ramulos porrigunt, ut capras his gaudentes inescant. Vocis ferè oblitus eramus, quem eruditi ululatum vocant; Græci, per *ὄρα* & *ἀπόρα* exprimunt. Ad mensas inter honestos non admittitur, quod carnem habeat ficcâ, crassâ, fatidâ. In Insubria tamen aliquando editur. In *Medicina* multi est usus. Vivus, oleo cerati modo incoctus ad podagram laudatur. *Corio* ventrem constringere, in colica prodest, si Rhasi credimus. *Carnes* edisse, parituris prodest: aut si incipientibus parturire, sit juxta, qui ederit, adeò ut etiam contra illatas noxas valeat. *Adeps* antipodagricis unguentis admiscetur. *Sanguis* cum oleo nucum mixtus, furdidati prodest. *Caput*, sub pulvino reconditum, somnum inducit. *Oculus* dexter falsus ad alligatusque, febres periodicas arceat. *Dens* gingivas extenuat, quo

Gesner.
Histor.
Quadrup.
p. 723.

Ælian.
H. A. l.
5. c. 19.

Ambrosio.
fin. de
Digit.
l. 1. p.
147.

Albert.
l. 2. de
Animal.
Vox.

Ufus.

Gesnerus
Histor.
Quadrup.
p. 721.
Plin. H.
N. l. 8. c.
22.

Ælian.
H. A. l.
8. c. 14.

quo dentes levius proveniant. Qui per *lupi guttur* in synanche bibit, evadit. Hoc experimentum se ab Adolpho Occone accepisse, Agricola fatetur. *Cor* antepilepticis admiscetur. Medicamentum quod in M. S. Gesnerus invenit, ex visci quercini unciâ, visci de piro unc. f. mucronum de cornu cervi scobe dr. ij. cordis lupini dr. j. componitur. *Hepar Archigones* apud Galenum ad oris crustas commendat. Haud pauca de ejusdem usu apud Marcellum habebis. Idem, tussim ex vino tepido sanat, & phthysicis medetur. *Fel* cum elaterio umbilico alligatum, alvum solvit. Pars de *virga* in furno assa & incisa sumpta, veneris appetitum excitat. *Testiculus* dexter oleo permistus, & cum lana genitali muliebri applicatus, desiderium coeundi adimit. *Stercus*, colicis potandum, tempore Galeni, cum successu dabatur: imò, vel appensum, juvabat: sed in fruticibus & vepribus colligebatur. Vide Galenum. *Quin* & ossa in excrementis inventa, colo medentur alligata brachio, si terram non atigerint. *Ossa* exsiccata & in pulverem redacta, dolorem intercostalem tollunt. Infervit & aliis. Nam caput in columbario suspensum, mustelas & feles arcere dicitur. *Rostrum* inveteratum veneficiis resistit. Sanguis circa agrorum fines sparsus, lupos arcet. Eodem olim in sacrificiis utebantur, cum *Dæmonas* invocabant. Adipe novæ nuptæ, postes apud Romanos inungebant. Cauda supra præsepe suspensa lupos à stabulis arcet. De *Differentiis* sequenti articulo agemus.

ARTICULUS II.

De Lupo in specie, & de Gulone.

EX Lupis, alii sunt *Sylvestres*, alii *Aurei*, *Scythici*, *Marini*. *Sylvestrium* in Doffriis montibus, qui Norvegiam à Suecia dirimunt, Olaus, Sardinia Lonicerus, meminit. Villosior est vulgari, flavi coloris, & caudam erectam gestans. Frequens est ejus apud Mediæ populos in ludis usus. Armati cum eis congregiuntur. *Aurei* à colore flavo eoque pereleganti ita vocantur. Minores sunt lupis communibus, voracitate tamen pares. Gregatim incedunt hominibus & armentis innoxii. More canum latrare videntur. In Cilicia & Turcia visuntur. Turcarum domos & tuguria noctu subeunt, & quicquid in eis esculenti reperiunt, devorant: quod si nihil horum obvenerit, pileos, vestes, calceos, & quicquid coriaceum est, auferunt. Ex pellibus vestes parantur. *Scythicus* in ultima Scandinavia, post Norvegiam & Gothiam reperitur. Animal est lupi magnitudine, perpetuò iracundum, Ger-

mani ab acie unguium, quibus maximè sævit, Grimmeklaw vocant. *Marinus*, animal est amphibium, magnitudine urfi, pelle adeò dura, ut gladiis penè sit impenetrabilis. Caput habet enorme, Oculos permultis pilis obumbratos; naribus & dentibus caninis; pelle villis erectis hispidâ, nigris maculis distincta; caudâ oblonga, crassa, villosa. In ventriculo nonnulli lapilli reperiuntur. Pinguedine scatet. Conspicitur in Oceani Britannici littore. In Insula Angræ tanta eorum multitudo, ut quandoque miliaris armentorum grex esse videatur. Visuntur & in insula post portum S. Crucis sita, & in Maritimo Peru tractu. Inimicitias cum avibus Buitri dictis gerunt, à quibus aliquando interficiuntur. Adeò amplas alas habent, ut extensæ spatium XV. pedum occupent. Lupo conspecto, altera lupi pedes apprehendit, altera ipsum rostro excæcat. Rugiunt ad instar leonum adulti; parvi, vocem hædorum imitantur. *Hepar* est edule. Angræ incolæ carnibus eorum tam recentibus quàm salitis nutriti, diu vivunt. Pelles ad vestimenta adhibentur. *Guloni* nomen à voracitate impositum est. Scalliger Vulturem quadrupedem; Crollius Boophagon Germani *Bielfras* nominant. Est, describente Miechovio, magnitudine canis, facie catti, corpore & cauda vulpinis, colore nigro. Reperitur in Lithuania, Moscovia, & aliis septentrionalibus regionibus. Vescitur cadaveribus, tantumque vorat, tympani instar infletur. Plenus, angustiam duarum arborum aut rupium angustiam ingreditur, & vi per infernas & superas partes excrementa trudit, rursusque ad cadaver regressa, sese implet. Congener ipsi fera Arabibus *Dabub*, Africanis *sesef* dicta, magnitudine & formâ lupum referens, quæ etiam cadavera eruit. Fortè est eadem cum veterum hyæna, quod & Gesnero placet. Sanguis hujus feræ pro potu venatoribus infervit: & melle rarissimo conditus, in pompis nuptialibus, propinatur. Pinguedine ulcera superlinunt. Intestina ad usum chordarum trahuntur. Ungulæ ab animali recenter avulsæ, & canibus aut felibus ostensæ, easdem fugant: appensæ, contra tinnitum aurium faciunt. Pellibus ob pulchritudinem vestes subducuntur: eorumque tegumentis honorabiliores hospites excipiuntur. Ideò ad exteros evehere non permittitur. Stuporem si verum est incutit, quod proditur, in cubilibus harum ferarum quiescentes, res naturæ Gulonis conformes, & quod semper comedant, somniare.

Bellon. l. 1. de aquat. c. 3. Lopez. Hist. Ind. l. 1. c. 3.

Miechov. in descript. Sarmat. l. 2. c. 3.

Leo African. l. 9.

Olaus l. 13. c. 6.

Galen. de compos. secund. loca. l. 6.

Plutarch. in Iside & Osir.

Ambrosin. Hist. Digit. l. 1. c. 7. Olaus de gent. septentr. l. 18 c. 11.

Bellon. obs. l. 2. c. 108.

Ambrosin. Hist. Digit. l. 1. c. 9.

TITULUS II.

De Digitatis semiferis.

CAPUT PRIMUM.

De Vulpe.

ARTICULUS I.

De Vulpe in genere.

Ambrosin. Digit. l. 2. c. 1.

Nomen. Isidor. Origin. l. 12. c. 2.

Descriptio.

Cibus.

Locus. Miecho. de Sarmat. c. 1.

Generatio.

Tantum de Digitatis feris. Semifera vocamus, quæ licet feris sint instructa moribus; ob parvam tamen corporis molem, ab hominibus facillè superari, regi, & domari possunt. Talia sunt; *Vulpes, Simia, Cercopithecus*, & alia hujus generis *Indica, Cynocephalus Papio, Upalim, Taxus, Castor, Lutra, Ichneumon, Mustela, Genetta, Animal Zibethi, Lepus, Cuniculus, Sciurus, Glis, Mus, Talpa, Echinus terrestris, Hystrix, & Tatus.* *Vulpes*, & ut alii volunt *Volpes*, vel est quasi volupes, quòd semper tortuosis anfractibus ad alias animantes decipiendas currat: vel quasi volipes, quòd ob cursus celeritatem volare videatur: vel quasi valipes, ob pedum valorem, Latinis dicitur. apud Græcos plurima habet nomina. Dicitur namque ἀλώπηξ, quod nomen tam in masculino quàm fœminino reperitur, παρα τὸ ἀλῶ & ἀψ ὠπός, à fallendis oculis, βαοαρίς & βαοάτη Cyrenensibus; θάμιξ, κερδῶ ab astutia, quæ Græcis κέρδι & κερδοσύνη; καθήρη, κερδάλη, κερδία κήλας, παρα τὸ κηλέη, quòd cauda ejus ad demulcendum apta sit; κίναθῶ, quod nomen quidam bestię omni imponunt; κινάνθηρα, κινάθη, seu κίδαθῶ, κίρα, κίραθῶ, κέρθρις, κολοβήρῶ, κοροίτις, λαμπυρίς, σκαφάρη, & cætera. Οὐαίην Phrygibus vulpem etiam significat. *Descriptione* non est quòd insistamus cum notissimum sit animal. *Genitale* mari osseum ut lupis, & mustelis. *Caudam* habet villosam, *Aures* breviores quàm canis. *Cibum* si spectemus, delectatur gallinis, anseribus, astacis, otidibus, cuniculis, leporibus, sylvestribus muribus, felibus, parvis canibus, quos coercere potest, locustis denique. Cum Massiliæ piscatores Buopas Mænarum genus & magnos astacos per noctem in navicula reliquissent, vulpes buopibus insidiata, ab astaco, forcipe, cui pedem interposuerat, capta est. Ab uvis quoque maturis non abhorrent, ut nec à pyris, si proverbium hoc sensu sumi debet. Non habentur in Creta, si Solino credimus. At in Russia frequentissimæ sunt: ut & Alpibus Helvetiorum locis. Ideò mercatores multas ibi pelles coemptas, in alias regiones divendunt. De *Congressu* tradidit Plinius, ad latera projectas coire, alii ad terram. Aristoteles, supervenientes commisceri. Invadunt & diversi generis animalia, modò corporatura & tempora graviditatis sint æqualia. Ideò ex cane & vulpe, ad montem

Aristoteles, Canes Laconici, *Alopecides* dicti, generantur. Pariunt catulos cæcos, quatuor ut plurimum; & parturientes ita secedunt, ut rarissimè gravidæ capiantur. Editum fætum lambunt, refovent, & concoquunt. Cum serpentibus adeò amicè vivunt, ut in iisdem cavernis quietè morentur. Hostilitatem verò exercent, cum plantis, avibus, & quadrupedibus. Ruta sylvestris cum eduliis gallinarum mista, vel ejus ramusculus sub alis gallinarum alligatus, easdem à vulpe tutas reddit. Milvus, vultur, & aquila, vulpium catulos sæpe rapiunt. Circus & Æsalo pilos ab iisdem avellit, Corvos & pulpem in caveâ clausos, tam acriter dimicare Avicenna vidit, ut corvi caput sauciatum sanguinem emiserit; corvus verò labia vulpis adeò constrinxerit, ut hircere nequaquam posset. Taxi cum vulpibus sæpe numero præliantur: hi taxos, cryptas stercore fœdando, fugant. Cervi eorundem gannitum reformidant. Lepores sunt in illis insulis frequentiores, in quibus nullæ vulpes. Ululando & latrando canem imitatur, quando irascitur & dolet; alioquin, cum aliquid, si domi alatur, petit, gannit & blandè immurmurat. Hinc κνυζαία seu κνυζία, propriè de canibus, queribundem ululatum eudentibus, profertur. *Moribus & ingenio* est dolosis. In Thracia amnes gelatos lacusque nonnisi ad pastus itura redituraque transit: & observatum, aure ad glaciem appositâ, crassitudinem gelu conjectare. In caverna, multifores aditus facit, ne tam facile à venatoribus illaqueari possit. Quia lupus contactu scillæ convellitur, latebris suis eandem apponit. Pulicibus infestata, manipulum fœni mollissimum, aut pilos ore continens, paulatim à posteriori parte in aquam se mergit, ut pulices ad caput ascendant, eoque immerso, in fœnum vel villum colligantur. Echinos in arctum constrictos, quia adoriri non potest, urina in os redditâ, suffocat. Cum lepore se ludere velle simulat, & incautum devorat. Famelica, insidiosè mortuam se simulans, spiritu compresso, exerta quelinguâ, postquam se in argilla rubra, ut cruenta quasi appareat, volutasset, accedentes aves corripit. In Ponto sic Otidas venatur, ut & sese avertens, & in terram abjiciens, tanquam avis collum, sic caudam extendat. Eæ, hæc insidiarum instructione seductæ, ad illam tanquam suam gregalem accedunt, & nullo negotio, capiuntur. In pedica capta, morfu pedem præscindit, ut aufugiat: nullâ fugæ patente viâ, mortem simulat. Gallinas in perrica sedentes, caudâ huc & illuc impulsâ perterrefactas, dejicit & devorat. Nihil de pisciculorum & vesparum captura, quos cauda astutè capit, dicem. In procera arbore deprehensa, jucundum aliquando sui spectaculum præbet. In ea enim tanquam in arce oppugnari solet: cum neque ignem timeat, nisi

Aristot. H. A. 1.6. c. 34.

Sympathia & Antipathia.

Vox.

Mores & Ingenium. Plin. H. N. l. 8. c. 28.

Albert. l. 2. de Animal.

Ælian. H. A. 1.6. c. 64.

Ælian. H. A. 1.6. c. 24.

nisi pars proxima ardeat : plarumque etiam acutas cuspides non fugiat, & perfodi potius sustineat, quàm in turbam canum descendere. Tandem verò descendere coacta, impetu quodam instar fulguris dejici solet, in numerosam canum cohortem, ut sagacissimos laniet, & à præstantioribus dilaceretur. Vulpium carnes nitidior vita damnavit. A Sarmatis tamen, Vandalis, & rusticis Gallis seu elixæ seu assæ comeduntur, ut olim à Bœotis. Incolæ insulæ portus sanctæ Crucis, aliquando crudas, aliquando parum fumo induratas vorant. Brujerinus qui eas degustavit, nescio quid virosi & agrestiti habere scripsit. At Galenus, vim ei inesse carnibus leporinis similem, reliquit. *Cerebrum* infantibus sæpius exhibitum, à comitiali morbo eos præservat. *Lingua* in armilla gestata à lippitudine : arefacta, in collo contra albugineas suspenditur. *Pulmo* phthificis commendatur : suspiriosis à Dioscoride, lienosis à Sexto propinatur. *Iecur* in jecoris affectibus præscribitur. *Fel* cum melle mixtum, oculorum caliginem delet : & in pessa, ad masculorum conceptionem, inditur. *Renes*, cum pinguedine, gonagræ opitulatur : iisdemque ad faucium tumores dissolvendos guttur perfricatur. *Testiculus* ad juvandum congressum & conceptionem in electuariis exhibetur. *Genitale* osseum oleo & bitumine imbutum, tanquam pessus, ad provocandos menses supponitur. *Pudendis* vulpis foeminae in cephalalgia caput circumdatur. *Sanguis* recens calculosis exhibetur, eodemque pudenda illinuntur. *Pinguedo* liquata & auribus instillata, affectiones earundem inveteratas tollit : nervorum morbis magno est adminiculo : Vnguentum ad calculum ingreditur : in alopecia mirandum in modum valet. Eodem pedes & manus à frigore præservat, dum modo sæpius antequam intumescant inungantur. *Stercus*, cum sinapi mixtum, Plinius, in ulceribus capitis adhibet : Rhasis cum oleo rosaceo mixto virgam inungit, atque hoc modo venerem sopitam excitat. *Pellem*, Galenus in capillorum affectu, Sextus in Podagra, dum calceos ex ea parari jubet, utitur. Ischiadicos ab ea juvari campertum est. *Cauda* summa pars brachio illius suspenditur, qui ad venerem iners est. Ex tota vulpe, oleum ad omnes arthritidis species valdè efficax, paratur. Pellem in vestitu usurpari, notissimum : nigræ inprimis, quæ aliquando quindecim aureis vænit.

Differentia Vulpium, à magnitudine, colore & more sumuntur. *Magnitudinem* si spectes, Odonus minores in Ægypto quàm Græcia reperiri scribit. In Peruana quoque sunt pusillæ, teterrimi odoris, adeo ut si urinâ aliquid sædaverint, fætor nunquam ablui possit. Quantum ad *Colorem*, dantur in sylvis septentrionalibus nigræ, candidæ, rutilæ, crucigeræ, & isatides. Visæ nigræ, quæ ab

aliquibus albis pilis, quodam ordine digestis exornantur. Ruffescentium duas species. Vna quæ guttur in albo nigricans, veluti carbonum pulvere conspersum exhibet. Altera, candidum, quæ species tanquam rarior in Germania magnifit. *Albarum* major in Suecia & Norvegia copia : sed maxima circa Novem Zemblam, quæ sole sub horizontem demerso emergebant ; emerso, occultabantur, quæque Hollandis ibidem vi frigoris constrictis, cuniculi carnes sapere videbantur. In *Crucigera* ab ore per caput, tergum, & caudam, recta nigri coloris linea protrahitur, deinde alia transversa per armos ad pedes, anteriores ducitur, quæ duæ lineæ crucis-figuram expriment. *Morem* si attendas, Ælianus in Caspiis regionibus vulpes esse scribit, quæ & urbes innoxiae ingrediuntur, & incolis tanquam caniculæ inserviunt.

A R T I C U L U S II.

De Vulpibus Indicis.

Vulpium Indicarum varia sunt genera, variisque ab iisdem nominibus insigniuntur, *Cojotl*, *Cuit lax cojotl*, *Azcacojotl*, *Ilpemaxtla*, *Oztoa*, & *Izquiepotl*. *Cojotl* animal est lupino capite, oculis vividis, magnis ac pallentibus, parvis & acutis auriculis ; rostro nigro, longo, nec admodum crasso ; Cruribus nervosis, & uncis ; Crassis unguibus ; cauda hispidâ crassaque ; noxio morfu ; fusco, longo, candidoque pilo. Magnitudine est inter lupum & vulpem mediâ. Frequens est in nova Hispaniâ, locis inprimis frigus & rigorem declinantibus. Victitat imbecilliorum animalium præda, maizio, & arundinibus saccarinis. Invadit aliquando & cervos & homines. Sagax est venatui, & vulpinis moribus, atque adeo injuria illatæ ultor, & ereptæ aliquando sibi prædæ memor, ut post dies aliquot agnoscat raptorem, insectetur obvium, & interdum etiam aliis sui generis comitantibus, adoriatur, & trucidet ; cognitisque magno studio & curâ adibus, ac interentis quibusvis domesticis animalibus, ulciscatur injurias, & pœnas sumat. Erga beneficos verò est tam gratus, ut allatis ante eum cohortalibus, & cæteræ prædæ parte, benevolentiam plarumque testari soleat. Fertur dolorem dentium pene ejus expurgatorum subito sedari. *Cuitlaxcojotl* iisdem quoque præditus est moribus, & forma etiam esset eadem, nisi Cuetlaxtli pilo similis videretur, unde nomen accepit : collo crasso, & impensè hirsuto, pectorisque & faciei pilorum longiorum acervo terrificus. *Azcacojotl* formicarum cavernis insidit. Cum noctu ululat, multiformes edit clamores. *Ilpemaxtla*, candido, nigro, & fulvo pilo vestitur. Capite est parvo, articulis modicis,

Ælian. H. A. 1.7. c. 30.

Nierem. H. Exot. 1.9. c. 10.

Blondus apud Gesnerum.

Ufus in Cibis.

Brujer. de re cib. 1. 13. c. 26. Galen. de victu at. ten. c. 8. Ufus in Medicamentis.

Differentie.

Scalig. Exerc. 217.

corpore gracili, ac quatuor ferè dodrantes longo, rostroque prolixo & tenui. Offenditur ubique, sed præcipuè calidis in locis. *Oztoa* genus est vulpis forma & magnitudine nostri simile. Tres dodrantes vix superat, nigro candidoque vestita pilo, sed quibusdam partibus fulvo. Incolit foveas. Alitur cohortalibus. In terræ cavitatibus occultè educat sobolem. Atrociter mordet. Cum aliter manus venatoris effugere nequit, simulat se mortuam. In cibi ibidem usum venit, quamvis crepitus ventris incolis sit fatidissimus. *Izquiepotl* maizium tostum colore imitatur. Duos est ferè dodrantes longa humilisque, rostro tenui, parvis auriculis, piloso & nigro corpore, ac præcipuè juxta caudam, quæ longa est, & nigro candidoque pilo, quemadmodum & dorsum universum vestita. Brevibus cruribus, nigrisque, & uncis unguibus. Vivit in antris inter faxa ubi educat prolem. Vescitur scarabeis, & vermiculis, cohortales jugulat, solumque earum devorat capita. Fundit, cum pedit, halitum fatidissimum. De urina superius diximus. In extremo constituta periculo, reddita urina, aut facibus dejectis, ad octo plurimumve passuum intervallum (tantà vis est excrementi) sese ab omni vindicat injuria, ac vestes inficit indelebilibus luteisque maculis, & nunquam satis perspirante putore. Editur ejus caro stercusve, saluberrimo eventu, ab iis qui lue Hispanica laborant. Sunt & alia duo vulpeculæ hujus genera, eadem penè forma & natura, quorum alterum *Izquiepatl* vocatum fasciis multis candentibus distinguitur: alterum verò *Conepatl* seu vulpecula puerilis, unica tantum utrimque ducta, perque caudam ipsam eodem modo delata. *Bachina* quoque dicuntur animalia vulpibus similia. Rotundiora sunt & jucundæ carnis. *Anne* etiam appellantur ab Indis, animalia illa fele domestico minora, pestilentis odoris, quæ oppida noctu adeunt: Fætor illa prodit, etiam si distent centum passus; nec fores, nec fenestra clausa obstant.

ARTICULUS III.

De quibusdam vulpi congeneribus.

PUNCTUM I.

De *Carygueja* & *Tajibi*.

Quinque imprimis in Brasilia invenio animalia, quæ vulpibus cognata esse videntur, *Carygueja nempe*, *Tajibi*, *Tamandua quacu*, *Tamanduani*, & *Coati*. *Carygueja* aliis *Jupatiima*, *Lerio Sarigoy*, *Ximeni Tlaquatzin* dicitur. Animal est ex descriptione *Marcgravii*, catuli seu mediocris felis magnitudine: *Caput* vulpinum habet. Ore acuminato, estque inferior pars oris paulò brevior superiore: linguam longam, quam

tamen os aperiens & morsum minitans non exerit, quamvis posset, sed versus posteriora attollit: *Dentes* instar felis seu vulpis, antè nimirum, tam superius quàm inferius parvulos, hinc quatuor longos caninos, superioris quidem longiores, inferiores breviores, hinc iterum sex alios, & de in molares: nimirum, sedecem molares, duodecim intermedios, quatuor caninos, & incisores parvulos, in inferiore mandibula octo, in superiore decem: nam duos majusculos in medio habet more leporis. *Nares* habet patentes, *Oculos* pulchros rotundos, nigros: *aures* pro more corporis amplas, longas, latas, vulpinas, quas erectas gerit, sed constant tenui membrana glabra, translucente, cui fusci aliquid admixtum. *Barbam* habet felinam pilis nigris, sub mento autem sunt breves, in superiore parte oris longiores, supra oculos aliqui, & itidem in utraque gena. *Caput* tres digitos aut paulò plus longum: aurium quælibet duos digitos longa, sesquiferè lata. *Collum* breve nec supra digitum longum: reliquum corpus septem digitos, usque ad caudæ exortum: *Cauda* pedem longa quam curvatum gestat, nam ea se arborum ramis more simiæ appendit. *Pectus* latiusculum. *Crura* duo anteriora breviora, nimirum quodlibet tres digitos longum, posteriora paulò plus quatuor. *Pedes* anteriores digitis quinque instar manus constant, unguibus albis, instar avium curris: posteriores longiores, ut in cercopithecis esse solet, item quoque digitis ut manus. *Pilis* vestitur longis, sed qui in capite, collo, infimo ventre & cruribus breviores: pili autem capitis, colli inferius, & caudæ inferius propè exortum sunt flavi: secundum longitudinem autem capitis per oculos & medium capitis, tendit ampla nigra stria; collo superius etiam nigri pili admiscuntur. Per totum autem dorsum, latera & caudam, superius propè exortum, maximam partem nigra est, sed leucophæis pilis admixtis. Cauda ab exortu suo tantum ad quatuor digitos pilola est, reliqua parte nuda, ubi cute vestitur, ad quatuor digitos nigra, quatuor digitos ultra albicante, fusco colore intermixto. Rotunda est, & sensim attenuatur. Mas foeminae per omnia similis. In infimo ventre propè crura posteriora, pellis ejus dupla est, & exterior rima scissa duos & semis digitos longa, facitque quasi bursam, pomi aurantii majoris capacem. Est autem hæc bursa intus pilosa, & continet mammas in interiore pelle ad ventrem, octo papillis: bursæ autem os arctè clauditur, ut non appareat, nisi duobus digitis distendatur. Hæc bursa ipse uterus animalis est, nam alium non habet, uti ex sectione illius, inquit *Marcgravius* comperi: in hac semen concipitur, & catuli formantur: & hæc ipsa, quam describo, bestia sex catulos vivos & omnibus membris absolutos, sed

Simia

Affe. 1



Cynocephalus
Hunds Kopf
Mommenet . . 1

Simia
Cynocephalus 2
Pertrand

Simia 2
Maimon 2



Cercopithecus
Simia Sylvanus L.

Cercopithecus
id.






Cajtaia

Cagui Brasil




Cercopithecus barbatus Guin

*Iuja sine Cariguébeiu
Lutra Indica*



*Cayj-bara Parcus flu.
Viaticis Bras.*

*Cuandu s. Ourico cachiero
Eijfern Vercken*



Capit. 17




Capit. 18



Capit. 19



Cercopithecus Major seu Manticora



Papio Pavion 2
Somia sphinx L.



Papio. 2



Cercopithecus
Meer Katz



fed sine pilis in hac burfa habebat, qui etiam hinc inde movebantur; quilibet catulus, duos digitos erat longus: in ea tandiu retinentur, donec ipsi sibi victum quærere possunt: inter ea tamen interdum progrediuntur foras, & iterum ingrediuntur. *Testes* sub ano habebat interius jacentes. Pellis ejus facillè detrahi potest, ut vulpina aut leporina, modò in ventre incidatur. Fætet animal instar vulpis aut Martis. Mordax est. Vescitur libenter gallinis, quas rapit ut vulpes, & arbores scandendo avibus insidiatur. Vescitur quoque saccari cannis, quibus sustentavi per quatuor septimanas in cubiculo meo; tandem funi cui alligatum erat se implicans, ex compressione obiit. Tantum Marcgravius. Invenitur in Dariene Brasiliâ, & Floridâ, & nova Hispania. Videtur quidem ei Ximenis Tlaquatzin descriptio competere: quin Nierembergii Cerigonam Brasiliensibus vocari scribit: icon tamen, quam Nierembergii exhibuit, ab icone Marcgravii planè differt, ut ex collatione unicuique apparere potest. Sed nec Ambrosini Vulpisima, vel Simivulpa huic, si iconem spectes, similis est. Ideò in mustellarum numero reposuimus icone hic adjectâ. Ut ut sit, cauda hujus animalis, magni est in Medicina usus. Drachmæ pondere ex aqua vicibus aliquot jejunis hausta, mundat ureteres, calculos expellit, venerem excitat, lac generat, colicis doloribus medetur, parientibus prodest, partum accelerat; & si masticatam imponas partibus quibus spinæ infixæ, extrahit illas. *Tai-ibi*, quod Lusitani *Cachorro do mato* appellant, animal est corpore tereti & oblongo. Vestitur pilis albis splendidibus, qui in extremitatibus nigricant. Caput habet vulpino æmulum, ore acuto, barba felinâ: oculos conspicuos & prominentes, nigros: aures subrotundas, molles, graciles, albas, teneras, ut charta mollis. Cauda in exortu ad quinque digitorum longitudinem pilis vestitur albis, in extremitate nigricantibus: reliqua pars major ad finem usque, corio tenui, squamoso, albicante, instar exuviarum serpentis cincta est. Caro graviter fætet: comeditur tamen. Pili tenui cuticulæ inserti sunt, quæ salvo corio crassiore detrahi potest.

P U N C T U M II.

De Tamandua-gvacu, Tamandua-i, & Coati.

T *Amandua-gvacu* animal est canis lanionum magnitudine, (Abbevillanus mollem equi attribuit) capite tereti, promuscide longissima, ore acuminato edentulo, lingua tereti, viginti quinque aut septem digitorum, imò duos pedes & semis subulæ instar, longa, quam in ore duplicatam gerit.

Oculos habet parvos, nigros. Aures subrotundas: caudam instar muscarii hirtam, fetis equinis constantem, unius fermè pedis latitudine, qua diducta se totum potest tegere: crura teretia. Pedes anteriores quatuor habent ungues recurvos, duos in medio maximos, duos & semis digitos longos, & ad utrumque latus minores: volam pedis rotundam. Pili capitis & colli breviores & anteriorum versi: anteriora albis vestiuntur: ad tactum omnes aridi sunt. Tardum est in currendo animal: & formicis vescitur. Tandem enim illarum tumulo linguam imponit, donec ab iisdem obsideatur. *Tamandua-i* est vulpeculæ Americanæ magnitudine. Caput habet acuminatum, rotundum, conum acutum repræsentans, paulum infra incurvatum: os nigrum, augustissimum, edentulum: oculos parvos, nigros: aures erectas, unum circiter digitum longas. Pilos totius corporis duos, splendentes, & ex albo flavescetes. Linguam instar subulæ teretem, octo digitos longam, quæ quasi canali inter inferiores genas incumbit. In prioribus pedibus quatuor ungues incurvos. Ferox est animal, sed mordere non potest. Baculo tactum posterioribus pedibus insidet ut ursus. Totâ die dormit, capite sub collo & anterioribus cruribus abscondito; noctu vagatur. Quando bibit, pars per nares iterum exilit. Quum mactarem hoc animal, inquit Marcgravius, maximam partem excoriatum adhuc vivebat, quamvis octiduum in ediam tolerasset. In rene sinistro superius processum triangularem inveni, per duplicem tenuem membranam reni adnexum: in intestinis multos teretes lumbricos: valvulas cordis insignes: vesicam fellis magnam. Corium est crassum. Caro vulpinam olet, & non comeditur. *Coati* est Brasiliensium vulpes, magnitudine felis, cruribus & manibus brevibus Cercopithecorum. Caput habet acuminatum, vulpinum: aures subrotundas & breves. Oris partem inferiorem superiore brevior: promuscidem longam & acuminatam: nares amplas quasi fissuras: oculos nigros: caudam suo toto corpore longiorem, quam superius erectam gestat & incurvatam, cujus pali annulatim variegati cum umbra & ochra. Quando comedit, anterioribus pedibus, tenet cibum. Arbores velociter conscendit ad ramorum extremitates. Habui aliquando ejusmodi animal cicuratum, inquit De Laet, & valdè domesticum & mihi amicum, ita ut ad os meum eniteretur, & ex illo cibum caperet: sed cum caudam suam prærodere cœpisset, non potuit ab ea abstinere, ita ut illam tandem penè totam consumeret, & moretetur.

Marc.
H. B. l. 6.

Merc.
Hist. B.
l. 6. c. 6.

CAPUT II.

De Simia.

Nomen.

Anglic. de re. proprie.

Descriptio.

Aristot. H. A. l. 2. c. 8.

Galenus Comm. 3. supra Hippocr. de articulis.

Galen. de usu part. l. 16. c. 6.

Vesal. de fabrica corpor. humani.

Simia seu Simius, vel à depressis & simis Snaribus, (σιμῖος Græca vox est) vel quasi mimia, quòd facillè hominem imitetur, Latinis dicitur. Festus *Clunas* appellavit. Bartholomæus Anglicus quasi Simeas, id est, hominibus similes dici voluit. Apud Græcos vocatur *σιμῖος*, *σιμῖον*, *σιμῖον*, *παρὰ τὸ μιμῖος*, quod facile ad humanarum actionum imitationem persuadeatur, *ἰμιμῖα*, quasi gesticulator; *σιμῖον*, veteri Hetruscorum lingua, *Βίτις*, quòd facillè arbores scandat; *καλίπ* Laconibus, Gyraldus *καλλέαν* vocari observavit. Tam pronâ corporis parte pilosa est, quàm supina. Pilo crassiore vestitur. *Nares*, aures, dentes, tam primores quàm maxillares, hominis more habet. *Cilium* in utraque palpebra prætenue & prolixius, inferiore imprimis. In *pectore* binas mammarum papillas; & brachia hominis modo sed hirtiuscula, quæ & ipsa & pedes ut homo inflectit. Manus, digitos, ungues, hominis similia, etsi rudiora, efferatioraque. *Pedes* ipsi sui generis, sunt enim velut manus majusculæ, & digitis ut manus constant, medio longiore. Vestigium etiam manus simile est, nisi quòd in longum se porrigat, & volam referens tendat ad postrema. *Callosus* hoc sui parte extremâ est, & calcem ineptè atque exiliter imitatur. *Lacertos* habet & femora proportionem cubitorum & tibiarum brevia. *Umbilici* loco qui eminere solet, durum quid. Partem corporis superiorem multo majorem quàm inferiorem. Carent natibus utpote quadrupes, caudâ utpote bipedes. *Internas partes* si spectamus, *Cor* habet pyramidale: quamvis cujusdam cum duobus acumminibus repertum sit. Venæ & arteriæ per brachia perinde ac in hominè distribuuntur. Vena, quæ in dextram cordis aurem fertur, moxque in ejus sinum dextrum penetrat, in iis supra aurem cordis sita est. Quæ à cava propagantur, & in renes inferuntur, amplissimæ sunt, post deferuntur ad testes. Musculi temporales sunt exiles & debiles. Auris substantia immobilis. Carnosi, qui nates integrare solent, ridiculi sunt. Etsi verò in multis partibus hominè assimilatur: in multis tamen quoque differre certum est: nempe, musculis thoracis & brachia moventibus; in iis quia cubitum & femur agunt; in manus internâ structura; in musculis digitos pedis moventibus; in tendine pedi sublato; in colo, mesenterio, & pulmonis quinto lobo venam sustinente. Sed & in ossibus ab humano sceleto discrepat. Ad lumbos enim sex vertebræ conspiciuntur: humeri articulus plurimum est à thorace abductus: Crura non recta ad spinam tendunt, ideo dum bipes incedit, claudicat. *Pedes* ha-

bet concavos, & digitos valdè fissos. Plura apud Aquapendentem occurrunt. In plaga Orientali, & aliis calidiori coelo subjectis nascuntur. In Lybia, Mauritania, parte Caucasii montis quæ in mare rubrum porrigitur, regno Basman, & cæteris. Omne latifundium, quod inter Ægyptum, Æthiopiam, & Lybiam diffunditur, omni simiarum genere repletum est. In Indiæ montibus, tantæ earum copia, ut sæpè Alexandri exercitui terrorem incusserint. In regno Basman, captæ, & mactatæ, excepto mento depilantur, & aromatibus conditæ exsiccantur, mercatoribusque venduntur, qui aliò translatos pro homunculis marinis venditant. Montanis tamen potius quàm planis delectantur. Ideò montes Enifæ, prodente Leone, frequentant. Herbis & tritico delectantur, ideo ad maturas spicas magno comitatu incedunt. Pediculos quoque humanos, vermes & ataneos vorant. Inter fructus pomis & nucibus potissimum fruuntur: at reperto in iis amaro cortice, totum abjiciunt: sed & carniū sagina delectantur, à quarum esu pilos deponunt. Vinum etiam bibunt. De *Generatione* pauca occurrunt. Natalis Comes circa æquinoctium vernum commiseri, & circa solstitium æstivum duos catulos parere prodidit. *Ælianus* quoque binorum fætuum meminit, quorum unus charior ulnis gestetur, alter contemptus penes matrem inambulet. Solent tamen quando in urbes ducuntur, in sexum muliebrem furere. Amicitiam gerit cum cornice & cuniculis: cum gallo, testudine, torpedine, & limacibus dissidet. Cornix, sedulò ipsius speciem admiratur. Cuniculos aliquando in Anglia, apud virum nobilem, contra mustelas defendit. Ob antipathiam matricidæ culeo insuto, gallus simia & vipera addebantur, ut simia gallum persequeretur, vipera gallum fugiens, in hominem sæviret. Testudinem in capite pueri conspicata Romæ quædam, ita exhorruit, ut præ timore, alvi & vesicæ excrementa redderet. Si limacum corona eidem circumponatur, nec eas comprimere, nec attingere audeat. Laborat hernia, propter omentum ponderosum, morbo comitali, atrophia, inflammatione hepatis, splenis, vesicæ &c. Galenus valdè emaciatam dissecuit, & cæteris partibus illæsis in pericardio tumorem præter naturam invenit, qui humorem qualem hydatides emittere solent, continebat. De morsu nihil dico. Virosum esse tradunt; & Avicennas, emplastrum excinere cum melle & amygdalis amaris imponit. Naturam, mores & ingenium quod spectat, in maxillarum cavitatibus cibaria condunt, indeque sensum ad mandendum manibus expriment. Ad eò petulantes sunt, ut & leones, illorum clunibus affixæ, exagitent. Injuriam diu meminisse prodidit Albertus; facillè obli-

Aquapend. de sensib. l. 2. c. 8. Locus.

Leo Africa. l. 3. Cibus.

Generatio.

Ambros. Histor. Digit. l. 2. c. 5.

Porta Physiog. l. 7. c. 8.

Galen. de l. aff. l. 5. c. 2.

Natura Ingenium.

visci,



Cercopithecus Sagovin Clusij



Mapach



Cercopithecus Barbatq Clusij




Iguavu siue Haut Clusij



Armadillo Genus Alterum Clusij



Armadillo siue Aiatochthi



visci, alii. Mansuetæ catulos suos omnibus ostendunt. In nœomenia exultant, in interlunio summâ tristitiâ afficiuntur. Statim atque per tactum, aut mortem, aut morbum putridum deprehenderit, inusitato narium strepitu personant. Ideo Crollius credit, Medicos sphymicam ab hoc animali edoctos. Aliquando transverso latere facilius gradiuntur. Inventæ quæ aurigæ munus obibant: latrunculis cera effictis ludebant. Fuit quædam, quæ cum infantem à nutrice lavari & fasciis involvi videret; absente, eundem nudatum in ferventem aquam abluendi gratia imposuit, & interfecit. Quæ Pareus de simia in ædibus Ducis Somei habet, vide apud Ambrosinum. Dum quæ venatores facere vident, imitantur; faciliè capiuntur. Nunquam ita mansuescunt, quin faciliè fiant rabidæ. Delectantur, quidem puerorum & canum lusu, sed non custoditos strangulant, vel ab alto præcipitant. Vino inebriantur. Zabeces & Zyantes Africa populi, iis vescuntur, ut Herodotus prodidit. Carnem frigidam & austeram Rhæsis judicavit. Cor assum & cum melicrato coctum memoriam acuit: quod Porta signaturæ adscribit. Quantum ad *Differentias*, forma, colore, jubis & magnitudine discrepant. Aristoteles in Caudatas, sine cauda, & canicipites dispescit, quod & Oppianus sequitur. Plinius, coloris albi apud Orseos in India vagari asseveranter scribit. Marcus Polus, quasdam erectas incedere, humano more, prodit. Huc pertinent *Orang-outang* Indorum, ex Angola delatus, & Frederico Henrico Arausionensium Principi donatus, quem Tulpus, *Hominem sylvestrem*, vocat. Erat quadrupes, longitudine pueri trimi, crassitie sexennis. Corpore nec obeso, nec gracili, sed quadrato: habilissimo tamen ac perniciosissimo. Artubus tam strictis, & musculis adeò vastis, ut quidvis auderet & posset. Anterioribus glaber: at ponè hirsutus ac nigris crinibus obsitus. Facies mentiebatur hominem: sed nares simæ & aduncæ rugosam & edentulam anum. Aures verò nihil discrepare ab humana formâ. Vti nec pectus, quod ornatum utrimque mamma prætumida (erat enim sexus foeminei.) Venter habebat umbilicum profundior: & artus cum superiores tum inferiores, tam exactam cum homine similitudinem, ut vix ovum ovo videris similis. Nec cubito defuit requisita commissura, nec manibus digitorum ordo: nedum pollicis figura humana, vel cruribus suræ, vel pedi calsis fulcrum. Incedebat multoties erectus, nec minus gravatè attollebat, quàm transferebat, quaecunque gravissimi oneris pondus. Bibiturus prehendebat canthari ansam manu altera; alteram verò vasis fundo supponens, abstergebat madorem labiis relictum. Cubitum iturus in-

clinans caput in pulvinar, corpus stragulis firmiter operiebat. Tantam habere animi confidentiam Rex Sambacensis retulit, ut non semel in viros armatos impetum faciat. Ecce minarum tam ardenti flagrant desiderio, ut sæpe raptas constuprent. In Guinea scribit P. Jarricus, esse quasdam, quæ instar famuli in pila tidunt quæcunque in ea imponuntur, quæ aquam à fluviis in hydriis capite domum deferunt, ita tamen, ut ubi primum domus fores attigerint, illico hydriis exonerandæ sint, alioqui eas excidere, casuque isto frangi. Dicuntur *Baris*. Torosi sunt & robusti. In India meruit etiam quædam simia alba divinos titulos. Reliquias Zeilan servavit, dentem duntaxat. Præda tandem, inquit Nierembergii, fuit, Constantini Proregis Lusitani, cum barbari Principis thesauros cepisset, inter quos & dens ille fuit. Tantâ summorum Regum reverentiâ & divinitatis opinione, habebatur, ut singulis annis à Pegu mitterentur legati, magnis onusti donariis & muneribus, ut solum permitterentur, in argillâ quadam aromaticâ, quam in auro custodiebant, imprimere sigillum ejus, ut absentiam tanti pignoris divini, ejusdem adoratione vel solum per umbram solarentur. Deinde conscius Rex Pegu captum à Lusitanis sacramentum suum, misit ad Constantinum legatos, onustâ navimercibus, & auri cruciatis trecentum millibus pro redemptionis precio. Plærique Lusitani donandum censuerunt, exactâ majori summa: usque ad millionem expectabant. Et quidem Rex ille plus dedisset: at noster Rex, in angustia ærarii, prætulit lucro pietatem, atque ut omnibus constaret, publico confesso iussit dentem afferri, agnosci, extrahi, è locupletissima theca, gemmis & auro exornata: deinde manu sua in æreum mortarium jacit, tundi jubet usque ad pulvisculum: mox pulverem in ignes ad hoc præparatos dissipat, ut in fumum evanuerit.

C A P U T III.

De Cercopitheco.

Cercopithecus caudatum simiarum genus est. Unde nomen sortitur. Græcis eodem vocabulo venit *κίρκου* caudam, *πίθηκος* simiam significat. Dicitur & *κίρκου*, quod vocabulum alii *κίρκου*, *κίρκου*, & *κίρκου* efferunt. Non desunt qui à voce Græca *κίρκου* levis vocari putent, quòd hoc animal ob miram levitatem, in diversas partes saliat. Albertus Mamoneum vocat, Itali Spingam, Celtæ *áppávac*. De *Descriptione* dum in genere de eo agimus, non est quòd simus solliciti: in specie de iis acturi, singulas describemus. Genitalia nobis delineavit Aurelius, Inveniuntur

Nieremb.
H. E. 1.
9. c. 45.

Nieremb.
H. E. 1.
9. c. 46.

Nomen.
Ambrosin.
de Digt. 1.2. c. 6.

Descrip.
tio.

Locus.

Ælian. H.
A. 1. 7. c.
27. Plin.
H. N. 1. 8.
c. 34.

Ufus.

Porta
Phytogn.
1. 1. c. 17.

Aristot.
H. A. 1. 2.
c. 8.

Tulpus
oblerv. 1.
3. c. 56.

in Æthiopia, & quidem, si Plinium attendimus, nigris capitibus pilo asinino: in sylvestribus Javæ, & regni Congo; in India supra Emodos montes, quod Strabo scripsit: in monte editissimo, urbi Aden Arabiæ, vicino: in omnibus denique continentis Indiæ locis. In Malabar vilissimo precio venduntur, quod nuci Indicæ, à qua ad incolas magnum commodum, infesti sint. Censentur esse inter *μουσιδες*; sed quando desiderio carnis premuntur, propriam caudam arrodere solent. Crocodilos adeo acerbo odio prosequuntur, ut pelle ipsorum visa ferè exanimentur. In Orientali India, quæ Lusitanis subest non tantum comeduntur, sed & in morbis, tanquam saluberrimi exhibentur. In deliciis propter mimicos gestus haberi, notum. Osa tusa & hausta dolores Gallicos, evocato sudore levant. De *Ingenio & Moribus* ipsorum ita eleganter *Nierembergius* scripsit. Omnes, inquit, penè filiorum charitate insignes sunt, amplexu graves. Vescuntur fructibus arborum & ovis avium. Ebibunt plures lotium & fordes suas. Nonnunquam videntes hominem solum, descendunt ad ludendum cum eo. Omnes sunt astu industrii. Mirificum est, arborum stipites, quas conscenderunt, in viatores torquere & jaculari, transilire flumina caudis invicem apprehensis, & ab arboribus fluvii vicinis vibratas, tamdiu, donec extremus oppositæ trans amnem arboris ramum abripiat: quo affixo arbori, catena simionem utramque protenditur. Deinde cum is qui in alterâ parte hæsit, tutò se affixit, vociferatur, signum jam notum ipsis, quo audito, alter extremus se solvit, ita omnes transmittuntur. Super omnia sagitta aliove telo confossi, vicissim quantam possunt, ne dicam quantum solent homines hominibus, opem ferunt, ad motisque foliis muscove arborum vulneri, sanguinem confluentem callent sistere, atque ita vitam, si fieri possit, tueri. Educunt filios, singulos pariunt, circumferunt, amplexu tenaci adhætescentes mirapietate & amore erga prolem, atque id juxta montium verrucas, & summa cacumina, ubi venatores pyram construunt maizio circumdatam, adjecto lapide cacalotetl sive corvino, cujus est natura, si igne calefactus fuerit, tonitru edere, atque dissilire. Accurrunt cercopithecii, juxta incubant, edentes sparsum cacacoatl: sed terrente eos subito in illos emisso lapide, obliti filiorum, ac velut expertes luminis, aufugiunt, deserentes sobolem charissimam venatoribus prædam. Deportant quoque in tergoribus prolem, donec commode jam sibi possit providere. Complectitur filiulus matrem manibus per collum, pedibusque per spinam. Magna aliquibus pernitas: ferè volucrum ritu occupant arbores, transvolantque ab una in aliam. Visus est qui transcenderit uno impe-

tu fluvium. Plura de calliditate dixi alibi, pauca adhuc hîc appendam, & diversa. Simiarum duces, quando agmen aliquod nostrum transire sentiunt (nec enim pauci, ne dicam soli, audent) plebejâ multitudine variarum specierum convocatâ, procurrunt obviam, & clamoribus horrendis ex arbore in arborem transilientes, nostros, quacunque gradiuntur, insecutâ, mille scurrilitatibus & gestibus mille derident, caudatâ præsertim, finguntque sapius velle turmatim nostros impetere; sed ubi, ad arborum jam truncos demissæ, vident sagittas & sclopetas, quas expertæ sunt aliquando, aptari, ac in se dirigi, vento velocius ad arborum culmina resultant, ibi conquestibus rabidis emissis, dentibus frendent minabundæ. Tantam esse illarum dexteritatem inquit, ut discussas in sua corpora sagittas evitare sciant, & manu prehendere, ac si sponte porrectas acciperint: sclopetarum tamen globulos non ita disjicere didicerunt, quibus multas juniores, fortè non ita sagaces, nostri extinxere. Quando sociam vident aliquam de suo grege præcipitem ruere vulneratam, à nostrisque tolli è terra, tanto fremitu ac strepitu tonant & replent æthera, ut mille leonum rugitus, & tigridum totidem superent runcatus. Sed unum est auditu gratissimum. Quæque simia, quando jam captant arbores ascensu suo, lapides quotquot unâ manu gestare potest, ore etiam aliquot supportat, indeque lapidibus certant in transeuntes, quando aut sagittas, aut sclopetas in eas jaculari cessant nostri. In vetulam melampo majorem, caudatam simiam, sagittarius è nostris tetendit scorpionem: expectaturam se simulavit simia; sed ubi jam dirigi oculo clauso sagittam vidit, jaculato in sagittarium lapide, faciem acriter contudit, & dentes illi dicitur confregisse. De novo tamen stratagemate poenas cercopithecus dedit: quo enim tempore lapis ad sagittarium decidebat, sagitta in simiam ascendebat. Interfectam comederunt indeliis. Comedisent & bufones, aut si quod deterius; tanta illos fames urgebat. Quod de occurfu in milites fertur, occasionem puto dedisse prisca, ut simios aliquos vetusti orbis homines putarint ob simile stratagema. Hæc natalitia Cynocephalorum fabulis. Aliquando putavi & pygmæorum fortasse fuisse, adeo in pluribus simulant humanos actus. Illud mirum commercii quodammodo capaces esse. Johannes Ardenois scribit, magnam familiaritatem contrahere simios cum barbaris, pro argento cum illis ludere, deinde ex lucro parato invitare ad tabernam, & solvere pretium vini numerata pecunia. Fortasse major est calliditas quam ob oculato teste accepi. Aderat inter milites Havanæ, dum luderent simius: observabat illum qui plus lucraretur, hærebatque ejus lateri donec

Strabo
Geogr.
l. 15.

Nierem.
H. E.
l. 9. c. 44.

colludium largiretur pro more. Si nolebat, pugnis simius cædebat; si donaret statim ad tabernam convolabat, & manu acceptum vas porrigebat vendenti vinum, ut sibi infunderet. Coronato calice tunc ebibeat, mox solvebat pretium, colludio tradito, & recedebat: quod si excederet pretium colludii, expectabat ut rursus venditor infunderet merum: quod bis aut ter repetebat pro valore argenti. Josephus Acoſta alium narrat miſſum ad tabernam, non prius tradere ſolitum pecuniam; quam acciperet lagenam plenam, quam adverſus pueros tatabatur, fugans eos correptis per intervalla lapidibus: & quamvis vini avidus potoreſſet, illibatam tamen Domino referebat. Idem mulieribus fuco ornatis valde inſenſus, diſcerpebat crines & cultum. De *ferocia* illud admirandum, quod Petrus Martyr prodidit hac hiſtoria, animalia nutriti in arâ Cariai eadem, quæ jam diximus: ſed unum reperere naturæ longè diſſonæ, id eſt grandi cercopitheco par, cauda longiore procerioreque. Cauda ſuſpenſus, & robur, ter quaterve ſe devolvens, captando, ex ramo tranſiit in ramum, & ex arbore ſeſe projecit in arborum, ac ſi volitaret. Arcuarius è noſtris unum ſagitta conſixit. Vulneratus ſeſe dejicit cercopithecus, hoſtem vulneratorem rabidus adoritur. Stricto enſe agit in pecus venator, lacertum cercopitheco abſcidit, cepitque mancum ferociter renitentem. Ad claſſem perductus, inter homines parumper manſuetudinem induit. Dum ſic ferreis vinc-tus catenis ſervatur, è littoribus adducunt aprum venatores alii (cogebat namque car-nium deſiderium nemora perlustrare) cer-copitheco aper, & ipſe ferox oſtenditur. Setas excutit uterque. In aprum cercopi-thecus ſubribundus ſalit, cauda circumligat aprum, cum ſervato à venatore victore ſuo lacerto, guttur apri prehendit, reſtantem ſuffocavit. Aſtuto etiam ſtratagemate ſuo uſum alium ſimio Hiſpali, quem volebant occidere: ille per domorum tecta fugax, vidit ſe à ſagittario peti. Deſcendit illico per fenestram quandam, & caſu obvium infantem ab incunabulis corripuens, com-plexus eſt, iterumque ſe tectis reſtituens quoties ſagittarium videbat, objiciebat pro clypeo infantem. Conſcius erat, non emiſſurum ſagittam cum periculo innocentis. Tantum Nierembergii. *Differentia* Cercopithecorum ſunt varia, ſeu magnitudinem, ſeu colorem, caudam, & alia ſpectes. Scribit Megathenes referente Æliano, in Praſſiana Indorum regione vagari maximis canibus non inferiores, caudamque quinque cubitorum longam trahere. *Coloris* ratione, alii ſunt nigri; alii cinerei, caſſi, varii. Scaliger aliquos nigros cum maculis albis; alios gilvos; alios furvos; alios fulvos obſervavit. Caudam alii longiorem, alii brevior

Ælian.
H. A. l.
7. c. 20.

habent. Cæterum optimè mihi in *Barbatos*, *Erectos*, *Leoninos*, *Moschatos* & *Ambiguos* diſtingui poſſe videntur. *Barbatorum* aliquot ſunt genera. *Qui Guariba* apud Braſilienſes dicitur, caprinam & rotundam habet. Ipſe magnitudine eſt vulpis noſtratis: facie elata, oculis nigris, ſplendentibus: auribus brevibus ſubrotundis: cauda longa & verſus extremitatem nuda, quam ſemper torquet; pilis totius corporis nigris, longis, & ſplendentibus. Maximo numero in ſylvis inveniuntur, ibique horribilem clamorem excitant. Singulis diebus, inquit *Marc-gravius*, ante & poſt meridiem ſemel atque iterum conveniunt. Unus eorum minor in medio & altiori loco reſidet, reliqui paulò inferius circumſident, tunc præcinit ſuperior alta voce & ſigno manu dato, reliqui omnes accinunt, tamdiu cantiones prorogantes, donec ſuperior iterum manu ſignum det, tunc omnes uno momento ſilent, & ſuperior grandi voce cantionem finit. Catulos ſuos in dorſo geſtant in ramis arborum diſcurrentes. Mordax animal, nec domari poteſt. Dantur & alii nigri ingentes, qui longam, nigram, & villoſam barbam habent. Nigritam mulierem ſi ſolam offendere, vi adactam ſtuprant. Quem Cluſius deſcripſit, hoc peculiare habebat, quod ejus ſatis longa cauda in floccum deſineret, leonum ritu. Guineenſis ille qui in Congo vocatur *Exquima*, pilos habet fuſcos, ſed per totum corpus quaſi aduſtos: fuſcis punctulatum albus inſpergitur. Barba, quæ egregiè alba, capillis duos digitos longis paſſis, & quaſi pexis conſtat. Iratus, os amplè diducit, & mandibulas celeriter movet. Ad hunc referri poteſt *alter* magnitudine par, qui in utraque gena, magnam copiam pilorum longorum ex albo flaveſcentium, inſtar magnæ barbæ hircinæ, utique & ad utramque aurem tenet. Crura & pedes nigri. Ludit & clamat ut alter. Ambroſinus trium icones exhibet. *Primum* Callitrichen eſſe putat, quem in alio cælo, quàm Æthiopico, vivere poſſe negat. *Alter* quoque ipſi congener eſſe videtur. *Tertius* facie eſt ſenis, caudâ longiſſimâ nigrâ. *Erectum* nobis Geſnerus prodidit; facie, cruribus, & membro virili hominem æmulantem. Stando magis perſeverat; ideò nomen dedimus: pueros & mulieres non ſecus amat ac homines ſuæ regionis; conaturque, ſi vincula effugerit, palam cum illis concumbere. Tantæ eſt indiſtriæ; ut aliqui homines, minus ingenio valere dicantur. *Leoninorum* aliquot ſunt ſpecies. Prima eſt illa, quæ Braſilienſibus *Cagvi*, Congenſibus *Pongi* dicitur: eſtque *major* & *minor*. Major obtinet magnitudinem Cercopitheci Cay, cui & aliquomodo ſimilis eſt. Facies illi rotunda, leonina; aures nigræ & pilis nudæ: os leoni-

Marc-grav.
Hiſt. Natur. Braſil. l. 6. c. 5.

Marc-grav.
Hiſt. Braſil. l. 6. c. 5.

num: oculi nigri. Cauda unum pedem & quatuor digitis longa, & pilis ruffis vestita. *Major*, Leonem quoque facie refert; capite parvo, & vix pomum minus æquante; naso exiguo; oculis tenens: dentibus acutissimis; auribus subrotundis: cauda decem digitorum longa; ex albo quasi & fusco annulata. Velocissimus est in saliendo: & vescitur pane, farina Mandioca & aliis. Totum corpus longitudinis est sex digitorum. *Altera* est, quæ *Sagovin* dicitur, formâ, quantum ad collum, rostrum, anterioremque corporis partem, leoninæ similis: sed adeò delicata, ut navis in mari agitationem nullo modo ferre possit. Præterea, adeò superba, ut ob levissimam occasionem inediâ potius & cibi abstinentiâ, vitam finire cupiat, quam minimam molestiam perferre. Quem Nierembergus vidit & descripsit, à Roderico Lincio advectum, erat sciuro minor, & adeò delicatulus, ut villosa pelle fovendus esset. Rostrum & capitis pars anterior, leoninam quodammodo formam referebat, fuscoque colore, cui rubedo permixta erat prædita. Aures albicantibus villis erant hirsutæ; quibus ruber color etiam admixtus: guttur & pectus longioribus villis, partim fuscis, partim albis tecta habebat: reliqui pili per corpus sparsi nigri & albi, radiati à dorso ad ventrem alternis erant dispositi: Cauda etiam, quæ longa erat, similis coloris pilis alternatim erat tecta: venter nigris pilis tectus: Crura breviores albi pili quâdam rubedine infecti tegebant. Pedes in quinque digitos, non valde longos fissi, albis unguibus erant præditi; fortasse nullus elegantior. *Moschatus*, Brasiliensibus *Caitaja* dicitur. Pilo est longiore ex albo flavescente. Capite subrotundo; fronte haud elatâ, aut penè nullâ, naso parvo & compresso, cauda acuta. Altissima voce clamat: & facillè ad iram commovetur. Memini me apud Generalem Wardenburgium ex Brasilia reducem Amstelodami vidisse. Est & alia hujus species pilo magis fusco, instar Zobellinorum. Ad *Ambiguos* spectant, *Macaquo* Congenium, *Cay* Brasiliensium, & *Guineensis* alius. *Macaquo*, colore est lupi: naribus bifidibus elatis; capite ursino; natibus calvis; cauda arcuata. Longitudo corporis à capite ad caudam, unius pedis & supra: Crassities ubi maxima, unius pedis & novem digitorum. Clamat, hah, haha. Penem habet humano similem. *Cay* apud Touyoupinam butios est frequentissimus, pusillus, & nigri coloris. Maxima ex parte in sylvis versatur, & potissimum peculiaribus arboribus insidere solet, ferentibus siliquas perinde crassas, ut nostræ majores fabæ, quarum fructu vescitur. *Guineensis* alius, pilo est ex umbra gryseo, fusca & flavo ex umbra admixto, ferè ut in dorso leporino: capite parvo, & cauda longa.

Str
Ge
l. 1Nierem.
Hitor.
Exot. l. 9.
c. 44.M
H
l.Marc-
grav. Hist.
Brasil. p.
227.Marc-
grav. Hist.
Brasil. l.
6. c. 5.Lerius
Hist. A-
merican.
c. 10.

CAPUT IV.

De *Cynocephalo*, *Papione*, &
ferâ Upalim.

C*ynocephalus* à canino capite nomen accepit, quasi ^{κυνος κεφαλή}, Gesnerus Tartarinum alicubi vocat, quod primum ex Tartaria hoc animal advectum sit. *Ælianus* ^{κυνοκεφαλον} dixit, quod faciem caninam habeat. Aristoteli fortè est ^{χοιροπιθηκος}, seu simia porcaria. Ejusdem fermè formæ est cujus simia caudata: at in corporatura, crassior, validior, & magis efferatus, faciemque caninam à natura adeptus est. Strabo faciem Satyro similem ei tribuit. Fœminis sua natura excidit, ut palam expositam extra corpus vulvam, per omnem vitam ferant. Reperiuntur in Æthiopiæ partibus, si Solino fides; in regione Arabiæ à Dira usque ad Austri cornu, & præcipuè in ultimo promontorio, si Straboni. *Ælianus* montes supra *Dachinabadem* ipsis tribuit; Herodotus regionem quam *Aratores* in Lybia versus occidentem habitant. *Cibus* ipsis idem cum simiis. Fructus testaceos dum edunt, in volucria rejiciunt. Carnibus quoque & affis & elixis vescuntur: illis inprimis, quæ ad delicias in culina paratæ sunt. Vini potionem non recusant. *Vox* iisdem rudis & varia. Aliquando acutum strident, aliquando ululant. Orus latrare dixit. Ad *Naturam* & *Mores* *Cynocephalorum* pertinet, quod facillè ad iram effunduntur: quod nunquam à petulantia sunt alieni, præterquam quod, teste *Plinio*, simiis sint efferatioris: quod instinctu quodam naturali ducti, *Æliano* auctore, tempore æquinoctii, singulis horis diei ac noctis mingunt, & clamorem quendam edunt: quod denique mas in interlunio, nec comedit nec quopiam intuetur, sed faciem in terram dejicit: fœmina verò, etiam sanguinem è genitali emittit. Lunæ exorienti congratulari dicuntur. Ideò in sacris ab Ægyptiis nutriebantur, ut inde tempus Synodi luminarium scire possent. *Ingenio* quoque sunt singulari, & proximè post elephantinum ad humanum accedens. In Ægypto discunt ad quemlibet epistolas deferre. Observavit *Bellonius* qui nummos hero deferendos, manu protensa, à spectatoribus exigebant. Referrî ad *Cynocephalos* potest, tum illud animal cujus *Alvarez* in Æthiopico itinere meminit; tum illud cujus *Clusius*. *Illud* vervecem magnitudine æquat, & instar leonis hirsutum est; gregatimque in monte secus locum *Calote* dictum incedit. *Hoc*, corpus villis longis cineracii coloris oblitum habebat, caudam *cercopitheco* brevioris, rostrum longum, extrema parte obtusum; nates glabros prorsusque depiles, & sanguineo colore refertas, ac si cutis ab illis detracta fuisset. *Papio* Germanis *Pappon/ani*

Nomen.

Gesner. in
Appendice
quadrup.
Descriptio.

Locus.

Cibus.

Vox.
Ælian.
H. A. l.
6. c. 48.Ælian.
H. N. l.
6. c. 5.Strabo
Geogr. l.
15. Bel-
lon. Ob-
serv. l. 2.
c. 52.Ambro-
sin. Hist.
Digit. l.
2. c. 7.

Tamandua 1

Tab. LXII




Tamandua guacu 2



Ai siue Ignavus




Tatu seu Armadillo






S
C
I




Faint, illegible text or a signature.



Carigueya


Aperca Cuniculi Species
Veld Ratte




Aguti vel Acuti Cunic
Bra. spe.




Cavia Cobajia Cunic.
Brasil spec




Cuniculi Indq Gesneri.



Paca Cunic. Bras. spe



Tatu Apara



Dachs



S
G
L



Ambrosin. Hist. Digit. l. 2. c. 8.

animal est, ex descriptione Gesneri, magnum, hirsutum, horrendo capite, brevibus cruribus, cauda ferè vulpina, sed admodum brevi & plarumque erecta. Pedes sunt humanis similes, & proceritati corporis minimè respondentes. Tam est solitissimum animal, ut ad foeminarum conspectum effervescat. Vescitur pomis, pyris, & aliis arborum fructibus: aliquando panem & vinum pro potu appetunt. Foemina geminos marem nempe & foeminam unica pariturâ, ut plurimum eniti solet. *Fera Upalim* Cercopitheci aethiopici est magnitudine. Pellis quasi cocco tincta rubet, maculis aliquot in locis conspersa. Caput instar globi rotundum. Pedes rotundi & lati; nocuis unguibus vacui. Mauri carnem assulis veberatam ut tenerior evadat, comedere solent. Quibus cibariis delectetur, ignotum.

Ambrosin. Hist. Digit. l. 9. c. 9.

CAPUT V.

De Ignavo.

Marcgr. Hist. Brasl. P. 221. Clus. in Aucar. Exoticor.

DUas Ignavi species nobis authores prodidere. Primam Lusitani *Pirillo ligero*, seu Caniculam agilem per antiphrasin vocant; aliquando *Priguiza*. Magnitudine est mediocris vulpis nostratis. *Collo* brevi, duos ad summum tres digitos longo: *Capite* parvo & subrotundo: *Ore* turbinato non amplo. *Dentes* habet instar agni, nec acutos; *nasum* glabrum, elatum, nigrum: *Oculos* parvos, nigros, somniculosos: *auriculas* nullas: *caudam* obtusam figura panis sacchari. *Ungues* in singulis pedibus tres, ex albo flavescetes & deorsum incurvatos; superius arcuatos, inferius excavatos. Totum corpus prolixis & duos digitos penè longis pilis est vestitum cinerei coloris, Taxi similibus, sed mollioribus & cum albedine mistis. Animal est ignavissimum, & tardissimi incessus, adeò ut eum in vivo cum admiratione Cl. de Laet, observavit. In arboribus lentissimè rependo progreditur, ibique habitat, foliis arborem vescens. Nunquam bibit. Vocem iiii rarissimè edit. Arctissimè quæ semel unguibus apprehendit, tenet. Pluviam etiam levum metuit. In dissecta foemella observatum, cor motum suum, corpore avulsum, per semihorium retinuisse: placentam uterinam constituisse multis particulis carneis, instar substantiæ renum, rubicundis, magnitudinis variæ instar fabarum: in quas per multos ramulos vasa umbilicalia inserta erant. Fætum, pilos, dentes, ungues habuisse. Cor foemellæ, inquit Marcgravius, duos insignes habebat auriculas, cavas. In ventriculo os superius duos digitos transversos à pyloro: eratque in altera parte ventriculi, ubi superius aliàs communiter os esse solet, processus instar intestini spithamæ longitudine, sed nullum exitum habens. In ventriculo planè viridis materia foliorum

arboris comefforum inveniebatur. Papillas duas in pectore. Corium solidissimum & tenax. Animal, addit idem, sine dubio vivax. Intestinis enim omnibus exemptis adhuc se movebat, & pedes contrahebat. Icon quam adjicimus, paulo longius collum exhibere, De Laëtius, qui vivum vidit, testatur. Addunt quidam tanta pertinacia adhærescere, ut, nisi mortuus non avellatur. Hernandus unius diei spacio vix quinquaginta passus pertransire posse dixit: Nocte duntaxat sonitum edere, posterioribus syllabis sensim magis ac magis gracilescentibus: & in arboribus viginti aliquando dies nullo cibo assumpto commorari: obtuso denique visu præditum esse, addidit. *Alter*a species, quæ *Lerio Hay* dicitur, simiæ habet faciem, cutem hispidam & villosam; crura hirsuta, ternos in singulis pedibus acutos & oblongos ungues. Capta sine difficultate cicuratur.

Nieremb. H. E. l. 9. c. 15.

CAPUT VI.

De Taxo.

TAXUS nullum proprium apud Græcos nomen habet. Latinis dicitur etiam *Daxus*, ut Alberto, fortè à Græco *δαυός* hirsutus & villosus; *Meles* seu *Melis*; *Melus*, ut Bartholomæo Anglico; *Melo* & *Melotus*, ut Isidoro, seu propter membrorum rotunditatem su propter aliud quid. Est animal fele majus, & vulpe, ad cujus naturam accedit, humilium, pelle villosa, rigida, coloris luchophæi. *Pilos* plures habet albos quàm nigros. *Caput* in medio nigrum, in lateribus album: *Dorsum* latum: *dentes* acutissimos. *Crura* sinistri lateris ipsi quidam breviora assignant, sed experientiâ reclamante. Reperiuntur passim, in locis montanis Italiæ, Helvetiæ, & aliis. *Vivunt* crabronibus & vermiculis; pomis & uvis, quorum esu autumno potissimum pinguescunt. Cuniculorum tamen carne apprimè delectantur, tum anseribus, pullis & aliis avibus. Fœtus more vulpium in utero gerunt, & cum luna ternos orbis compleverit, pariunt. Adventante autumno quandoque duos, interdum tres enituntur. Summa taxis cum vulpibus antipathia. Hi enim ubi egressos observavere, latibula eorum excrementis conspurcant, & foetore replent, ut alia exstruere cogantur. De *Natura* & *Moribus* habe, *Pellem* adeò densam gerere, ut ictui resistat: *Nasum* tam imbecillum, ut violato, moriatur. Ideò fortè Plinius, has bestias distenta & sufflata cute morsibus canum & ictibus hominum reluctari scripsit. A canibus aut aliis feris vexatus semetipsum resupinat, atque dentibus & pedibus repugnat. Brevitatis pedum conscius non longè à latibulo digreditur. Urgente bruma occultatur, & somno pinguescit. Ad focum hyeme allatus, in carbones se conjicit, ut Carolus Stephanus observavit.

Ambrosin. Hist. Digit. l. 2. c. 11.

Descriptio.

Locus.

Cibus.

Generatio.

Antipathia.

Natura & Mores.

Plin. H. N. l. 8. c. 28.

vavit. Crescente lunâ adipem ejus augeri, decrefcente minui, interlunio eâdem destitui, incertum. Morsus ejus exitialis, quod crabronibus & aliis venenatis victiter. *Ingenium* in quibusdam ostendunt. Dum latibula effingunt, ignavum effossæ terræ vectorem constituunt, & postquam supra supinum extensis cruribus terram accumulavere, per pedes mordicus apprehensos, extra antrum educunt; idque toties repetunt, donec latebræ latitudo habitatoribus sufficere possit. Tantam palearum & foliorum prosternendo sibi lecto, unica vice, capite & pedibus intra foveam ducunt, quantum homo sub brachio deferre non possit. Latibula cum duobus ostiis fabricant. Flante Austro septentrionale aperiunt; flante Boreâ, australe. Victum pro hyeme colligunt; quâ durante, dum mas an ad verum tempus sit duraturus dubitat, ne foemina ad fatietatem comedat prohibet. Quando in senio excoecantur, tunc ex fovea ad pastum non egrediuntur, sed se invicem nutriunt. Dum in eminentiori colle deprehensi venatores sentiunt, pedes anteriores supra capita ponunt, corporeque in globum redacto, more urforum, sese præcipitant. In Italia, Germania, & aliis regionibus, habentur Taxorum carnes in deliciis, in primis si autumno capti fuerint. Apud Helvetios cum pyris coquuntur. Savorola porco sylvestri assimilat; Platina carni hystricum. Quantum ad *Medicinam*, adeps taxi per clysterem infusus, dolores nephriticos mitigat; mammaram scissuris prodest, in compositionibus arthriticis adhibetur. In membris contractis oleum commendatur, cujus parandi rationem Veckerus docet. Sanguis ficatus lepræ medetur, si Carolo Bobuillo credimus. In peste cum sale & cornibus animalium destillatus offertur. Lonicerus diebus tantum canicularibus destillat, & drachmas duas præscribit. Gesnerus compositionem quæ recipit sanguinem taxi, terram Armenam, Crocum, & tormentillam, sævissimâ peste, feliciter adhibitam, se legisse scribit. Cinis supprimendo sanguini inservit. Nihil de cerebro, testiculis, & dente vel pede sinistro, quem brachio subligatum memoriam juvare, Albertus prodit, dicam. Ex pellibus Taxorum olim quoddam genus vestis texebatur, quæ ab humeris usque ad lumbos pendebat. Ex iisdem canum collaria conficiuntur. *Differentias* si attendas, Olaus *Domesticorum*, qui ludicri, & *sylvestrium*, quorum setæ rigidæ, mentionem facit. Communiter in *Caninos* & *Porcinos* distinguuntur. Ambas in agro Matisconensi se accepisse, affirmat Brujerinus. *Canini* rictu sunt canino; latibula in locis fabulosis fodiunt, & quidem sine multis cuniculis; & cadaveribus, illisque cibis, qui canibus in deliciis vescuntur. *Porcinos* Carolus Ste-

phanus subalbidos & caninis majores facit; & circa ostium cavernæ, parvâ prius rostro excavata fovea, excrementa deponere scribit. Addit Gesnerus, radicibus, fructibus, & omnibus quæ sues appetunt, vesci. In regione Americana quoddam animal vagatur nomine *Heyrat*, quod bestiam mellis avidissimam significat. Colore est castaneo, magnitudine Cati. Quotidiè apum opificium inquirens, in arboribus versatur. Postest ad Taxum referri: *Quaupecotli*, & *Tzcuintecuani*. Illud, animal est duos plus minus dodrantes longum; rostro prolixo, tenui: versus superna contorto, prolixâ item cauda, pilo longo; circa alvum candente, cætera fusco aut atro, candentique, sed circa dorsum nigriore, atris pedibus & incurvis unguibus. Mitescit facilè, vorax est; nullis escis oblatiis parcat; placidum est item, ac mille modis blandiens, sed ignotis noxium. Reperitur in nova Hispania, & gaudet montibus. *Tzcuintecuani*, seu Cynodeticus, est huic congener, non solum magnitudine & moribus, sed etiam rostro, quod prælongum est ac tenue, & pedibus. Color albus est, maculis nigris ac magnis distinctus. Nomen habet à mordendo. Vivit non longè à mari Australi. Hisce congener est *Tlacoyotl*, animal pilosum, duas spithamas longum, unguibus melis, cruribus brevibus, nigro vestitis pilo, brevissimâ cauda. Caput habet parvum, rostrum tenue & longiusculum, caninos exertos, corpus album in fulvum vergens, sed dorso ac superna capitis parte & colli nigris, lineaque distinctis candenti. Victus eadem ratio, quæ quanperotli.

CAPUT VII.

De Castore.

Castor, Græcis κάστωρ, nomen ἀπὸ τοῦ κάστρος; *Castor* id est à ventre invenit, ὑποκάστρον γὰρ τὸ ζῷον, ἢ ζῷον ὕλην καστία: quod ferè totum hoc animal venter sit. Ridiculi, qui à castrando deducunt, quasi venatoribus visis, conscius se propter testiculos peti, eosdem dentibus evellat, & abjiciat. Parvos enim habet & spinæ adhærentes, qui superstite ipso, avelli non possunt. Dicitur & *Fiber*, non tam quod circa extremas fluminum ripas assidue versetur, & fibrum antiqui extremum dixerint: quàm ab Æobeo *φιβρός* mollis, quod molles pilos habeat. Lutram ab iisdem extremis fluminum oris dici, quæ Priscis, *lytræ*, falsum. Diversa enim sunt animalia. Bellonio est Aristotelis *Latax*, sed falso. Distinguuntur enim. An *Orchia* dici possit, non decido. Quidam Semipiscem ob vitam amphibiam dixerunt. Colore est ex albo cinereo in dorso nigricante: pilo quam *Taxi* subtiliore, qui quo nigrior, eò pellis preciosior. *Dentes* habet acutissimos, quibus ligna secant, anteriores rubidos.

Pedes

Olaus Magnus
l. 18. c.
18.

Ufus.
Bruyer.
de Reci-
baria. 1.
13. c. 3.

Vecker.
l. 2. Antid.
Special.

Differen-
tia.

Nie-
remb.
Hist.
Exot. 1.
9. c. 43.

Nie-
remb. l.
9. c. 77.

Nie-
remb. l.
1. c. 73.

Nomen.
Ambro-
sin Hist.
Digit. 1.
2. c. 13.

Salmasin
Solin.

Descri-
ptio.

Lutra Otter



Vitulus Marinus
Zee Kalb



Castor Fiber
Biber




Lonx Lonza

Hystrix Dornschwein Stachelschwein



Herimaceus Igel Schwein Igel



S
C
I

Pedes priores caninis similes, posteriores propter membranam interjectam anserinis quibus in natando utitur, utrosque quinque digitis constantes. *Caudam* piscium similem fecit Plinius. Secundum eundem, in majore, sesquipedalis est, senos digitos lata, duos crassa, quatuor interdum librarum pondus, ad margines in tenuitatem desinens, membranâ glabrâ & lividâ contexta, super quam lineæ quædam, squamas piscium mentientes, incredibili artificio depictæ sunt. In inguinibus geminos habet tumores ori anserini magnitudine, utrinque unum, membranâ sua conclusum. Inter hos pudendum residet. Tumores hi, folliculi sunt membrana contexti, in quorum medio meatus, ex quibus liquor pinguis & cerosus exsudat, quo, ad motu ore deterfo, corporis quos contingere potest partes, velut oleo oblinunt, non aliter ac aves quedam, quibus supra podicem vesicula est, liquorem pinguem & olei æmulum continens, eundem rostro exhauriunt, & pennas perungunt, ne sub dio morantes, madereri possint. Testes non esse, vel exinde colligere licet, quod nullus ab his conspiciatur meatus. *Partes* internas suscipiemus, lingua, corde, ventriculo, intestinis, & hepate in quinque lobos diviso, porco potius quam alteri animali similis est. *Fel* sub minoribus jecoris lobis latitat. *Splen* parvus pro magnitudine corporis judicatur. *Renes* magni tanquam vituli anniculi, & copiosa pinguedine obducti. *Vesica* suillæ similis. *Testes* parvi & spinæ adhærescentes. *Fœmina*, observante Matthiolo, unico tantum meatu, & parit, & egerit, & mingit, uteri & vesicæ cervicibus illuc concurrentibus. In secto Castoreo, comperit Gesnerus, substantiam in folliculo flavam, solidam, ceræ similem, acrem & minimè terream. Ipsum unius libræ pondere fuit. Comperit & genitale, quod unico officulo constabat. Invenit ut utroque tumore & alium folliculum, substantiam melleam & foetidam putrescentis casei instar, continentem. Habetur & in fœminis, sed adeo exiguum, ut vix unciam ponderet. In quo Bellonius calculos ovi magnitudine invenit, adulteratum sine dubio erat. Reperiuntur Castores, apud Burgundiones circa Matronam fluvium; Sequanos in agro Cabillonensi, Lotharingos, Austrios, circa Danubium ubi Biferi nominantur, in Helvetia, circa Arulam, Rufam, & Lomagum fluvium. In Polonia quoque, Russia, Prussia, & Italia, ubi potissimum Padus in mare se exonerat. Denique circa fluvios Ponti, unde optimum castoreum venit, & in Hispania. Aquas septentrionales potius quam Rheni, Danubii, & alios qui continuo navigiorum decursu folliculantur, frequentare, Olaus Magnus author est. Ubicumque autem degit, amphibium est animal. Ideo vicinas littoribus cavernas ponit. Vescitur foliis arbor. Corti-

cibus item almi, populi & aliorum. Salices tamen platyphilli maximè, ob summam amaritiam appetit. Piscibus vesci Albertus falso prodidit. Nam Pelicerius Episcopus Monspeliensis frequenter vivos & mortuos apponebat, quos tamen nec olfacere quidem voluerunt. Ineunte ætate, quo tempore Delphini constellatio unâ cum sagittario occidit, in libidinem solvuntur. Tempus parturæ finis autumnus est, quo folia delabi solent. *Vocem* Julius Pomponius cum per Onomatopœiam exprimere non posset, scriptis mandavit, vagitum infantis apprimè representare. *Naturam & Mores* saquentia testantur. Non prius mordere desinunt, quam fragorem ossium audiverint. Quando domi aluntur, tantus ipsis pudor, ut nec stercore nec urinâ domum inquinant: si non patet egressus, querulantur. Tanto amore foetum prosequuntur, ut quædam, portis & clavis evulsis, ex exalto se præcipitem dederit, quod ab Episcopo Monspeliensi Pelicerio proditum. Pedibus anterioribus tanquam manibus ori cibum admovent. Alvo, propter arborum cortices quibus vescuntur stipata, seu quod parum fellis ad intestina confluat, partes posteriores saepe in aqua maderfaciunt. De avulsione testium, dum venatores fugit, quod dicitur, falsum est; nataque inde opinio, quod eas tam astute occultet. *Ingenium* singulare habere, observatio dedit. Nam cum lignâ ad exstruenda habitacula convehunt, super senes resupinatos eadem artificiosè inter crura componunt, eosdemque arreptis caudis ad destinatum locum trahunt. Senibus dorsum mirum in modum glabrescit. Illi qui Scythiis *servi* dicuntur, poma legunt, & cortices cædunt; alii supra duorum junctorum dorsum, crate ex bacillis composita, poma & cortices superimponunt. Idem nigris, qui & *Domini* vocantur captis, luctum & gressu & facie indicant. Ligna cæsuri, semper eadem semita à fluvio ad arborem gradiuntur, arboremque non prius relinquunt quam totam dentibus disseuerint, & propè casuram, ne opprimantur, singulis ictibus suspiciunt. *Ædificia* denique, quandoque; in loco altiori, aliquando in de cliviori, prout amnis undare solet, construunt. Mutant ea pridie quam fluminis aqua augeatur. Carnes non sunt insuavis gustu, si omnem virositatem apparatu deposuerit. Partes anteriores de calore participant, posteriores, teste Matthiolo, tanta scatent frigiditate, ut ad instar testudinum terrestrium, jejunii tempore admittantur. Cauda apud Lotharingos in deliciis est, & saporem muræ bene præparatæ refert. Assatur à quibusdam, & paucis zingibere conspergitur. Gesnerus saporem carni thunni vel anguillæ præ se ferre scribit. In *Medicina*, Castorei, fellis, coaguli, urinæ, caudæ & pellis usus est. *Castoreum*, quod fecun-

Plinius
H. N.
l. 8. c. 30.
Bellon.
Histor.
Aquat.

Generatio.

Natura & Mores.

Ælian.
H. A. 1.
13. c. 47.

Locus.
Scalig.
Exerc.
215.
Brujer.
Rei Ci-
bariæ.
l. 18. c. 4.

Cibus.

Usus.

secundum Dioscoridem, multis naturalibus tunicis circumdatum, liquore intus velut ceroso, gustu acri, & odore gravi, eligendum est; quod ab animali in vigore ætatis constituto, extrahendum est, & extractum, cum melleo liquore, in tunicis contento, exsiccandum; quod denique ad septennium vires obtinet; in morbo comitiali, lethargo, in aceto acerrimo cum ruta decoctum, vertigine, si eo cum semine viticis, ex oleo rosaceo, vertex perungatur; oblivione chronicos morbos insequente prodest. Cum ammoniaco & aceto mulso asthmaticis opitulatur. Singultuosus à plenitudine vehementer succurrit. Colicam affectionem sedat. Gonorrhœam, in succo viticis & aceto decoctum, cataplasmatibus instar pectini & genitalibus applicatum, sistit. Adjuvandam conceptionem suffimenti ex eo genus, Rondeletius commendat. Omnes uterinos affectus à frigidis causis procidentes, imprimis suffocationem, compescit. Puerperii excrementa purgat. Opium optimè corrigit. Plurima denique medicamenta, aquas nempe, pilulas, extracta, olea, unguenta, cerata ingreditur. Fel venerem stimulat. Coagulum in morbo comitiali incredibili adjumento esse solet. Urina contra venena datur. Cauda intestinorum vulneribus medetur. Cinis pellis cum pice liquida combustæ, succo porri mollitus, sanguinem undiquaque manantem, excellenter suppressit. Eadem paralytici utiliter vestiuntur. Dentes de collo suspenduntur, tanquam amuletum contra casum. Pinguetudine pisces inescantur. Ex pilis mollioribus galeri & tibialia fiunt. Ex pellibus apud Gelonos populos rhenones. Circa

Differentie.

CAPUT VIII.

De Lutra.

Ambros. Hist. Digest. l. 12. c. 13. Nomen.

Suidas l. 37.

Descriptio.

Lutra, quæ & Lytra Varroni, vel ^{ἀπό τῆς} seu solvendo, quod arborum radices ad fluminum ripas sitarum dissolvat, vel ^{ἀπό τῆς λύτης}, à lavando, quod piscem in aquis investigando, frequenter se in aqua abluat; nomen sortita est. Græcis vocatur ^{λύθη}, ab aqua, quod in eadem degat; Aeolibus ^{λύθη}, unde fortè Lutra. Suidas cum ea Ictim confundit. Sylvaticus Hydrarian perperam vocavit. Gaza Lutria vertit. Aëtio est ^{λύθη παραμυθία}, canis fluviatilis, quod canis instar prædam in aquis requirat. Corpore est quàm Castor graciliore & longiore, capite canino, dentibus instar canis venatici; formâ oris quadrata, unde ^{καὶ ἰσχυρὰ γωνία; ἡσπασθῆ} dicitur, auribus Castoris, cauda oblonga, terete, & in fastigium desinente, vulpiniscruribus, paulò tamen crassiori-

bus, pedibus posterioribus planis & membrana, communitis, pelle denique minus quàm Castoris spissa, frequenti & brevi pilo conspersa, nonnihil ad castaneæ colorem accedens. Reperiuntur passim in Europa. Sed & in America haud parva ipsorum copia; in Canada imprimis. Maximè verò circa fluentia & lacus degunt, & quò caverinas quoque sibi effodiunt, inter amphibia reponuntur. Brasavolus copiosiores in agro Neapolitano stabulari prodidit. Vescuntur piscibus quorum tantam copiam interdum in cavernas deferunt, ut aëris infectio metui possit. Vescuntur & mollibus herbarum cacuminibus, fructibus arborum & corticibus. Agricola hyberno tempore ad pastum egrediscit. Ad Naturam, mores & ingenium referri debet, quod in urinando aërem per intervalla exortis naribus hauriunt ne suffocentur: quod in antro veluti tabulatum ex ramis & virgis construunt, super quo, ne madefiant noctu cubare solent: & quod per aliquot miliaria ex aquæ rivulo piscinæ ordorem excipiunt. Facilius etiam auram secundo flumine hauriunt. Jejuna cursum amnis superant: saturata cum aquæ fluxu delabuntur. Piscinam ingressæ mirâ agilitate meliores pisces aggrediuntur, & in omnes quamvis devorare non possint, sæviunt. Facile cicurantur, & ad certum signum in aquas ad pisces capiendos se conjicere edocentur. In Suecia, ad coqui nutum pisces ex piscina in culinam deferunt. Carnes in Germania & Gallia à rustici comeduntur, sed sunt crassæ lentæ & pituitosæ. Gesnerus etiam Carthusianis concedi scripsit. In Medicina præstat suum usum. Nam adeps medicamentis digerentibus infarctæ & exassata ad tollenda articulorum vitia, teste Hollerio, perutilis est. Sanguis, si Ælianum sequimur, cum aqua & aceto mixtus, nervis humanis intumescens conducit. Testes in morbo comitiali à quibusdam laudantur; castoreo tamen minus sunt efficaces. Iecur in furno tostum ad dysenteria suppressionem commendatur. Sedilia ex pellibus hæmorrhoides levet. Pelles ipsæ paralyti, vertigini, & capitis dolori conducunt. Calcamenta ex iisdem dolores pedum mitigant. Ex iisdem apud nos chirothecæ villosæ ad aëris injuriam coercendam consuntur. Nec non ex pelle integra, cum capite, pedibus & cauda semimanicæ hyemales fiunt. Circa Differentias nihil ferè occurrit. Congeneres videntur Lutræ, *Saricouieme*, & *Carygueibeju*, animalia Americana. *Saricouieme*, non excedit magnitudinem felis, pilo est molli, leucophæi coloris: pedes membranibus quibusdam fulciuntur. Amphibia est. *Carygueibeju*, aliàs *Iiya*, est magnitudine canis mediocris, capite obrotundo quasi felino sed acutiori, auribus obrotundis, & quæ inferius sitæ sunt, cruribus

Locus.

Cibus.

Bellon. Aquatil. l. 2.

Natura & Ingenium.

Scaliger. Exerc. 215.

Ufus.

Brujen. de re ci. bat. l. 13. c. 31.

Ambros. Hist. Digest. l. 2. c. 13.

Maregr. Hist. Bras. fil. l. 6. c. 9.



Sciurus Getulus

Mus alpinus Marmota
Murmeltier



Glis Alar.

Mus Indic.



Ichneumon s. lutra
Egypti.



Mus Muscatulq

bus & pedibus Cercopithecorum more. Quinque digitos quilibet habet, quorum interior brevior reliquis. Pilis tegitur ad tactum mollibus haud longis. Totum animal atrii est coloris excepto capite, quod obscure fuscum. In gutture maculam habet flavam. Vivit gammatis, piscibus, & farinâ Mandiocæ in aqua madefacta. De *Su* quod Ambrosinus ad Lutram redegit, alibi agemus.

CAPUT IX.

De Ichneumone.

Ichneumoni nomen ab *ixvβev*, iuvestigando, quod noxia diligenter investigans, alimenta à venenis optimè distinguere valeat, impositum est. Albertus *suillum* appellat, quod pilis suillis induatur, & perperam *Ibin*, & Anshycamum. An Avicenna Thyamonem dixerit, ignoro. Manardus Alcasim vocatum putat. Græcis est *ὀλλω*, porculus, seu suillus; quod more suis rostrum dum investigat, semper in terra habeat. Hodie teste Bellonio, *Mus Pharaonis*, seu Ægypti vocatur. Ælianus, *murem Indicum* dixit. Alii *Lutram Ægypti*. Magnitudine est felis, sed longior, pilis instar pili lupini duris, albicantibus seu subflavis per intervalla, & leucophæis. *Rostrum* habet nigrum, suillum, *auriculas* breves & rotundas: *crura* nigra, quinque in pedibus posterioribus *digitos*, quorum postremus ab interiori parte perbrevis est. *Caudam* longam, & circa lumbos crassam. *Testes*, linguam, dentes, felis instar. Meatum denique extra foramen excrementi per amplum, undique pilis cinctum, pudendo muliebri non dissimilem, quem, magno urgente æstu, loco excrementi interim clauso, aperire solet. Hinc scriptores omnes indiscriminatim Ichneumones & mares & foeminas esse arbitrati sunt. Sola Ichneumonem Ægyptus proferre creditur. Ideò Ichneumonem Ægypti vocavit Aristoteles. Haberi tamen & ex altera parte montis Atlantis, ad Nili capita, Vitruvius prodidit. Amphibium est animal, & ad Niloticas ripas commoratur. Vescuntur muribus, serpentibus, limacibus, lacertis, chamæleonte, ranis, & aliis huius generis. Aves, & in primis gallinas vehementer appetunt. Hepate Crocodilorum delectari, & ideò in dormientium ventrem irrepere, communiter proditur. Ideò etiam singularis inter Ichneumonem & Crocodilum antipathia esse creditur, cujus ova in littore inventa frangit, Ægyptiorum, ne tot Crocodili nascantur, bono. Adversatur etiam aspidi, & omni serpentum generi. Ventum maximè abominatur. Ideò eo flante gradum ad latibula accelerat. Mures & serpentes, more felium & mustelarum depopulari, (ideò in Ægypto cicurantur,) assiduis collusionibus gaudere, ne frigore læda-

tur, caput inter genitalia abdere, & Echini terrestres instar, in pilam se contorquere; conspecto aliquo animali pilos erigere, & magno etiam se cani opponere, selemque tribus dentium ictibus strangulare, omne animantium genus, equos etiam & camelos adoriri; tot numero foetus quot canes eniti, ad *Naturam* & *mores* spectat. Quæ de utroque sexu apud Ælianus extant, & quomodo victi muliebria pati necesse habeant, fabulosa sunt. *Ingenium* multa testantur. Prædaturus se in posteriores pedes erigit: prædam verò conspicatus, tranquillo per humum tractu se promovet, & tandem magno impetu adoritur. Hostes suos, nunquam nisi advocatis sociis aggreditur. Contra aspidem dimicaturus, in luto prius volutatus, in sole apricatur, donec quasi lorice munimentum acquirat: si lutum desit, aquâ madefactus, in pulvere se volutat. Gnarus teneras sibi nares, solo, caudæ flexu in acerrima dimicatione eas tuetur. Inservit & in Medicina. *Lotium* cum vaccæ nigræ lacte propinatur contra dolorem colicum. *Cinis* pellis combusta in aceto maceratus adversus serpentum ictus facit, si eo homines illinantur. *Pilorum* suffumigatio, contra lumbricos facit.

Arist. H. A. 1. 6. c. 35.

Arist. H. A. 1. 9. c. 6.

Ufus.

Ægineta 1. 4. c. 58.

CAPUT X.

De Mustelis.

ARTICULUS I.

De Mustela vulgari.

Mustelarum duo summa genera inveniuntur. Sunt aliæ *vulgares*, aliæ *sylvestres*. Hic de prioribus agemus. Nominis originem quidam à mure & telo deducunt, ut fit quasi mus longus. Telum à longitudine dictum, omnium ferè Lexicographorum placitum est. Alii à mure & *μύς* quod est longè. Figulus à *μύς* & *στύλα* furripio, quod mures è cavernis ad se trahat. Græcis antiquis dicitur *μύς* & in prosa *μύς ἀπὸ τοῦ γάλακτος* à lacte vel candore, quod hoc animal vel secundum se totum vel secundum partem candidum sit: quibusdam *κίρδος*, quod vulpi ob astutiam convenire superius diximus: recentioribus *μυφίτζα*. Circa *Descriptionem* nihil singulare occurrit. Vulgaris ista in lateribus & dorso est rutila, raro subflava, circa guttur semper alba. Corpus ei tenue, cauda brevis. Albertus de candida scribens dicit, Ermineum esse animal candidum, figuræ mustelarum, & in extremitate caudæ nigerrimum. *Dentes* habet minores quàm mures, *cor* parvum, sed in comparatione ad alia animantia satis magnum. Inveniuntur passim: sed albæ, in regionibus septentrionalibus in primis. In Mauritania sunt prægrandes. In territorio Tartesi urbis extra Herculis columnas maximæ, ut Suidas auctor est. In Java loca sylvestria incolunt. In Pordelelene insula limites non transeunt.

Ambrosin. Hist. Digitat. 1. 2. c. 15.

Nomen.

Descriptio.

Locus.

Ambrosin. Hist. Digit. 1. 2. c. 14. Nomen.

Bellon. observ. 1. 22. c. 22. Descriptio.

Locus. Arist. Hist. 1. 9. c. 5.

Cibus.

Oppian. Cyneget. 1. 3.

Antipathia. Ælian. H. A. 1. 9. c. 1.

Natura, Mores, Ingenium.

In Bœotiam delatæ aut pereunt, aut statim aufugiunt. In cavernis, petrarum fissuris, fœnilibus, & stabulis habitant. Est ex animalibus *πάρμας* Vescitur ut plurimum muribus, & talpis. Non abhorret à serpentibus. Insi-diatur vesperilionib. In columbariis ova absorbet, & avium interemptorum sanguinem fugit. Defunctos invadit, & eorum oculos effodit. Lepores denique invadit. Vifa quæ cum ore tenebat. Ore parere vulgatis fabula est, ex illa quæ de Galanthide Alcmenæ ancilla in mustelam à Junone conversa, conficta. Uterum habere certissimum est.

Victus.

Plin. H. N. 1. 29. c. 4. Ælian. H. A. 1. 12. c. 22. Generatio.

Antipathia.

Arist. H. A. 1. 9. c. 1.

Natura.

Antipathiam cum corvo & cornice gerit, quòd harum avium ova absorbeat. Gallinæ auditâ mustelarum voce ferè exanimantur. Cum catis decertat. Cum serpentibus con-greditur, ramo rutæ vel soncho munita. his destituta, opprimitur. Ad *Naturam* & *Ingenium* spectat, quòd earum fimus, si per agros & sylvas liberam vitam agunt, moschum redoleat: quòd ratione ætatis varium colorem induant: catulis visum deperditum herba quadam restituant: facillè cicurentur, imprimis si dentes allio confricaveris: majora etiam animalia adoriantur: Caveas duabus foraminibus munitas exstruant; quorum alterum Septentrionem, alterum Austrum versus obvertitur: fœtus spacio unius diei in diversas loca transferant: cum serpentibus denique nonnisi ruta vel soncho munitæ congregiantur. Quia in rabiem concitatur morsus ejus lethalis est. Ideò & vaccarum ubera, si ea attigerit, in inflammatione corripiuntur. Oleum in quo mustela computriut, remedio est: vel si locus affectus pelle ejusdem sicca confricetur. Aristides Locrensis ejus morfu perit. Mexicani eas in *Cibus* adhibent. Galenus sale conspersas & exsiccatas, carnibus leporinis respondere scripsit. Quantam ad *Medicinam*, *Cerebrum* exsiccatum adfert haud parvam Epilepticis utilitatem, teste Galeno. *Ventriculus* coriandro impletus demorsis à serpentibus auxiliatur, apud Dioscoridem. *Pulmo* in pulmonis affectionibus efficax est. *Iecur* vertigini & epilepsiæ prodest. Quia decrecente luna minui dicitur, crescente augeri, Epilepticos quoque, teste Glyca, juvat. *Fel* contra omnia veneficia salutare deprædicat Plinius. Matthiolus eodem cum succo fœniculi mixto, in auferendis oculorum nubes, & in cute emaculandâ utebatur. *Virga* exsiccata singulare est stranguriâ laborantibus remedium. *Testiculi* & *Uterus*, more lapidis aëtitis, fœtum in utero cohibere dicuntur. *Sanguinem* cum succo Arnoglossæ in mitigando podagræ dolore extollit Lonicerus. Galenus parotidibus eundem illinit. *Finum* melle exceptum & cum farina lupinorum vel fœnu græci mixtum, ad strumas discutiendas magnificat Matthiolus. Est & *tota* in usu. Dioscorides sale inveteratam,

Usus.

Galen. de Theriaca ad Pison. c. 9.

Dioscor. M. M. 1. 2. c. 24.

Glycas 1. 1. Annal.

Galen. de compol. medic. f. 1. 1. 3. c. 2.

detractis intestinis, contra venenatorum morsus commendat. Pulverem exsiccatae in morbo comitiali adhibuit Galenus. Matthiolus crematæ cinere aqua subacta & illito vehementes capitis dolores mulcet, & oculis caligantibus injecto, suffusiones emendat. Marcellus ad catarrhum in fauces descendentem, eandem die Jovis, Luna decre-scente, in olla rudi, ita cremat, ut in pulverem redigi possit, quem cum melle mixtum patientibus exhibet. De *Ufu in Variis*, consule Ambrosinum. Apud Portam legimus, femina rosæ cum seminibus sinapi, & pede mustelæ intra ramos arboris infœcundæ suspensa, eandem in fœtus resolvere. Gesnerus tradit equum à subito & pernicioso morbo, *Cath* Germanis dicto correptum, portione pellis Mustelina exhibita, à veterinariis liberari. Quidam femina cineribus mustelæ permixta per agros spargentes mures à segetibus abigunt. Alii in copiosa aqua fervefaciunt, & decoctionem postea ad fugandos mures à campis feliciter adhibent. Circa *Differentias* variant authores. Plinius appellatione Mustelarum & Ictida & Galen complexus, duas species constituebat, alteram in domum tectis errabundam & domesticam, alteram in agris & nemoribus versantem & sylvaticam cognominabat. Carolus Figulus, vulgaris duas species ponit, alteram totam albam, *Hermellani*, alteram secundum pectus & ventrem, *Viselam* dictam. Ad easdem referuntur sequentia. *Rosola* Alberti seu *Guifela* cujus excrementum odoriferum est. *Quadrupes digitatum* variis maculis insignitum & Salamandra dictum, fortè quòd ob colorum varietatem Salamandræ ex genere lacertorum assimiletur. *Girella* muris, genus in Austria, magnitudine mustellæ. Pelliones Itali nigri rutilique coloris pellem parvam ex regionibus frigidis delatam ostendunt, hancque *Rosoleum* vel *Romulum* nuncupant. Alii *Chiurcam* inter mustelas connumerant. Georgius Agricola in genere Mustelarum *Vormela* animantis *Viverra* seu *Furone* minoris meminit, & Cardanus *Lardironi*. Idem Genetram quandam mustelam esse statuit. *Chiurcam* verò ita Scaliger describit. *Viverræ* inquit, est facie & magnitudine, capite vulpino, sub terra habitat, Fœcundissima est, duodenos parit exiguos. Cauda ei tenuis pænè glabra. Ipsa pilo atro. Catulos in bursa sub alvo obtensa secum fert. Est & *Africana mustela*, quæ apud Clusium ita describitur. Erat, inquit, hoc animalculum majoris muris seu gliris non prorsus adulti magnitudine, corporis forma mustelam & sciurum quodammodo referens. Nam capite & cauda longis pilis prædita sciurum æmulabatur: illam quidem attollens, minimè tamen supra caput retorquens ut ille, sed in altum nonnunquam valdè explicans.

Porta Phytogn. 1. 6. c. 4.

Differentie.


Figul. in Dialogo de Mustela.

Nieremb. H. E. 1. 9. c. 32.

Co-

Mustela *Wiesel*

Putorius *Iltis*



Martes *Marter*

Martes





Porcellus *Indicus*
alio

Taxus *suilla*



Hystrix



Comedens clunibus sciuri instar infidebat, anterioribus pedibus cibum tenens & versans. In utraque mandibula binis longioribus dentibus in anteriore rictus parte erat præditum: aures ferè orbiculares habebat, & pilorum colorem varium à spadiceo, fusco, & albo, singulis coloribus à capite ad caudam, secundum corporis longitudinem virgatim & radiatim excurrentibus. Summa venustas erat in cauda, similibus coloribus etiam virgatim distincta, cum ut dicebam, illam interdum valdè explicaret pavonis caudæ pænè instar. Pedes in quinque digitos erant divisi, quaternos anteriorum spectantes, eorumque binos medios longiores, quintum autem brevem calcari non dissimilem retrorsum spectantem. Omni cibo ipsi objecto indifferenter vesci intelligebam, præsertim verò pane delectari: ferox non esse sed facilè cicurari & domesticum fieri, ut liberè nullo vinculo adstrictum, quo vellet vagari, permitti posset. In navi qua vehebantur, tam cicura hæc animalia evasere, ut nautarum finum & caligas subirent. Nierembergicus Mustelam Lybicum vocat.

ARTICULUS II.

De *Mustela sylvestri* & *Putorio*.

Ambros. Hist. Dig. l. 2. c. 16. Nomen.

Mustela sylvestris, quibusdam, Furo, Furus & Furunculus seu Furectus, seu quòd more furis noctu furripiat, seu à fureo, id est, obscuro colore, quòd subterraneos meatus & cuniculos ingrediatur & effodiat, dicitur: aliis Viverra, quod vi verruncet, id est animantes à cuniculis expellat. Græcis est *ιντις*, & per aphæresin *ιντις*, fortè *απο του ικτις* ab ave hujus nominis cujus colorem pilus ejus æmulatur. Grapaldus pholitam vocat, Gesnerus pholeutam, & rectè, legit. *φολια* apud Græcos lustrum est. Author de natura rerum, colorem ei esse inter album & buxum medium, ventre albo, oculis rubicundis, mustelâ domestica majorem. Aristoteles corporaturæ catelli Melitensis facit, in pilo verò, formâ, albedine partis inferioris, multum à Mustela vulgari discretam. In Italia, Gallia, & Germania non reperiri Gesnerus prodidit. In Africa tantum esse, Strabo. In Anglia haberi multi perhibent. *Victitat* melle, piscibus, columbis, & carne cuniculorum, quam maximoperè appetit. Fœminæ libidine correptæ, nisi se mari commiscuerint, inflatione correptæ pereunt. Coeunt more felium. Septem vel octo catellos unicâ pariturâ edunt: dum tamen spacio quadraginta dierum utero gesserint. Fœtus post partum per triginta

Descriptio.

Locus.

Vitus.

Generatio.

dies cœci sunt, & die quadragesimo post acceptam visionem ad venationem proficiunt. Ad iram provocatæ excrementa alvi odorata egerunt. Cicurati in capsis ligneis plurimum temporis dormiendo consumunt. In Gallia Narbonensi utuntur eis in cuniculorum venatione. Alibi, in extrahendis de nidis parietum, inaccessis inprimis, aviculis. Pertinet ad eam Viverræ in insula Zeilan genus, serpenti coronato inimicissimum. Quoties adversus eum dimicet, radicem ligni colubrini præmordet. Nec alterius est generis animalculum illud quod Agricola *Hamester* vocat. Majus est mustela domesticâ. Color dorsi leporinus, ventris niger, & laterum rutilus. Pedes breves. Multa frumenti grana in specum congerit. Ager Thuringiæ eis abundat. *Putorius*, ab odore nomen sortitus est. Semper enim putidum ab ore halitum emittit. Quidam Ichtim dixere, quòd piscibus valdè delectetur. Scaliger Catum foetentem, ni, fallor, dixit. Corpore Marte est similis, sed major. Circa collum angustior, circa imum ventrem latior, in cauda & cruribus nigrior, & ad latera flavior. Pellis duplici pilorum ordine constat. Alii sunt breviores & flavi; alii longiores & nigri. Crura sinistri lateris breviora esse, à quibusdam creditum, sed ipsa *avrosta* repugnat: *Incolunt* horrea, stabula, sylvas, & ripas. *Victitant* muribus, gallinis, avibus, quibus statim caput auferunt, piscibus, ranis, &c. Tempore vernali pelles gravissimè olent: hyeme non item. Albertus meminit cujusdam mustelæ quam *Noerzam* vocat, magnitudine martis. Pili ad colorem lutræ accedunt. In remotissimis nemorum penetralibus latet, & putidum odorem de se emittit.

Differentia.

Clus. Exor. l. 1.

Agricola de animalibus terrenis.

Ambros. Hist. Dig. l. 2. c. 17.

CAPUT XI.

De Marte & Mustela Zibellina.

Martes à ferocia nomen accepit. Est enim Martia. Alii Martam & Marterum vocant. Nonnulli Foinam, Gainum, & Scismum. Dentes habet candidissimos inæquales & asperos. Canini in utraque mandibula eminent, quibus sex exigui diversæ altitudinis interjiciuntur, qui incisorum munus obeunt, cum hac tamen differentia, quòd incisores mandibulæ inferioris perexigui sint. Molares, quorum octo, sunt ferrati, triangulares quidam. Ultimi in superiore oris parte multò cæteris interioribus sunt, nempe, in ipso palato Severino circa interiore sequentia sunt observata. Sub cutem *fibræ* nervæ extantæ, numero & situ costis omnibus respondentibus. *Costæ* autem num. 14. *Membrana* nulla carnosa: *Musculi* abdominis inter duas peritonæi tunicas; ideo videtur peritonæum crassum & densum, non minus quam

Ambros. Hist. Dig. l. 2. c. 18.

Zootom. Democrit. p. 317.


quam cornea tunica oculi bovini. In longitudine per eam lineam, quæ respondet umbilico carnosum erat, sed non late & in infima sui parte. *Omentum* ventriculo inferne annexum intestinis & lieni, sed *lien* parvulus satis parte sinistra ventriculo appensus, omenti parte adalligante. *Ventriculus* amplior: quam pro pusillo corpore, constans duplici tunica, sed externa albidior & levigata interna, utraque tenuis. *Intestina* retrorsum annexa spinæ per membranam. Nullum cæcum intestinum, uniformia omnia. *Vesica* urinaria oblonga, tenuis, sed ventriculo magis, recto intestino incumbens. *Hepar* septem fibris constans, quarum infirma quædam trifida, velut pes pulli, media sic triangularis figuræ, venæ cavæ per membranulam parvo spacio annexa. *Ren* dexter superior. *Emulgens* sinistra longior quam dextra, utraque ab arteria magna enascens, à vena cava non item: Dubius tamen sum & nescio, num per injuriam non obserim. Ad cavam venam hinc & hinc *glandule* subrubræ seu flavæ, sed dextra superior annexa hepatis per venularum surculos. *Vena cava* multos spinæ ramos mittit per lumbarium musculorum intercapedinem, sic & *magna arteria* cavæ subdita. *Vasa spermatica* à renum medio descendunt, sed parte ima finduntur utrinque, quorum alter ramus continuus testis fit, abdomen extra pervadens. *Penis* à ligamentis coccygis nascens cartilagineus & durus instar ossis, summa sui parte contortus ut terebella; amictus suâ tunica, quæ juxta sui principium validè adhærebat, in extremo perforatus, ut acus; ureter dexter insertus vesicæ superius, quàm sinister, nervus subtilissimus descendit reclusus adalligatus dextero lateri cavæ venæ, inferens sese in principium cavæ. Nervulus item alius latere sinistro descendit ad orificium superius œsophagi. *Diaphragma* ad fines hepatis oblique descendens eadem illi parte connexum. Inferitur vena cava in dextrum ventriculum cordis propè auriculam dextram, quæ nigra & plena sanguine, major quam sinistra: hæc autem alba & exsanguis. Eadem cava variè in pulmonem conspergitur parte dextrâ. Arteria magna inserta in sinistrum cordis ventriculum, dum se contorquet ac flectit ad inferiora: Vena cava dextrorsum pulmonem parum supergressâ sese contorquet & divaricatur in sex ramos, sitque ascendit eadem superne ad utramque mandibulam inferiorem. Pulmo dextrorsum quatuor constat fibris minoribus, sinistrorsum duabus majoribus. In Septentrionalibus regionibus ut plurimum inveniuntur: in Germaniæ Alpibus quæ meridei & Italiæ obvertuntur. Incolunt magnorum ædificiorum tecta, nec non faginas & abjetinas sylvas. Retulit quidam rusticus Gesnero, se in præalta abiete

Martem cum quatuor catulis comprehendisse. Gallia Martibus abietum caret: ex Polonia deferuntur aliquando colore fusco diluto. Dicuntur præter cibos mustelis suctos, fruticibus etiam vesci. Excrementa Moschum redolent. Facile circurantur. Habebat cicurem Gesnerus, canis quo cum nutriebatur amantissimum, quem in itinere sequi solebat. Vinculis soluta circa ædes vagabatur, & semper redibat, supina quoque cati ritu ludebat. Infida tamen est: ideo nonnulli suadent, ut canini dentes amputentur, Pellis est in usu. Ex illa quæ sub gutture, salutes capiti pilei concinnantur. In Canada mulieres infantes suos eis insuunt. Duæ ipsius sunt species. Altera *Domestica* pilo fulvo nigricante vestitur, excepta ea gutturis parte quæ albicat, quam pelliones Fainam vocant. Est corporaturæ felis, sed paulò longior, cruribus unguisque brevioribus. Per rura vagatur, gallinas jugulat, & ova exhaurit. Altera est *sylvestris* pilo clariore & molliore, gutture luteo. Ex his aliæ sylvas fageas, quernas, & ilignas inhabitant: aliæ piceas & abiegnas. Circa lacum Bregantinum dicuntur versari quæ noctu lubent. *Mustela Zibellina* Aristoteli ex quorundum sententia sub nomine *Satherii*, sub *Cebali* Nephro venit. Alciatus *murrem Sarmaticum* & *Scythicum* vocat Agricola paulò minorem Marte facit, totam obscuro colore fulvam, præter guttur, quod cinereum est. Inveniuntur in partibus septentrionalibus & extremis Moscovitarum sylvis; sed & in Lithuania, alba Russia, & locis mari Cronio vicinis: ut & in Lanceruca Scandinaviæ sylva. Præstantissimæ sunt pelles quas Tartari & Lapones mittunt. In regni Congani provincia quadam copiam ipsarum dari, descriptionis Guinæ historia testatur. Insidiantur aviculis, dum in opaco saltu latitant. Animalia sunt natura agilia & semper inquieta. Observatum est pelles ipsorum in imo arcæ repositas & aliis vestibus onustas, post triduum plus minus in summum ascendisse. Si manibus tactantur semper æquales remanent. Præstantiores, quibus pili longi, & ad nigredinem vergentes. Soli expositæ corrumpuntur. A blattis præservabis, si sæpè concutias, & ramis absynthii involutas, reponas. Pretium illis ingens, Quadragenta pelles mille coronatis emptas vidit Agricola. Semimanicam hemalem ex iisdem concinnatam quadringentis libris Bononiensis monetæ Ambrosinus. Incolæ Obdoriæ eas idolo suo Zlata baba dicto, offerunt. Magni Tartarorum Chamii tentoria, iisdem subduci, M. Paulus Venetus testis est.

Renod. l.
3. Pharmacop.

Differentia.

Ambrosin. Hist. Digit. l. 2. c. 19.



Felis Domestica
Zahme Katz

Felis sylvestris
Wilde Katz



Felis Libetti

Zibet Katz



Genetta
Geneth Katz

Meles vel Taxus Canin,
Dachs







Lepus

Hase



Lepus

Cornutus

Cuniculq porcellq Indiq Kaninich Kaniglein



C A P U T XII.

De Genetta, & Animali Zibethi.

Ambros. Hist. Digit. l. 2. c. 21.

Ambros. Hist. Digit. l. 2. c. 22. Scalig. Exerc. 211.

Rondelet. Pharm. l. 3. c. 16.

Bellon. obser. l. 2. c. 20.

ANimalis, quod *Genettam* vocamus, nomen, unde desumptum sit, ignoratur. Quidam, quia Hispanicum est, ab aliquo ibid. loco appellatum, credunt. Alii *Catum Hispania*, quidam *Genethocatum*, vocant. Nonnulli *Pantheram minorem* Oppiani opinantur. Minor est vulpecula. Corpus totum maculis nigris eleganter distinguitur: nam reliquum fuscum, vel cano fuscum permixtum est. Tota pellis molli & denso pilo & lanuginosa, non ingratum odorem spirat. Reperitur in Hispania, & quidem circa aquosa loca, ut inde victum quarant. Semimanica hyemalis ex illius pellib. constans, viginti quinque, imò triginta libris monetæ Bononiensis venditur. *Animal Zibethi*, quod antiquis fortè ignotum est, moderni Græci *Zapetion*, Scaliger *catum zibethicum*, Ludovicus Roman. *felem zibethi*, alii *Sivettam* seu *Civettam*, & *Catum sylvestrem*, Gyllius *Pantheræ* genus, quod veteribus hæc sola odorata ferebatur, Bellonius *Hyenam veterum*, vocant. Armatur dentibus & pilis asperioribus. A capite ad initium caudæ integrum hominis brachium adæquat: altitudo crurum usque ad pedes ad trientem brachii reducitur. Magnitudinis ferè est vulpinæ, colore lupino maculis nigris resperso insignitur. Folliculum circa inguina gestat, in quo odoramentum Zibethum dictum, colligitur. Rondeletius addidit, rictu esse oblongo instar Taxi, linguæ non tam scabræ ut felis. Reperiuntur in Pegu, regno Congitano, China, Cambaja, sylvis Æthiopiæ, quod apud Leonem Africanum legimus. Advehuntur & ex Ægypto, ubi copiosum partum enituntur. Ex Hispania in Italiam deferri, non malè Cardanus scripsit. Delectatur crudis carnis & muribus sylvestribus. Romæ apud Cardinalem Galeottum carne pipionum alebatur. Comedit etiam dulciaria & oryzam cum ovis in China, lignum dulce quod Comaron vocant, si id animal est, cujus Pigafetta in itinerario suo meminit. Adeò cicuratos Romæ & Mantuæ vidit Scaliger, ut innoxie supra humeros ab hominibus gestarentur. Consul Florentinorum Alexandria adeò mitem habebat, ut cum hominibus colludens, nasum, aures, labra, dentes sine noxa apprehenderet. Ab ineunte ætate humano lacte educabatur. Excrementum quod ex loculo circa extremam abdominis partem intra femora, cavernis & angustiis instructo dimanat, primò est album, teste Fallopio, progressu temporis subluteum, tandem nigrescens. Primis diebus hoc odoramentum grave est, namque mirandum in modum fe-

rit: concretum & aëri expositum, suavitatem gratissimam acquirit. Nonnulli sperma animalis esse voluerunt. Colligitur cochleari argenteo, aëreo, vel corneo, singulo quoque die drachmæ unius pondere. Majorem zibethi copiam fundit, si, antequam colligas, virgula exagitetur, ut in iracundiam præceptus feratur. Alii spontè certo anni tempore incallescere, & liquorem odoriferum è genitali ejaculari scribunt. Collectum in vase corneo melius & diutius quàm alio servatur. Sunt quidam Ulyssipone nobiles, quorum ex zibetho reditus, ad mille & quingentos aureos ascendunt. *Usum* Majol. Colloq. 7. tam in Medicina quàm alibi habet. In Colica effectione granum unum umbilico inungitur, pane calido supra posito. A Crollio in vertigine & apoplexia commendatur unguentum, cujus compositionem & hic succus ingreditur, extremitatibus narium, temporibus, & vertici illitum. In uteri suffocationibus pudendo affricatur. Adulteratur felis bubulo, styrace liquida, & melle. Parantur ex eo pulveres Cyprii: saponis, aquæ, olea, essentia, suffitus, de quibus consule Ambrosinum.

C A P U T XIII.

De Lepore.

LEpus Isidoro dicitur quasi Levipes, ob currendi celeritatem; vel quòd mollissimè propter villosos pedes incedat: aliis ab Æolibus Bœotii qui antiquà voce, animal hoc, *λεπτός* indigitabant, descendit. Dicitur autem ita quasi *λεῖος πορθύρατος*, quòd lubricè eat, nec facilè sit eum apprehendere, aut retinere. Scaliger tamen *λεπτός*, & *λεπόρις* legit. Aliis Græcis dicitur *λεπτός*, *λεπόρις*, *λεπόρις* Atticis, *λεπτός* Jonibus, ut Eustathius docet. Vocatur & *δασύπους*, à pedum villositate, *δρομαλός*, *πρόξ*, & *ταχύς*, sine dubio, à cursus celeritate. Cretenses Lepores *λεπτός* vocant. Albertus Leporem, Trochum Aristotelis interpretatus est. In *Descriptione* non est quòd immoremur, *Caput* habet breve & rotundum: *collum* angustum, rotundum, molle, oblongum; *aures* sublimes *scapulas* rectas & laxas: *pectus* non carnosum: *spinam* teretem: *ventrem* depressum: *Crura* levia, quorum priora exiguo intervallo distinguuntur; posteriora, in fragenu instar literæ A divaricantur: *Corpus* denique totum flexile. *Interiores* partes si spectes, *Cor* ipsi darum maximum: illis verò, qui circa Biletum, Thernen, & in Chersoneso ad Propontidem vagantur, quique in Symino agrò circa Bolbam versantur, duplex Plin. H. N. l. 11. c. 37. jecur, seu quòd revera tale sit, seu quòd adeò fissum est, ut duplicati jecoris faciem repræsentet. *Oculi* sub angulo anteriori cartilago Zootom. Democr. P. 309. latior est: vermiforme corpus cerebello postremum: corpus concameratum in aliis non

Isidor. Origin. l. 12.

Varro. de LD. l. 3. c. 12. Nomen.

Descriptio.

Aristot.
de partib.
animal 1.
3. c. 15.
Locus.

observatum: os auriculæ tenuè pellucidum-
que ut felis. Inter animantia dentata, uni-
cumque ventrem habentia, solus coagulum
obtinet. Reperiuntur passim, tam calidis
quàm frigidis regionibus. Ex Lybia albos
delatos reliquit Pausanias. In insula Indica
Mazzua dicta, tanta ipsorum copia, ut ab
incolis passim interimantur, si Ferdinando
Lopezio credimus. In Atho quoque monte
tot, ut Ovidio in proverbium abierint. In-
colunt tam culta quàm inculta, ista tamen
præcipuè, quæ à venatoribus non frequen-
tentur. In Ithaca non esse, nec vivere illatos
prodidit Aristoteles. De *Victu* leporum ita
elegantur Bargeus:

Ovid. l. 2.
de arte a-
mandi.

Aristot.
H. A. 1.
8. c. 29.
Victus.

*Decerpunt letiturgentia gramina campi,
Et culmos segetum, & fibras tellure repostas
Herbarum, & lento morsus in cortice figunt.
Arboris, atque udos attondent undique li-
bros;
Nec parcunt strato pomorum, aut glandis
acervo,
Aut vicie, aut milio, aut procera frondibus
ulmi,
Præcipuè grata sylvestria gramina mentha.
Quæque colunt riguas inculta sissimbria val-
les,
Et vaga serpillæ, & pulegi nobile gramen
Percipiunt.*

Bargeus
Cyneget.
l. 3.

Genera-
tio.

Commiscentur averfi, ut omnia animantia
quæ retrò urinam mittunt. Solvuntur quo-
cunque tempore anni in libidinem: Xeno-
phon tamen & Pollux verno potissimum
tempore congregi statuunt. Post primum
congressum superfoetat, ut verè Poëta scrip-
serit.

*Prolis amans, gignit fetus, lactatque te-
nellos*

Dumque superfetat, dum parit; usque coit.

Non est ergò mirum, catulos prægnantes in
dissecto lepore inventos, quod apud Ælia-
num legimus: nec mirum, Astypalæam ex
geminis leporibus, tempore Antiochi Go-
nata, brevi tempore, tot leporibus fuisse re-
fertam, ut intra annum spaciū plures sex
millibus caperentur, ut apud Athenæum le-
gimus: totamque Geronem Sarii maris in-
sulam olim leporibus vacuam, intra breve
tempus, à prægnante lepore, foetu occupa-
tam fuisse. Enituntur in locis nemorum se-
cretioribus; nunc duos, interdum tres, ali-
quando quatuor catulos. *Sexum*, sic optimè
agnosces; si consideraveris, foeminam esse
capite oblongiore, corporaturâ crassiore, au-
ribus oblongioribus, & pilo dorsi leuco-
phæo, ad nigredinem vergente, canibusque
persequentibus semper suam regionem cur-
rendo circumambire, & per eundem locum
pluries transire: marem verò humeros hab-
ere rubentes, in quarum medio pili oblongio-
res, observentur; caput brevius & obtusius,
pilos barbæ & palpebræ longiores; aures

Athen.
Dipnof.
l. 9.

Sexus.

breviores & latiores, canibus persequentibus
recto itinere se comittere, & quando-
que ad decem millia passuum currete. *Inimici-
tias* gerunt cum aquilis, corvis, mustel-
lis, vulpibus & canibus. *Vivunt* ad septen-
nium. *Ætas* ex cavernis vel potius fissuris
secus foramen excrementorum colligitur, si
Archelao & Alberto credendum. *Vocem*
habent acutam. Philomelæ author gemitum
appellat. Ad *Naturam* pertinet videndi fa-
cultas eximia: nam dum dormit oculos aper-
tos tenet: auditus acerrimus: nam & ad le-
vissimum foliorum motum concitatur & fu-
git: Utitur etiam auribus tanquam incita-
mento ad cursum, quibus eundem digirit &
moderatur. Dormituriens, ne cavernæ lo-
cus deprehendatur, huc illuc discurrentes,
vestigia primo disturbant, tandem magno
saltu in cavum profiliunt; ubi decumbentes,
fæmen ilibus subjiciunt, cruribus prioribus
ut plurimum junctis, & auribus super utrum-
que humerum demissis. Cavernis egressi,
libentissimè serenis diebus apricantur. Lo-
ci natalis tam sunt amantes, ut nullum pere-
grinum admittant. Facile cicurantur, & ni-
mis pinguefacti, intereunt: at levi datâ oc-
casione vincula effugiunt, & ad pristinos
mores redeunt. In sylvis rarè pinguescunt;
fortè quòd sibi metuant. Ad *ingenium* spe-
ctat, quod hyeme impendente cubilia in lo-
cis apricis constituunt; æstate ad Aquilonem
cubant: quòd ad pabula longinqua profici-
seuntur, ut longo cursu exerciti, pedum ce-
leritatem firment: quòd, ut venatores fallant,
per flexuosas incedentes vias, frutices om-
nès evitant, ne pili iisdem affricati, odorem
canibus prætereuntibus præbeant: quod ubi
segnes ad persequendum canes vident, lento
gradu properant; ubi urgere, citatissimo-
cursu feruntur: quòd denique à venatore
agitati inter glebas, quæ sunt ejusdem secum
coloris, ingeniosè latitant. In *Cibus* eos Judæ-
is gustare nefas: at apud gentiles, postquam
ab Attalico Cydoniensi ad epularum appa-
ratum deducti sunt, in deliciis semper fuere,
adeò inter mattyas caro leporina poneretur,
formositateque vultus conciliare crederetur.
Ideò certè Alexander Severus, ut in
Lampridio legimus, singulis diebus come-
debat, & aliquod hujus vestigium apud
Martialem ad Galliam habeamus. Cate-
rum cujus sit caro hæc temperamenti, non
est quòd multis disquiramus; sola distin-
ctione res confici poterit. Bimestres, tri-
mestres, & ad summum semestres, opti-
mi sunt succi, & facilis concoctionis. An-
niculi & adultiores crassum sanguinem ge-
nerant. Visi tamen venatoros, quorum quo-
tidianus leporina cibus, qui tantum abest ut
mœrore distraherentur, ut etiam lætitia per-
funderentur. Quod autem Cato, Censori-
nus oleribus & carnibus leporinis ægrotis
ali volunt, de catulis fortè intelligendum
est.

Inimici-
tia.

Ætas.

Vocem.

Natura.

Ingenium.

Martial.
l. 5.
Epig. 30.

Brujerin.
l. 13. de re
cibaria.

Ufu —

Galen. l. xi. de simpl. med. facult.

est. Meliores verò iis qui ad aquas degunt, illi qui in montosis & planis habitantes, serpillo, pulegio, & aliis vescuntur. Maximè etiam urgente bruma in cibis commendantur. Præparandi rationem vide apud Ambrosinum. In *Medicina* nulla ferè pars est quæ usum non præbeat: imò & excrementa eidem inserviunt. *Caput* ustum cum adipe urfino aut aceto alopecie mederi, Galenus reliquit. *Cerebrum* dentitionem infantum promovet, si gingivæ sæpius eo illinantur: ex vino potum, urinæ incontinentiam cohibet. *Cor* quartanariis alligatur: pulvis sicci cum tertia parte mannæ thuris epilepticis à Sexto in vino albo propinatur, septem dierum spacio. *Pulmo* oculis dolore affectis superponitur. *Hepar* coeliacis cum vino austero propinatur. *Fel* faccaro exceptum gemmas & oculorum nubeculas delet. *Coaguli* si ab animali quod nondum quicquam præter lac degustavit, & ad solem vel in fumo exsiccatum est, magna præstantia. Fluxu dysenterico laborantibus à Dioscoride propinatur. Spinas partibus infixas extrahit, si cum thuris polline, & visco querno misceatur. Ad punctiones serpentum adhibetur. Viri congressum & scemine conceptionem juvare perhibetur. Dioscorides potum foetum necare ait. *Reines* coctos in lithiasi Matthiolus exhibet. Inveterati & pedibus alligati podagram levant, si Olao Magno fides est. Ex *Matrice* medicamentum ad sceditatem concitandam Quercetanus parat: eadem in vesicæ malis commendatur. *Carnem* in oleo fruxam Albertus in dysenteria & intestinorum ulceribus per clysterem infundit. Iisdem *sanguinem* assatum. Dioscorides propinat: quidam cum farinâ hordeaceâ miscent. *Lac* mulieres foecundas reddit. *Adeps* extrahendis spiculis cum floribus fabarum inservit. *Dens* appensus dolorem dentis mitigat. *Talus* seu ossiculum illud in posteriori suffragine leporis, in colica affectione funiculo ex pilis leporinis à Marcello alligatur: pulvis adversus colicam feliciter bibitur: à Trago mulieribus ut facilius pariant, in liquore stillatio pulegii propinatur: in Epilepsia, cum visco querno, margaritis, corallis, & semine pæoniae præscribitur. Urinam denique in lithiasi validè provocat. *Pellis* ceratum ad hernias ingreditur. *Pili* coercendo sanguini undecunque mananti inprimis ex naribus confert. *Pedes* à vivo abscissi in dolorem podagrico applicantur. *Urina* hydropticis cum spica nardi utiliter propinatur. *Stercus* à mulieribus gestatum conceptionem impedit, si quibusdam credimus: si Matthiolo, subtus immisum nimios mensium fluxus cohibet, & humentem uterum exsiccatur. *Totius* cremati pulvis, ex vino tepido, calculosis propinatur. Ad eundem affectum Montagnana electuarium componit, eidemque lapidem judaicum, & spongas in lapil-

Montagn. Antidot. l. 2.

lis repertas addit. *Differentiæ* à colore, quantitate, pinguedine, eo loco sumuntur. *Ratione coloris*, sunt alii cyanei, alii in terris nigris fusci, alii in rubris rutili. Oviedus in America quosdam vagari scribit, quorum dorsum leporini est coloris, reliquum corpus album, latera leucophæa. Observati, ut Plinius prodit, albi in Alpibus, & in summis Ananiae vallis montibus. Gesnerus quoque candidum vidit, cum pilis in summitate aurium nigris, carnemque cæteris teneriorem expertus est. *Magnitudinem* quod spectat. Elymaei vulpes corporatura adæquant. In Macedonia & Gallia trans Alpina sunt magni; in Italia & Hispania minores. *Pinguiores* in Pannonia inferiore quàm Italia Marnardus observavit. Quantum ad odorem, dicitur quoddam Leporis genus ita moschum redolere, ut canes persequentes in furorem agantur. A *Loco* sunt montani, campestres, palustres, Italici, Gallici, Hispanici, Indici. *Montani* à cæteris nigritia, magnitudine, ferocia, & deniore pilo discrepant. *Italici*, secundum Varronem, sunt primis pedibus humilioribus, dorso pullo, & ventre albo. *Gallici*, ut plurimum candidi visuntur. *Hispanici* cuniculos complectuntur. De *Indicis* ita Nierembergus. Leporem *Citli* vocant Barbari novæ Hispaniæ. Similis nostratibus est formâ atque alimento, sed auriculis pro corporis magnitudine longissimis latissimisque. Intexi solent ejus pili ab indigenis vestibus & linteis, quibus utuntur palliorum loco. Brasilienses *Cotias* nominant animalia quædam magnitudine & formâ, & sapore leporum, rufo colore, parvis auribus, caudâ ferè nullâ. Majores sunt ejusdem ferè speciei, quas *Pacas* vocant, rostro tereti, ad faciem felis, fusco colore, candidis maculis interstincto: neque carne tantum, sed & corio ipso prætenere: ideò in deliciores epulas expetuntur. Amatus Lusitanus quoque tradit animal facie & magnitudine leporis in India vagari, quod incolæ tamdiu baculis cædunt, donec moriatur. Mortuum pelle nudant, & carnem ex ictibus lividam conterunt, manibusque quasi ad pastam redigunt, quam pellibus ejusdem animantis involutam, Moschum nominant.

Differentiæ.

Plin. H. N. l. 18. c. 555.

Ambrosin. l. 2. De Dignit. ovipar. c. 23.

Nieremb. Hist. Exot. l. 9. c. 8.

CAPUT XIV.

De Cuniculo.

Quadrupes quod *Cuniculum* dicimus, à cuniculis quos sub terra fodit & inhabitat, nomen sortitum est. Ab aliis vocatur lepusculus, ab Æliano parvus lepus. Recentioribus Græcis est *σύναις* aliis *δασύρις* quem Plin. à cuniculo & lepore distinxisse videtur. Strabo *γαλαρῶχος καγίδας* lepores fossores nominavit: nec non *λαβηρίδας*, fortè à voce *λαβρίτι*, quæ Græcis antiquis *ὁ τῆς ὄφραϊς γῆρας*, serpentis spoliū. Hinc Cuniculus recens

Nomen.

Strabo. Geogr. l. 3.

recens natus & adhuc impilis, *liberis, laboris & laurix* appellatur. Hermolaus in Dioscoridem *Adapis* nomine indigitavit, forte à vocabulo *ἀδίατρος*, quod rem quæ minimè potest consumi denotat. Fœcundissimi enim sunt. Erotianus *λεπτομόριον* vocavit, quòd annonæ penuriam faceret. Circa *Descriptionem* non est quod laboremus. Notissimum enim est animal. In secto sequentia Severino sunt observata. *Musculi* omnes abdominis inter duas peritonæi tunicas dispositi, firmè ipsis adhærentes. Intestinum rectum fatis exile. *Cor* exile: *hepar* magnum, renes magni, *lien* oblongus magnitudine respondens parvæ hirundini, gallinæ: *nephros* figurâ cultri calcearii cum manubrio latro, medium inter latus fibras hepatis. *Ventriculus* figura parum varius à suillo, simillimus verò muris & gliris. *Cystis* exigua affixa hepati. *Cæcum* uno palmo vulgari & amplius magnitudine respondens communi pollicis cellulatum & cum appendiculo trium digitorum aut amplius fatis exili. *Processus lumbarium vertebrarum* longiusculi, quos intercurrunt insignes interni musculi. In insula Ebuso generari negat Plinius, at alibi plurimi reperiuntur; in Germania nempe, Gallia, Italia, Mauritania, Moscovia, Polonia, &c. Scallig. circa Mosaiscum Moscovitarum oppidum innumeram cuniculorum multitudinem ponit. Maximus tamen eorum in Hispania proventus. Balearibus infutis, olim devotaris messibus non vulgarem tamen attulerunt. Apud Zelandos quoque in ipso Oceani aditu, immensa vis cuniculorum conspicitur, quâ post solstitium brumale tota Brabantia alitur. Vescuntur gramine, trifolio, brassicâ, lactucâ, cichoreo, raporum putaminibus, pomorum corticibus, & baccis lauri inprimis. Sanguine humano citissimè pinguescunt: sed ab omni humiditate abhorrent. *Semestres* vel potius anniculi congregiuntur: & singulis mensibus in calidis regionibus concipiunt. Niphus à quodam eorundem altore accepit, fœminas binos & ternos enixas, post quatuordecim dies iterum totidem peperisse. In Germania tamen & Italia brumali tempore rarò enituntur. Quinos & ad summum novenos in lucem edunt. Nonnulli in hoc animantium genere, tam marem quàm fœminam parere fabulati sunt. Fœmellæ per spacium unius diei supra viginti lac catellis præbent. Si quis eos manibus pertractet indignantur, & vel deserunt, vel lædunt, vel etiam interimunt. Mares etiam libidine stimulatî fœtus enecant, & inprimis, si fœminæ liberis nutriendis intentæ, eos refugiant. *Naturam & Ingenium* sequentia detegunt. Saltu captum evadunt. Locum, si quid in eo periculi senserint, deserunt: migrante verò uno, reliqui quoque gregatim abeunt. Ruminare compertum est. Sibi invicem aliquando ita æmulationis

studio infesti sunt, ut alter alterum quandoque auribus, quandoque pedibus mutilet. Facile tamen mansuefiunt. Observavit Cardanus quendam qui canes ultrò persequeretur. Terram assiduè fodientes, specus multifores sibi parant. Quare M. Varro reliquit, in Hispania non incelebre oppidum in loco arenoso ædificatum, adeò à cuniculis subrutum fuisse, ut incolæ aliò migrare coacti fuerint. Ex cuniculis nonnisi manè & vesperi egrediuntur, nec longè ab iisdem abscedunt. Foveas in quibus stabulantur arenâ cooperiunt, ne à transeuntibus deprehendi possint. Caro cuniculorum tenerior est leporina, juniorum inprimis. Primus, Hispanus quidam in escam mensis apposuit. Circures in Hispania contemnuntur, quod nutrimenti saporem concipiant. Agrestes in deliciis habentur. Durantes primò elixari jubet, post herbis odoriferis & pinguedine suilla confici. Quantum ad *Medicinam*, pinguedo nervos mulcet, & nonnullis urinæ affectibus præsto est. Adhibetur combustus ad curandam synanchen, à Marcello, de quo vide Ambrosinum. *Differentia* cuniculorum à colore, magnitudine, Extis & Loco sumuntur. Coloris ratione, sunt albi, nigri flavi, cinerei, variegati, candidis, nigris, vel rutilis maculis stellati. *Magnitudine* si spectetur vidit Valerianus Veronæ apud circulatorum nostris quadruplo majores, & mirâ corporis obesitate. In Betica Plinius geminis extis esse putat. Quantum ad locum sunt animalia quædam in India, Utix dicta, magnis foricibus similia, & cuniculis æmula. An à Thracicis & Macedonicis cuniculis differant, quas Scaliger leporino pilo, brevioribus auriculis, corpore crasso, & compacto, cauda longa & ad sciurinam accedente descripsit, judicandum lectori relinquo. Alii mures Pharaoni, squidam Indicos lepores vocant. Ex Indicis cuniculis sunt etiam illi, quos *Porcellos Indicos* nominamus. Magnitudine sunt cuniculi nostratis, sed cruribus brevioribus, cum digitis fenis in pedibus anterioribus, & quinque in posterioribus. Dentes iis ut in muribus: cauda nulla: rostrum acutum: aures parvæ & rotundæ, & fetis potius quàm pilis vestiuntur. Vox nonnihil ad grunitum procellorum accedit. Vescuntur omni herbarum genere, fructibus, pane & avena. Multorum sæpe mensium spacio sine aqua aluntur. Fœmellis septenis vel novenis mas unus sufficit. Ritu cuniculorum superfatant. Hyeme quoque catulos non cæcos ante sexagesimum diem enituntur. Duo mares præsentem fœminam præliantur. Adjecimus & alterius cuniculi Indici iconem. Nierembergii novem cuniculorum Indicorum species facit. Prior, inquit, est *Pactli*, seu Hispanicus, si in pinguis versetur agris; non minus jucundam præstat quàm apud Hispanos alimoniam.

Secun-

Descriptio.

Zootom. Democrit. p. 327.

Vetus. Carol. Stephan. Agricult. l. 9. c. 2.

Generatio.

Natura & Ingenium.

Usus.

Differentie.

Nieremb. H. E. l. 9. c. 8.

Nieremb. H. E. l. 9. c. 7.

Secundus est *Eliztaçtotli*, seu candens pe-
ctus. Tertius *Cuiclatēpotli*, seu brevis caudæ.
Quartus pertinet ad Peruvios vocatur *tocan-
thoçtli*, talpæ Mexicanæ (quam tucam vo-
cant) figurâ. Quintus *quauhtochtli*. Sextus
metochtli. Septimus *cacatochtli*. Octavus
cuiclatēpotli alter. Ultimus verò ac nonus à
rubeo fulvoque colore, quo variat, nuncupa-
tur *hapaxtochtli*. Omnes formâ nonnihil inter
se distant, ideò diversis appellantur nomi-
bus. Nutrimentum nostratium alimento est
insuavius ac durius. Hæc ex manuscriptis
Doctoris Francisci Hornandi. Labet adji-
cere alterius scripti sententiam de cu-
niculis Hispaniolæ. Erant inquit Anony-
mus auctor, cuniculi forma & cauda marina,
licet aliquantulum minores quam Castellani
cuniculi. Caro idonea & jucunda. Degunt
inter herbas & in montibus non sub terrâ.
Quatuor eorum species: quidam quemi di-
cti, in majores & duriores, alii utiæ, alii moh-
las, alii curies, hi parvuli, delicatioris &
salubrioris. Huc pertinent *Vischacæ*, cuniculi
genus, quod feles imitetur prolixitate cau-
dæ. Amant nives quos ibi etiam inquirunt gu-
la. Pilus olim gratus, in precio & usu.

C A P U T. XV.

De Sciuro.

Primus qui hoc animalculum Sciurum
vocavit, Oppianus est, qui Antonini Cæ-
saris temporibus vixit. Nomen videtur à *σκῆ*,
id est, umbra, & *αὐρα* cauda, quod sibi cauda
umbram faciat, sortitum. Dicitur & *ἰσχυρο-*
καμπίστρος, forte *ἀπὸ τοῦ κάμπτεν* flectendo, quòd
clunibus insidens caudam supra dorsum
flectat. Quidam *ἰσχυρὸν* nominavere: quod
nomen gliri propriè competit. Latini com-
muniter vocant Sciurum: quidam *Nitelam*,
ut in Glossographo vetere extat, à nitendo,
quod in scandendis arboribus nitatur:
Vincentius *Pirolum*, Albertus etiam *Spi-
riolum*, Belluacensis *Scurulum* à currendo.
Ex murium est genere. Dentes inferiores
longiores habent: & cæcum intestinum
quod ventriculo magnitudine respondet.
Ubique ferè reperiuntur: maximè tamen
in tractu Septentrionali, ubi colore pul-
chrioris sunt. Pomis, castaneis, nucibus avel-
lanis, faginis, pineis, glandibus etiam ves-
cuntur: & tempore æstivo cibos pro hyeme
in cavernis condunt. Tempore verno co-
eunt, & inter altissimos arborum ramos ex
bacillis & foliis arborum nidos sibi con-
struunt. Catuli post tertium vel quartum
diem nidum deserere dicuntur. Tres vel
quatuor simul pariunt. *Naturam* & *Inge-
nium* in eo ostendunt, quòd instinctu quo-
dam naturali priorum pedum ministerio pro
manibus utuntur: quòd aliquando ita cicu-
rantur, ut scuriliter ganniant: quòd dum
gradiuntur caudam post se trahunt, sedentes

supra dorsum eandem erigunt, & in saliendo
ab eadem tanquam ab alâ adjuvantur: quòd
in solis ardoribus se eadem inumbrant: quòd
annes tranaturi, cortice conscenso, eadem
pro velo utuntur: quòd denique tempestate
prævisâ, obturatis undè spiraturus est ventus
cavernis, ex altera parte fores aperiunt. Ap-
parantur à quibusdam in cibis: apud Velle-
jos populos inter lautitias censentur. A de-
pse emollit, & in aurium dolore mirum in mo-
dum à Galeno commendatur. Dentibus præ-
stigiatores in prædicendis futuris utuntur.
Differentias à colore & loco mutuari placet.
Colorem si spectes. In Germania intra pri-
mum ætatis annum nigri sunt, cum adoleve-
re rubent. In Polonia leucophæum colorem
cum rutilo admixtum habent. In Russia ci-
nerei toti conspiciuntur. In Podolia traden-
te Cromero, vagantur animalia sciurorum
magnitudine, quæ in cavernis degentia, va-
riis & maculosis pellibus insigniuntur. Quan-
tum ad *Loca*, sunt Sciuri qui Mures Pontici
& à colore varii dicuntur, sunt Getuli, & In-
dici. *Mus Ponticus* à Ponto ita dicitur Aristoteli
& Plinio, quòd ex regionibus circa Pon-
tum olim ad usum & vestitum peteretur.
Matthiolus videtur *Murum Lasicum* nunc-
cupare: alii Venetum vocant, Poloni Popie-
liza. Est in candido cinereus, nec adeò am-
plam caudam ac sciurus vulgaris gerit. Ejus-
dem cum sciuro naturæ. Tempore hyberno
profundo sumno opprimitur. Sunt alii in
dorso magis cinerei, alii magis rutili. *Getulus*
mixti est coloris ex ruffo & nigro, ab armis
ad caudam per latera & dorsum, albæ & fu-
scæ lineæ alternatim certis distinctæ inter-
vallis elegantissimè depingunt. Minor est
paulò vulgari sciuro & aures habet demissas,
capiti ferè æquales, orbiculares, & per cutis
superficiem deductas, in longum caput ranæ
capiti assimilatur. *Indicorum* sunt quinque
vel sex species, de quibus ita Nierember-
gius. Prior *Quauhtechallotl* species dicitur
Tilitic sive *Tlilocotequillm*, cognomine sum-
pto à corporis & caudæ colore, nempe ni-
gro, & à pinibus quas incolit. Vescitur po-
mis quæ ex arboribus decerpit, in earundem
cavitatibus reconditis servatisque in hiema-
les alimonias, ubi etiam sobolem educat,
& nihil non abrodit. Versutus est, passe-
rum voces sonat, & caudam, qua se to-
tum aperit, lanigeram gestat. Mitescit fa-
cili opera, & quibuslibet alitur nutrimen-
tis. Dum comedit, posterioribus insistit
pedibus, ac ori cibos admovet prioribus,
attollens, majori ex parte caudam, aut
corpus eadem, nisi in cursu tegens; tunc
enim protendit illam. Iratus ejusdem pi-
los erigit. Adjunguntur eorum pelles in-
ternis vestium partibus, caloris concilian-
di atque ornamenti gratia, fugata ad eum
modum hiemalis rigoris sævitia. Secun-
dus *Quauhtechallotl*, *Quapachtli* aut

Ufus.

Brujer. l. 13. de re cibar. c. 29.

Differen-
tiæ.

Ambro-
sin. de Di-
git. Vi-
vip. l. 2. c. 27.

Nie-
remb.
H. E. l. 9. c. 34.

Nie-
remb.
Hist.
Exot. 1. 9. c. 9.

Ambro-
sin. de
Digit.
Vivip. 1. 2. c. 26.
Nomen.

Descri-
ptio.

Locus.

Cibus.

Genera-
tio.

Natura.

Cortic-Olotegylin, à luteo alvi colore dictus, in duplam ferè crescit magnitudinem, alboque, nigro & fusco colore promiscuè tegitur, si ventrem excipias, qui pallens est, aut fulvus, quemadmodum attigimus, & caudam gerit prælongam pilosamque, qua se interdum operit. Vivit in terræ foraminibus & antris inclusus, in quibus etiam educat prolem. Vescitur Indico frumento, quod ab arvis raptum in hiemen recondit. Versutus est velut & reliqui, nec unquam cicuratur, aut congenitam deponit feritatem. Tertius *Techalotl* dictus, caudam ferè depilem gestat, ac brevior, nec dodrantem vincit longitudine. Non cicuratur, sed semper mordet atrociter, & corrodit ablata omnia. Fusco & candenti colore promiscuè tingitur, & posterioribus quoque innixus pedibus, oblatam edit alimoniam, sed præcipuè maizii spicas apprehensas anterioribus. Oculi sunt magni, si illos cum cæteris partibus confèras. Vivit in antris, quæ unguibus facillè excavat, consternitque lana, gossypiove & quovis alio stramento molli, ac passeris voce imitatur. Quartus *Talmotli* dictus, spithameus est, caputque & oculos habet pro corporis amplitudine maxima: caudam verò longam pilosamve, & lineis aibis, fuscis ac nigris interstinctam, quæ se eodem quo alii modo tegit. Color totius corporis varius est, & aliquando in fulvum inclinans, cætera præcedentibus similis. Quintus dictus *Quimichpatlan*, seu mus volans, fusco pilo nigroque promiscuè tegitur, qui propè brachia ac crura proluxior est, ac parvarum volucrum forma, cujus gratia tanta celeritate in has & illas arbores sese vibrat, ut volare dicatur. Est autem cæteris minor, parvo & murino capite, magnis auriculis, nec aliaquam cæteræ horum animalium differentie utitur alimonia. Caudam ejus ustam ac redactam in pulverem, & in corpus sumptum, ajunt parientes juvare. Est & aliud genus *Xtatechalotl* vocatum, cæteris forma simile, proluxitateque & lanuginosa cauda, capite, collo & clunibus desuper fulvis; cauda per alterna intervalla cyanea, subalbidaque, sed fulvis distincta lineis, cætero corpore subalbido, unde nomen habuit.

CAPUT XVI.

De Glire.

GLIREM à pinguedine nuncupatum putavit Isidorus. Gliscere enim, crescere & pinguescere significat. Tota is hyeme in cavernis degit & pinguescit. Græcis dicitur *γλήριον*, quod antiquioribus addito gamma, *γλήριον*, unde forte glis. Vocatur ita, seu ab *γλήριον* quoniam in sylvis & locis apricis degit: seu ab *γλήριον* quod in arborum foraminibus per integram hyemem circumvolutus &

foporatus maneat. Alii *λαγύριον* quasi leporem dormientem vocaverunt: quidam *μυρξίν*, quasi rictum in comparatione ad alios mures magis acutum habeat. Est rostro, ut dixi oblongiori, acutioribus auriculis, caudâ non æquè villosâ, ventre medio magis protuberante, quàm in sciuro, latere & tergo cinerei prorsus coloris; quamvis subruffi aliquando in ventre capiuntur. Non tantum in sylvis, sed & sub tectis rusticis stabulantur. In Hibernia non haberi proditur vulgo, nec alibi in illis ædificiis quæ ex lignis Hibernicis structæ sunt, quod me, falsum, experientia docuit. In montibus conterminis Goriciensis agro, & in Alpibus Carniolæ, Carinthiæ, & Styriæ, maxima illorum fatura. Vescuntur glande fagina, nucibus regiis, pomis, & aliis. Pomata tamen edere quidam negant: aperire duntaxat, ut nucleis fruantur. Quantum ad *Naturam* & *Ingenium*, hyeme in cavis arborum stertendo pinguescunt: & tam altum trahunt somnum, ut igne vix revocari possint: imò dissecti tanquam mortui jaceant; nec citius membra moveantur, quam in aquam fermentem conjecta fuerint. Æstivo tempore congregiuntur, & autumnò suos fetus edunt. Parentes senio confectos insigni pietate nutriunt. Murium ritu, ædes ruinosas, trimestri etiam spacio, antequam collabantur, deserunt, quod earum compagem sensim dissolvi præsentiant. Senectus hyberna quiete finit, cum tantummodo sextum ætatis annum excedant. Omnes aliquando ejusdem sylvæ congregantur, & si aliqui monte vel flumine discreti ad eos accedunt, præliantur invicem. Aliquid venenati habere, constans authorem opinio: vulgatumque in cauda illud hæere, urinamque super partem aspersam, illam usque ad ossa putrefacere, vulnusque insanabile reddere. Epiphanius fetus à vipera excæcari, & untriti, sic venenatos reddi, scribit. Q. Scaurus primus in sumptuosis cœnis carnem glirium apponi jussit. Apud Romanos in lautitiis habebantur, hinc & gliriorum constructio. Optimi à mense Octobri ad Januariam censentur, quod tum valdè pingues sint. Durantes juniores in cibis commendat. In *Medicina*, invenit quoque locum. Carnis esu bulimo laborantes liberantur. Pinguedo ad conciliandum somnum plantis pedum inungitur. Excrementa in liquore aliquo pota calculos discutunt: eadem cum aceto & rore marino alopeciam sanant. Cinis combusti ad claritatem oculorum prodest, si Plinio credimus. Sunt aliquot eorundem genera. Est, Bruyerino referente, apud Allobroges, Sabaudos, & agro Tarantesio, animal quod saxa rupesque incolit, magnamque anni partem dormiendo consumit, in cibis gratissimum. In Orientalis Indiæ tractu quodam sunt Nefren-

Descriptio.

Locus.

Cibus.

Natura & Ingenium. Aristot. H. 1. 8. c.

17.


Usus.

Differentie.

Ambrosin. de Digit. Vivip. 1. 2. c. 29. Nomen.

Glires Ratten

*Mures
Mause*



*Mus avellanarius
Haselmaus*

*Sciurus
Eichhorn*




Nulmaus

*Mus araneus
Spitzmaus*

Talpa Molckworf



*M. Noricus
Grosse Haselmaus Zieselmaus*



frendis magnitudine, qui domos subruunt, & muros profodiunt. Ibidem sunt alii pilo rubicundo, odorem moschi spirantes. In Chiapa est animalculum, cuniculi magnitudine, gliris formâ: prolem dorso vehit, cum victum quæritat.

Nie-
remb.
H. E. 1.
9. c. 75.

CAPUT XVII.

De Muribus.

ARTICULUS I.

De Muribus domesticis.

Ambro-
fin. de
Digit.
Vivip. 1.
2. c. 30.
Nomen.

Mures in Domesticos, Agrestes, Avelanarum, Araneos, Alpinos, & Aquatiles dispecimus. *Domesticus*, Latinis Mus, Ratus & Sorex, dicitur. *Mus*, à Græco μῦς descendit. *Ratus* majoris nomen est, à rependo vel rapiendo Græcis nuperis *πλανοῦ*. *Sorex* vel à sono, quem in rodendo edit: vel quod in modum ferræ res præcidat: aut quod ex putri ut plurimum materia nascatur. *σορον* enim apud Græcos putridum significat. Apud Græcos plurima occurrunt nomina. *μῦς*, unde mus, dicitur communiter. Scholiastæ Nicandri lingua *Æolicâ* *ῥορῆς*, quoniam rostrum suo perquam simile habet. *σοῦριον* Hesycho & Varino. *ῥορῆς* Thracibus, *ραμῆς* aliis. *Descriptione* externarum partium non opus est aliquâ. Aristoteles & Plinius quantum ad interiora cor maximum habere, felle aliquando carere retulerunt. Alibi apud eundem habemus, in solis cornutis animalibus, altera tantum parte dentatis, quibus dasy-podes, vespertiones, & mures utrinque dentati adduntur, inesse uterum acetabula habentem, & potissimum tempore, quo factus in utero continetur, à quibus per media vasa pendet embryo. In iisdem à M. Aurelio Severino sequentia observata sunt, *Auricula cordis* dextra longè major est sinistra, inquit, & illa nigra velut cruor. Ad orificium ventriculi superius processus quidam circularis revolutus in seipsum, parte quâ ventriculum respicit, similitudinem habens avis, qui collum & caput in pectus reflectit & condit. *Vena cava*, ubi primum ab epate exsurgit, amplo suo initio, mox verò exilior & perpetuò æqualis ascendit. Cæcum habet intestinum figuram habens ventriculi suilli, magnitudinem & circumferentiam paulò minorem. *Testes* habet non minores pullo vel grandiusculo omninò, aut magno ad corporis rationem. Credo etiam, addit, epididymida descendere inferius quàm ipsi conditi testes, estque dexter venosior quàm sinister. *Ren* dexter vicinior cavæ quàm sinister. *Veretrum* qua proximè terminatur, cartilagineum & trifido acumine compositum, ni fallor, reliquum duobus nervis. Glandulas has habet prostatas ad vesicæ cervicem insignes. Diaphragma media sui parte pellucidum, oblongum & totundum. Te-

Descri-
ptio.
Aristot.
H. A.
1. 3. c. 1.
Plin.
H. N. 1.
11. c. 37.

Severin.
Zooto-
miæ De-
mocris.
P. 323.

stium systema ibidem vide. Dissecuit idem aliquando & murem prægnantem. In eo uteri cornu dextrum quatuor fetus continebat, in sinistra duos, sua unicuique placenta rotunda ante umbilicum disposita contactaque. In Paro insula nullas esse scripsere quidam: in Scotia circa castellum Slani, major si importetur interit, si Hæctori Boëtio credimus. In Peruana quoque olim, nulli: ex Hispania cum mercibus delati sunt, Frumento, leguminibus, pane & carnibus vescuntur: sæpe capas & allia degustant: ex pluribus caseis optimum. Sorbent quoque vinum, & lambunt oleum. Fame impulsî in seipsos sæviunt. Fœminæ sæpe solo salis linctû implentur. Ideò Plinius generationem eorum lambendo constare dixit, non coitu. Coire tamen certum, & unico partu, plures catulos eniti. Ex una genitos CXX. tradiderunt: apud Persas verò prægnantes & in utero parentis repertas. Generantur & ex domorum ac navium fordibus. Hinc legimus in India Orientali vermes quosdam instar digiti crassos, ex putri materia in arundinibus nasci, quorum alii paulò post in papiliones, alii in mures degenerant. In nonnullis quoque Joniæ civitatibus, ob Mæandri fluminis inundationem, tanta copia murium teste Pausania orta est, ut incolæ aliò migrare coacti fuerint. Ex putri natos non generare, & si generant, vim prolificam in filiis cessare, Cardanus prodidit. *Vocem* Homerus per *ῥορον* expressit. *Antipathiam* exercent cum elaterio, scilla, colocynthide, mustela, accipitre, felibus, &c. *Sympathiam*, cum majorana ad cujus radicem in morbo confugiunt & cum suis. Muris enim jecore in ficu suis dato, nullo edito grunnitu porrigentem sequuntur, hujusque experimenti periculum Pierius Valerianus Patavii fecit. De *Natura & Moribus* hæc pauca occurrunt. Acris, nempe, esse auditus, & lumen noctu odio habere, quod oculorum aciem perstringat: in officinis aurariis & ferrariis micæ metallorum devorare, & sine dubio concoquere. Theophrastus apud Plinium author est, in Gyaro insula cum incolæ fugassent, ferrum quoque rosisse eos, id quod natura quadam & ad Chalybas facere in officinis ferrariis. Aurariis quidem in metallis, ab hoc alvos eorum excidi, semperque futurum id deprehendi. Urina alicui parti aspersa eandem erodit, si Arnolde credimus. Plures in aquam delabentes, mutuas inter se caudas mutuo tenent, ut uno exeunte omnes evadant. Albertus in inferioris Germaniæ partibus murem se conspicatum tradit, qui nutu sui magistri candelam tenendo lumen ministrabat. *Differentias* magnitudo, color, pilus, odor, & locus suppeditant. *Magnitudinis* si habeatur ratio, Aristoteles mures in Arabia foricibus longè majores scripsit. Vitriacus in Orientis partibus vulpibus pares. Americus

Locus.

Cibus.

Genera-
tio.
Plin. H.
N. 1. 10.
c. 65.
Aristot.
H. A. 1. 6.
c. 37.

Antipa-
thia &
Sympa-
thia.

Natura &
Mores.

Plin. H.
N. 1. 8. c.
57.

Differen-
tia.
Aristot.
H. A. 1.
8. c. 28.

in insula quadam maximos invenit. Quantum ad *Colorem*, asinini sunt plerique: sunt tamen & cinerei: alii etiam nigricant, alii ex fusco ad ruffum tendunt. Vidit Gesnerus albidissimum in Germania mense Aprili captum, rubicundis & prominentibus oculis, barbâ multis & oblongis pilis hirsutâ. Vidit & Scaliger alium, oculis igneis, & candore insignem. Albertus quosdam albos, eosque salacissimos, & in quorum excrementis albi lapilli inveniuntur, reperiri scribit. Si *pilos* attendamus, molliores alii habent, duriores alii, & setarum instar. Plinius in Cyrenaica regione, Ælianus apud Ægyptios pilis erinaceorum acutis indutos inveniri produnt. Apud Herodotum, *ἰχθῆς* genus quoddam murium leguntur. Si *odorem*, jucundi odoris à quibusdam excrementa deponi, Ruellius author est. Est & in Italia genus quoddam, quod Moschardinum dicitur. *Rationem loci* si spectes, vidit Bellonius, hosciami semine tantummodo victitantem, dorso cinereo, ventre candido, corpore oblongo, caudâ proluxa, & ore mucronato. Apud Scholiasten Aristophanis sunt *σκάλωπος* dicti. In Cappadocia apud Varinum quoddam genus *μυζῆς* vocatur.

ARTICULUS II.

De Muribus Aquaticis.

Mures sylvestres rusticam vitam ducunt. Servius Nitedulas, Marcellus, mures subterraneos nominare videtur, quod terram pedibus fodiendo, cuniculos sibi faciant. Græci *ἀρραπύλας* si per culta vagantur, *ἀρραπύλας* si per nemora, vocant. Nullibi eorum major copia, quam in Ægypto. Juxta Thebaidem post Nili inundationem, sole humum calefaciente, variis in locis ex terrâ hiatu innumeri prodeunt. Bellonius inter Gazara & Belba tantam multitudinem vagari scribit, ut nisi ab avibus Perenopteris devorarentur, omne feminum genus abligurirent. Vorant lupulorum, pastinacæ, & omnium leguminum radices. Cinaræ maximè expetunt, An. 1271. adeò depopulati fuere frumenta, ut magna exinde annonæ caritas subsecuta fuerit. In Boreali regione, sub nivibus latitantes, vermibus, Cardano prodente, vescuntur. Gignuntur in quibusdam locis, post repentinos imbres, aut fluminis inundationem. Muris pars anterior conspicitur formata, posteriore informi. Aliquando & ex semine propagantur. Ex Aristotele habemus, accidisse ut cum agricolæ pridie metendum statuerint, postridie totam segetem à muribus consumptam invenirent. Galeni vidimus, inquit Niphus, quòd unicâ nocte totum campum segetibus maturis refertum, mures agrestes absumpserunt. In Cantabria quidam accepta mercede mures venabantur. Æoli & Trojani, mu-

rium agrestium abundantiam vexati, Smynthio Apollini sacrificarunt. Aliquando ex cuniculis egredi, eosdem sub terrâ superficie struere, & bipalio apertos mox reparare: læsos, ad chondrillam confugere, naturâ ipsorum est. Reducuntur ad eos plurimi, inprimis autem. *Mus avellanarum*, *araneus*, *Alpinus*, *aquaticus*, & *Coyopollin Nierembergii*. Nam de foricibus, qui caudam in extremo villosam gerunt, & præter alios strident: nec non bestiola Olao *Leem* dicta, quæ per repentinos imbres de cœlo decidit, & donec herbam renatam gustaverit, vivit: nec non mure Napelli, quem napello vivere Matthiolus scribit, non est, quod dicam. *Mus avellanarum*, qui aliquibus Plinii forex est, aliquibus mus corylinus, duplex est, *Major* nempe, & *Minor*. Illum Gesnerus vivum aliquot dierum spacio nutrit, & refert forma & magnitudine ratto assimilari, colorem murinum per tergum & per latera magis ruffum, præsertim verò in capite habere, auriculis magnis glabris, & ventre candido peditum esse: pedibus esse rubicundis, caudâ tota hirsuta, oculis majusculis eminentibus nigerrimis, barba partim alba partim nigra: ab eo denique animali domesticorum odorem emanare. *Minorem* Albertus rubicundi coloris esse scribit. Estque vel *odoratus* rarior, Muschardinus Italis, vel inodorus frequentior. Quidam *Luciolum* nuncupant, quod illius oculi mamixè lucidi esse videantur. Valdè est muri araneo similis: nec fortè à mure peregrino Hieronymi discrepat. Nidificat inter ramos Coryli, vel Eupatorii Avicennæ Cannabinæ nuncupati. Nidi forma ab Ambrosino exhibetur. Tam cavernas arborum quàm terrâ latibula incolit, inque iis nucibus avellanis vescitur. Quidam à fine autumnii ad initium veris dormire, & quidem continuò scribunt: alii & ex his qui nutrivere, interpolato somno corripit. *Mus araneus* à figura nomen muris, ab agilitate, (super tensum filum, vel aciem gladii impunè ambulare potest) aranei accepit, si Sipontino credimus; si Gesnero, à venefica facultate, ut piscis quidam araneus vocatur. Græcis est *μυζῆς* vel *μυζῆλας*. Mustela eum multò minorem, colore ad cinereum declinante, & dentibus tenuibus Aëtius prædicat: brevem & gracilem caudam Albertus, rostrum verò longum & acutum Matthiolus ei attribuunt. Oculos in comparatione ad totum corpus tam pusillos habet, ut Plinius eum obtusa acie peditum crediderit, & Nicander *μυζῆλας τυφλόν*. Vegetius murem cæcum appellaverit. Colore est partim fusco, partim rufo, cum albo ventre. Rostrum habet porcinum, pilis refertum; caudam in comparatione ad alios mures duplo minorem. Dentes Ambrosinus ita describit. Dentes, inquit, quos in illo mure conspeximus, anteriores

Scalig.
Exercit.
59.

Ælian.
H. A. l.
15. c. 26.

Ruell.
Hist.
Plantat.
l. 4.

Ambrosin.
de Digt.
V. l. 2.
c. 31.
Nomen.

Ælian.
H. A. l.
6. c. 21.
Locus.

Cibus.

Cardan.
de rer. variet.
Generatio.

Differentia.

Ambrosin.
de Digt.
V. l. 2.
c. 32.

res in utraque mandibula duo erant exerti; inter maxillares nullus locus extabat vacuus, sed omnes continuati: maxilla unicum tantum habebat punctum longiusculum. Secundus omnium minimus tria habebat puncta, adeo exigua ut visum omnino effugerent. Subsequebantur maxillares quatuor: quorum priores tres majores dividebantur in tria puncta: quarti vero punctum adeo perexiguum erat, ut difficulter videretur: quatuor tamen asperitatibus aliquantulum eminentibus insigniebatur. In oris parte inferiori, praeter quatuor dictos, caeteri sunt sine ullo spacio continuati. Quocirca omnes numerum vigesimum quartum explebant. Ultra Appenninum non haberi attestatur Plinius: at secundum Matthiolum in universa Italia, & praecipue in Tridentino agro, Germania quoque habentur. Hyeme in stabulis versantur: aestate hortos & loca simo bubulo repleta frequentant. Vescuntur herbarum radicibus: sed carduos praecipue esculentos, magno agricolarum detrimento, devorant. Gesnerus, cadaveribus quoque vesci audivit. Veneno in agro Tridentino carere, Matthiolum prodidit: ab orbitis rotarum maxime abhorreere Barbarus. Acutissimam in comparatione aliorum murium habet vocem: sed quia hallucinantis visus, segnis. Morsum ipsius venenatum esse vel exinde colligas, quod a fele captus, non comedatur. Praegnantis, praegnantis majus parit incommodum. *Mus Alpinus* a loco in quo degit, nomen accepit. Hermolaus Marmotam vocat. Nonnulli Graeci *ἀπιδουμ*, ob similitudinem quam cum mure & urso gerit. Albertus ad eum Empetram refert, sed quid hoc animalis sit, hodie ignoratur. Capite leporem refert, magnitudine cuniculum, auresque tam breves habet, ut vix suprapilos emineant: vario oblongoque pilo instar taxi vestitur. Caudam habet brevem; pedes unguibus acutis armatos, quibus alte terram effodit. Hyeme quandoque ita pinguescit, ut monstrose intumescat. Nonnulli addunt, dentes ejus anteriores esse leporinos, & si forcipibus fecentur, una nocte renasci. De *Interioribus* observationes Severini haec sunt. Testes aliquantulum superiores. Caecum peramplum, ventriculi modo, interne asperum & reticulatum, in quo vulva insignis introrsum externe. Hepar multifidum septenis lobis distinctum, quorum major vergit ad sinistram partem, reliqui ad dextram, omnes a se invicem distincti. Cystis fellis cholidochi valvula ad duodenum. Splen longus hirundinis majoris modo. Ureteres non recto ductu descendentes a renibus, sed dorso haerentes & exigui. Frequentissimi in Annaniensibus Tridentini soli montibus conspiciuntur. In nivosis quoque & frigidioribus Germaniae partibus versantur. Vescuntur

fructibus, lacte inprimis, quod more porcellorum fugunt. Ideo saepe in pastorum casis deprehenduntur. Cicurati edunt pulmentum, panem, pisces & alia quae illis obijciuntur. Circa festum Nativitatis Dominicae terram effossa dormientes deprehenduntur, nec citius expergiscuntur quam a solis vel ignis calore resoluti. Levem ob causam metu consternantur: indignabundi, argutam, sibilantis fistulae instar, vocem edunt: vel aeris mutationem praenunciant. Odore sunt tam gravi, ut vix aestate perferri possit. Nec deest ipsis ingenium. Appropinquante hyeme faenum & paleas in latibula convehunt. Vnus stratus humi faeno oneratur: alii caudam onustum in cryptam pertrahunt. Duo foramina in uno quoque latibulo parare solemne ipsis est, per quae in unum locum tendunt, & juxta unum excrementa deponunt, & per aliud in cryptam ingrediuntur. Adventante frigore meatum ingressus claudunt; exasperato, aliud adeo obturant, ut ne bipalio quidem penetrari possit. Circa finem Septembris in cryptam ingressi, conglobati, septem pauciores vel plures, sed impari plerumque numero, super stramine ad verum usque tempus sterunt. Reliquis egressis, cryptae custos adstipit, & ex alto speculatur. Si quid observaverit, voce acutissima monet. Sic ad cryptam concurrunt, ipse ultimus ingreditur. Sereno duntaxat caelo colludunt, obmurmurant, & aliquando, observante Stumpfio, canicularum instar latrant. Cicures dentibus pediculos hominis, simiae instar, venantur. Veniunt apud Alpium incolae in cibum, inprimis circa hyemis initia. Assantur, coquuntur injure nigro, & sale inspersi infumantur. Puerperis etiam conceduntur. Pinguedo nervos contractos emollit, & illita umbilico somnum conciliat. Ventriculus colica laborantibus utiliter imponitur. *Muris aquatici* meminit Aristoteles in *Mirabilium* libro. Bellonius ipsi tres meatus assignat, unum pro faecibus, alterum pro urina, tertium pro faetu. Si Clusium sequimur, magnitudine ad talpam accedit. Coloris est fusci praeterventrem, qui pilis ex albo cinereis vestitur. Villis tegitur densis & mollibus. Caput pro ratione reliqui corporis est parvum: pars superior rostri prominula. Dentes quatuor, in utraque maxilla bini, sed in inferiore minores & obtusi. Oculi vix conspicui. Rictus latera longis cinereis villis obrita. Cauda rarissimos pilos habet, & osseo quodam nervo mediam secundum longitudinem secat. Posteriores pedes anterioribus sunt longiores & magis plani, & membrana quadam, prout in palmipedibus cernitur, conteguntur. Ad Strymonem & Nilum frequentissimi sunt, & serenis noctibus vagantur. Gesnerus in parvulis rivis versari scribit, Aristoteles Lusitaniae in fonte quo-

Ambrosin. de Digit. Vivip. 1. 2. c. 34.

Aurel. Sev. Zoologiae Demon. crit. p. 325.

Ambrosin. l. d. c. 35. Bellon. Aquatil. l. I. Clusius in Auct. Exotje.

Plutarch.
Sympof.
4. quæft.
ult.

Nie-
remb.
Hift.
Exod. 1.
9. c. 3.

quodam. Vescuntur plantis aquaticis, frugibus, & piscibus. A Magis olim Zoroastrem secutis mali Dæmonis esse putabantur: si modo de muribus istis & non testudinibus id sumendum est. In nonnullis Galliæ locis in cibo adhiberi, proditum à quibusdam. De *Coyopollin* ita Nierembergii. Vocant Indi *Coyopollin* parvum animal, muris mediocris magnitudine, aut paulo majus, caudâ verò auriculis & rostro *Tlacuatzin* simile: nam caudâ & pro manibus utitur, & natus matrem, cum metuit, stringit amplexu. Cauda est crassior murinâ, firmiorque: venter ex albo pallefcit: auriculæ sunt translucidæ, pedes & crura candida. Educat in arboribus sobolem. Possset ad genera *Tlacuatzin* referri, nisi alicui præplaceat pertinere ad mures, aut esse sui generis. Invenitur in montibus tepoplanicis. Cæterum crocodilis quoque cauda pro manu est, illâ nimirum arripiunt prædam, belluas, homines.

CAPUT XVIII.

De Talpa.

Ambro-
sin. de
Digit.
Vivip. 1.
2. c. 36.
Nomen.

Descri-
ptio.

Nomen Talpæ huic animali quod descripturi sumus Latini indidere, seu à Græco *τάλα* inhumo, quod assidua terræ effossione seipsam quasi inhumare videatur: seu quod cæcum sit, quod Græci *τυφλόν* vocant: seu quod se perpetuo *θαλάσσιον*, id est foveat, sub terra: seu à Thaldaiico *thalda* findere, quod terram findat. Græcis dicitur *τάλαξ* & *τάλαξ*, *παρά τὸ σπῆν*, quod terram unguibus assidue vellicet: Nicocli *σκάλοψ*: Varino *σίφις*, quod terram fodiendo evacuet. *σίφιν* terram, & *σίφιον* Varinus interpretatur. Volaterranus & alii nuperi auctores Græce *blactam*, *ἀπὸ τῆ βλάπτειν*, id est à nocendo vocant, sed perperam. Descriptionem quod attinet, Scaliger muri non valde similem scripsit. Corpore latiore & depressiore, pedibus quodammodo urfinis, cruribus brevissimis, capite bufonino. Albertus quinque digitos in pedibus anterioribus, quatuor in posterioribus habere scripsit: Gesnerus, quintum ita introrsum spectare, ut minus curiosè spectanti occultetur, reliquit. Palma anteriorum pedum lata & manui simillis: *Columnæ* inter crura anteriora brevissimum & propè nullum: *pili*, breves, densi, & in nigredine splendentes. *Interna & Anatomica* si spectes, *Dentibus* binis & antè conjunctis caret, sed instar canis & mustelæ utrinque ad latera singulos eminentiores habet. *Pulmones* cum multis fibris separatis, nullo inter se communi principio coherentibus, una cum corde, versus inferiorem ventrem siti sunt. *Crura* anteriora ex duobus constant ossibus, quæ in os humeri inferuntur.

Sic fortius bestia hæc fodit: posteriora crura habentos, quod paulo infra genu in alia duo dividitur. M. Aurelius Severinus hæc de internis in talpa mare habet. Viscera, inquit, omnia, sicut in aliis quadrupedibus. I. Præterquam, quod nullum colon, intestinaque reliqua ferè uniformia; nullum enim cæcum. II. *Testes* intrò conditi sicut in dafipodis, colore tamen nigro: neque in loco, qui proxime renibus esse solet, sed à lateribus vesicæ, in infima abdominis cavitate. III. *Renes* conjuncti proximæ venæ cavæ pusillo, sive spatio emulgentium. IV. *Fel* pro corpore majusculum, cum conspicuis cholidochis. V. *Ventriculi* janitor lineâ quâdam transversa, veluti ligatus atque distinctus. VI. Vasa ferentia suffulta (si rectè memini) ureteris. VII. Larynx, qualis in testudine terrestri; mutum enim animal. VIII. Observata in *interna aure* duo, malleolus & incus, mire perpusilli: Os inter medium duobus aurium ossibus egregiè pumicosum. IX. Processus inferioris *maxille* utriusque tres, X. Vera equidem sunt, quæ scribit Plinius de *oculis* talpæ. Visuntur enim ipsi in suo loco nigri toti, contacti cute pusilli, quale est semen *Psyllii*: nulli ipsis inserti nervi optici, (quantum mihi advertere licuit) nec satis scio, num fungi videndi munere possint; non eam solam ob causam, quod tecti corio sunt, verum quod multa eis adhuc desint, quæ necessaria sunt. Omnino autem existimârim, vestigia hæc esse oculorum potius, quam oculos verè, in quibus ludere voluisse naturam appareat, atque ostendere, non deesse sibi facultatem oculos fingendi, quando velit; aut verius fortasse fingimus hæc ipsi. Rursus & in alia talpa Anno 1617. observata hæc: *Panniculus carnosus* totus & mirè commissus cuti. Cerebrum pro ratione magnum & benè distinctum & exornatum. Auriculæ non sunt externæ, interna penitus abdita, cujus ossicula tria supra modum perpusilla; intestina funiculi simplicissimi modo exilia. In Thesalia adeò humus talpis familiaris, ut suffossum ab iis ibi oppidum quidam prodiderint. In Orchomeno agro, prodente Aristotele, frequentissimæ vagantur. At in Lebaica nullæ sunt, nec illatæ effodiunt, forte propter foli duritiem. Lumbricis præcipue vescuntur: ideò stercoreatis & sterquiliniis gaudent. Absumunt & omne aliud vermium genus, eoque deficiente, terram comedunt. Visi radices herbarum & frugum, bufones etiam infestare. Ex terra pulvis madida, & putrescente, ut plurimum generantur. Nec per horæ spacium supra terram vivere posse dixit Albertus, sed falsò. Visum quidem habent hebetem, sed auditum excellentem. Invenit in Medicina & aliis usum. *Dens* à viva evulsus dentium dolores sedare creditur. Pilullæ ex ea cum melle

Severin.
in Zooto-
mia De-
mocrat.
P. 317.

Locus.

Plin. H.
N. 1. 8. c.
28.

Cibus.

Ufus.

melle subacta & devorata strumas absumunt. *Caput* incisum, & cum terra à talpis eruta tufum, inque pyxide stannea in pastillos digestum, contra omnes colli dolores exhibetur. *Sanguis* pilos restituit: & ad paronychias commendatur. *Adeps* ad capillorum augmentum supprimendum conducit. Marinellus in hoc casu unguenta quæ ex pinguedine talpæ & vespertilionis componuntur, præscribit. Cinis in sanandis fistulis chirurgis inservit. Mizaldus periclitaturus an æger moriturus sit, nec ne, chelidonium cum talpæ corde pulvino ægrotantis supponit. Cantaturum, aut clarâ voce vociferaturum credit, si convalescet: fleturum, sin minus. Aquâ, in qua talpa maduit & pilos deposuit, pili restituuntur. Ex pellibus pileolos confici, memorat Agricola.

CAPUT XIX.

De Echino terrestri.

EChinus, non ab aculeorum hirsutie, sed potius ἀπό τῆς μὴ δυνάμεως ἐχέουσα διὰ τὰς ἀνδράσας ὁ ἴσθις ὁ ἀκράτῃσθι, quod ob aculeos teneri non possit, nomen sortitus est. Galenus Acanthionem terrestrem vocat; Suidas ἀκανθίον, porcum spinis horrentem, γύλιον, & χερσογυλιον. Hesy chius ἀκανθον, propter dorsum spinis refertum: Lycophon ab insigni vaframento Nauplium nuncupavit, quod nomē Latini Echino marino tribuunt. Quidam cum Plinio, Hericem, Hericium, & Herinaceum proferunt; nec malè. Ab horrore enim, vel etiam ab hærendo, quod fructus ejus spinis adhæreant, hoc animal dictum esse videtur. Est bellua, ut Hermolaus breviter descripsit, cuniculi magnitudine, aculeis vallata præterquam in ore, & pedibus, parte inferiori, quam rara lanugo tantum operit. Observata in illo. *Musculi* conglobatores totius corporis. *Intestina* æquè crassitudinis, imò verius tenuitatis quàm longissimæ, sine cæci aut alterius distinctione: in summa, qualia muri. Quin paria istorum stercora, pares testiculi, qui proximi peni; hic longissimus exortus in viam caudæ compressus semen emisit, muciflavioris imagine. Septipinne *jecur*. Peni adstites carunculæ quædam subalbidæ, racemosæ, in pinnulas distinctæ, rupis præruptæ modo, quas pulmonis fibris quadantenus assimilare possis. *Testes* intus latent, & lumbis affiguntur. *Ossa* quædam rotunda, quædam planiora, acuta alia, alia obtusâ conspiciuntur. Ubique locorum reperiuntur, Cretam si excipias, si Plinio credendum. Ad annum absque cibo durare posse, scripsit Aristoteles. Pomis verò & uvis ut plurimum victitat, quæ decussa & spinis infixæ ad latibulum defert. Lac etiam & vinum in ædibus potare animadversum. *Inimicitia* gerit, cum urso, lupo, vulpe, vi-

pera, & potamogeto herba. In orbem colligi, & quasi mortuum jacere, simulatque vel canum latratum sensit, vel ferarum odorem vel venatorum accessum; cubilia ad Aquilonis & Austri vicissitudinem commutare; & si domi alatur, pro ventorum flatu modò ad hunc, modò ad illum parietem accedere, ut Aristoteles reliquit; dum capitur, urinam, cujus contactu spinæ dorsu decidunt, emittere; humano denique ritu congregi, ad naturam ipsius spectat. Venit apud quosdam suillus erinaceus in cibum: sed nisi benè appareatur, stranguriam adfert. Ideò unico ictu mactandum, & vasis urinæ expurgandum quidam censuere. Mense Augusto ob pabuli copiam sunt pinguiores. Durantes cum multis aromatibus in artocreate coquit: Gesnerus in aceto & vino fervefacit, deinde lardo & caryophyllis distinctam, in veru torret. In Medicina multum adfert emolumentum. *Hepar* renum vitiiis miro est auxilio. *Felle* contactæ verrucæ siccantur. *Lien* assatus & pulverizatus efficacissimo est lienosis remedio. *Caro* ad prohibendum abortum præscribitur. Eadem, unico ictu mactati stranguria laboranti commodè suspenditur. Exsiccata plica laborantibus exhibetur. *Adipe* in autumnio capti Poloni in eodem morbo utuntur. Idem in lithiasi insignem habet prærogativam. *Sanguinis* haud spernendus est in lapide vesicæ, renum, & ardore urinæ usus. Cinis *Combusti* cum adipe ursino capillis decorem restituit. Eodem ad præcavendum abortum cum oleo unguine multi utuntur. Adhibetur idem in renum doloribus aqua intercute & aliis. *Fimus* recens cum sandaracho, aceto, & pice liquida, fluxum capillorum cohibet. *Corium* cum spinis olim ad extergenda vestimenta adhibebatur. Distinguitur in *Suillum*, qui rostrum sui simile habet, & *Caninum*, qui canis. Ex eodem insignis fætor exhalat. In Brasilia, ut Jesuita quidam apud Majolum habet, animal Echino simile vagatur, cujus setæ prælongæ coloris pallidi & in summitate nigre, valde aculeatæ erant. Mirum in illis natura recondidit. Cuicumque enim cuspis ejus admovetur, etiam ab animante revulsa, illam, & præcipuè carnem penetrat: experimento quoque compertum est, hujusmodi aculeum, unius noctis intervallo crassissimo corio admotum, illud perinde ac esset manu hominis impulsum, penetrasse.

CAPUT XX.

De Histrice.

ERinaceorum generi adscribit Histricem, Plinius, Ælianus & Oppianus, Græcis ἱστρίκη & ἱστρίκη nuncupatur, à ἱστρί & ἱστρί sine dubio. Plinius foemino genere effert, masculino Oppianus. Quidam sub muris Africani Plauto veni-

Aristot. H. A. 1. 9. c. 6.

Ufis.

Differentia.

Ambrosin. de Digit. Vivip. 1. 2. c. 37. Nomen.

Descriptio.

Severin. Zoot. Demonstrat. p. 319.

Plin. H. N. 1. 9. c. 12. Cibus.

Ælian. H. A. 1. 16. c. 69.

Ambrosin. de Digit. Vivip. 1. 2. c. 38. Nomen.

Descri-
ptio.

venire crediderint, quòd frequens in Africa esse perhibeatur. Isidorus à stridore quem aculei in motu animalis excitant, deducit, & sine aspiratione scribit. Claudianus eum ita descripsit.

— os longius illi
Assimilat porcum, mentitæ cornua setæ
Summa fronte rigent, oculis rubet igneus
ardor,

Parva sub hirsuto catuli vestigia dorso.

At si Agricola attendimus, habet Hystrix os leporino simile, dentes quatuor longos, duos in superiore, totidem in inferiore parte, aures humanis similes: pedes anteriores pedibus Taxi, posteriores ursi assimilantur. Dorso & lateribus spinæ bicolores, partim albæ partim nigræ insunt, & aliquando ad duorum vel trium palmorum longitudinem accedunt, quas animal, ut pavo caudam, erigere potest. Ingressuras in cavernam, erectas dimittit. Solinus in Æthiopia frequentissimos vagari scribit: quamvis in tota Africa & India inveniantur. Habentur & in Italia; sed in Gallia raræ. In Galæcia reperiri, Compostellani peregrinatores testantur, qui eorum aculeos in pileis deferunt. In dumetis autem & vepribus latent. *Vivunt* pomis, rapis, pyris, passinacis, & pane comminuto: bibunt aquam, sed vino mixtam avidissimè. Aculeos tensâ cute in hostem ejaculari, unde fortè sagittandi ars, & nomen

dentis destinato ictu ferire; noctu magis quàm interdiu ad pascua progredi; hyeme in cavernis latere, tot dies quod urfa in utero gerere, à natura obtinuit. Nec huic gula percit. Commendatur enim in epularum magnificentia. Apparatum vide apud Ambrosinum ex Scapio. In Medicina videtur iisdem affectibus conducere quibus erinaceus. Mulieres ad discriminandos capillos aculeis eorum potius quàm acubus utuntur. Plinius ex iisdem dentiscalpia ad roborandos dentes conficit. Circa *Differentias* nihil ferè occurrit. Quidam in Marinum & Terrestrem distinguunt, & dentalium pro marini aculeis venditant; sed nimis audacter. Nemo enim authorum marini meminit. Referri huc potest incertæ naturæ animal, quod Cardanus Anno 1550. Papiæ vidit. Magnitudine erat vulpis, rictu leporino; dentibus prominentibus ad instar sciuri; oculis nigris & serpentinis; comâ hircinæ barbæ simillima, quæ à capite ad collum ferebatur, cum pedibus anterioribus taxi, posterioribus ursi; auribus in figura humanis; cum spinis ferè centum more hystricis, quarum quædam in apice curvabantur, alioquin immobiles, & in motu animalis strepitum edentes. Cauda animalis erat anserina, cujus plumæ paulatim in spinas degenerabant. Vox subobscura & rauca quasi latrantis canis: canesque odio prosequeretur. Fortè ex hystrice aliaque bestia natum erat.

Locus.

Cibus.
Agricola
de Animal.
sub-
teraneis.
Natura.

Usus.

Differentia.

CAPUT XXI.

De Tato, seu Echino
Brasiliano.

Tatum Nierembergii verbis describimus. Cataphractum, inquit iste, quoddam animal Indiarum varie appellatum invenio. Hispani nuncupant *Armadillo*. Lusitani *Snebertado*. Itali Bardato: Thevetus Brasilico nomine *Tatau*, Maphæus *Tatusiam*, Gesnerus *Tatum*, nova Hispania *Chirquinchum*, alicubi *Cassamin*, aliis Indis *Ajatochtli* dicitur, hoc est, cuniculus cucurbitalis; specubus enim, quemadmodum cuniculus conditur. Una nocte spacium leucæ excavat; quare nihil ligetur, nullibi se includi patiens, perfodit usquequò extra domum & oppida emergat. Variæ sunt species horum loricatorum: mihi omnium mirabilior ajatochtus, cujus & rarior mentio & sterilior, quare illum præsertim narrabo. Duris armatur laminis, quas ipse vidi. Canis Melitensis est magnitudine. Pedes ei suis parvuli, rostrumque sed oblongum & gracile. Armatur undique crusta, militari & cataphracto equo persimili, in laminas connexas atque mobiles divisa, quibus se convolvit atque undique tegit. Auriculæ murinæ; sed longiores; nimis graciles. Cauda ejus est longa, teres, geniculata, eodemque modo laminis crustatis circumvallata. Venter candet, ac pelle operitur molli, humanæ haud dissimili, longiusculis exilibus, ac raris pilis vestita. Formicas venatur. Cubat supinus, atque cauda ori admota, qua rectâ procedentes formicæ incidunt in insidias, & cibum deludenti suggerunt. Antonius Herrera addit, lotio proprio implere lacunam super ventrem inter crustas suas, sic formicas, humore obstante, per caudam procedere usque ad os. Cum fugit, in præceps caput caudamque ventri applicat, ac tuetur crusta, & sese in spiram convolvens rotat. Quòd si pertinacius quispiam insectari perseveret, semet in venatorem contorquet; ut haud rarò, validè tundens dorso suo pectus hominis exanimat. Versatur in uliginosis lacubus. Lumbricus, piscibus ac vermiculis vescitur, & quibusdam arborum baccis & pomis. Caro impensè pinguis, duleis, ac pituosi alimenti, & excrementis redundans. Utebantur cauda antiqui ad eas, quas zebratanas vocant, (quarum apud illos usus frequens) muniendas. Crusta multis rebus utilis, tum ad bellicosus usus, tum ad pacem opportunis. Ajunt illius crustam tritam, ac drachmæ unius pondere intrâ sumptam, evocato sudore magnopere conferre morbo Gallico curando. Invenitur locis calentibus lacustribus & uliginosis. Dux apud Lucatanenses horum animalium sunt differentia. Quædam in-

Nie-
remb.
Hist.
Exod. h
9. c. 6.

noxia

noxia & gratissimi alimenti sunt; alia noxia & venenata, ut vomitu ac flatu alvi citato syncopen inducant, tandem interimant. Antidotum est oleum olivarum, nisi virus invaluerit, frustranea tunc remedia. Si fortasse aliqua juverint, diffluunt superstitibus capilli, languet color, marcent vites. Distinguuntur testarum seu laminarum numero. Innoxia octonis, noxia fenis constant. Innocua etiam coxæ, osse carent, & maculis rubeis circa ventrem distinguuntur. Est autem hoc animal viperis, quæ sono quodam perstreperunt tam charum & amicum, ut eodem foramine, sine alterutrius injuria condantur. Primum illud genus videtur descripsisse Consalvus Ferdinandus Oviedus hac sententia. *Κατά οὐρανόν*, sive undique armis munitus, animal est aspectu admirabili, valde diversum ab iis quæ aut in Hispaniâ, aut in aliis Europæ regionibus conspiciuntur. Quadrupes est animal, totumque corpus cum caudâ corio tectum habet simili corcici laceri, de quo infra sumus dicturi (crocodilum Americanum intelligit) coloris inter album & cinericeum mixti, ad album tamen magis accedentis. Ejusdem verò est forma cum equo undique armis munito, canicula autem vulgaris magnitudine. Non est animal noxium; domiciliumque habet in terrenis tumulis, pedibusque terram egerendo, squalatibula fodit cuniculorum instar. Capiuntur hæc animalia retibus & balystis, petita occiduntur, magnâ autem ex parte sementis tempore, quando stipulæ aduruntur, aut agri coluntur, ut gramen producant in boum & animantium pabulum. Aliquoties me hoc animal vesci contigit, ac sanè melioris saporis quam hedos, & salubrem cibum esse comperiebam. Ceterum si hæc animalia in iis Provinciis conspècta fuissent, in quibus equos undique armatura muniendi consuetudo originem sumpsit, ex hujus animalis aspectu exemplar desumptum opinari quis posset. Cum alii Auctores Oviedo refragentur, aliud genus armatorum, quàm ille cogitant. Diversa, quæ de loricato animali seu tato narrantur, de diversis speciebus, pro diversitate provinciarum accipienda sunt. Sic Monardes prodit, nunquam visum edere, ideoque sub terra duntaxat, & ex ipsa terra ali: Gesnerus contrà, licet perpauca, de illo ait, allatum in Galham feminibus & fructibus visum vesci. Neutrum refuto, cum de diversis loqui possint. Agnoverunt quoque tria genera horum armatorum Jacobus Plateau & Clusius: unum brevissimæ caudæ, quod sic describit: *Habebat porro id animal pedis unius & quatuor unciarum longitudinem, corporis verò ambitus erat quatuordecim unciarum, binis videlicet minore longitudine. Ejus tegmen durum & testaceum, fuliginosi coloris, quem forte vetustate & ma-*

num tractatione contraxerat, quodammodo tessellatum. A collo ad medium corpus, quasi orbiculata figuræ tessellis variè pictis distinctum, medio autem corpore ternis ordinibus quadrangularem tessellarum variè etiam picturarum insignitum. Postrema tegminis pars similibus orbibus distincta erat, qualibus pars anterior. Totum etiam caput ad nares usque similibus testis tectum. Aures patentiores, nec adeò mucronatas habebat. Cauda brevis erat, duobus digiti humani extremis articulis non major, tota etiam orbicularis tessellis tecta. Ventrem nulla crusta tectum fuisse, sed villis duntaxat oblitum, pictura representabat, quemadmodum etiam crurum posteriorem partem, atque guttur & nares. Posteriores pedes ternis digitis, & calcari præditos fuisse, pictura fidem faciebat: anteriores vero duntaxat binis & calcari, nisi à pictore fuerint prætermisi: penem satis longum & exertum habebat. Nescio an huic desit virtus, quam de Armadillo, sive tato caudato Monardus dixit. Præcipuam ejus vim in caudæ ossiculo esse: cujus in tenuissimum pulverem redacti pilula, confecta magnitudine capitis avicula, atque auri indita, dolorem ejus sedare; Et tinnitum etiam cum exigua surditate conjunctum curare traditur. Certe dolorem sedare, frequenti experientia probatum est. Adjicio astum Chirquinchi, quod audivi ab his, qui primum fama, deinde visu acceperunt. Testes oculati sic referunt. Pluente cælo supinus jacet: in ventre qui exermis est, colligit aquam contentam inter crustas laterum, sic perdurat transacto imbri fermè diem integrum, donec occurrat incaute cervus sitibundus, qui accendens ad potum, immergit buccam, tunc claudit se Chirquinibus, labra & nares comprehendens cervi. Hic discurrit hinc inde: nunquam laxat prædam chirquinchus, donec fatigatam interimat angustia spiritus. Astum quoque erinaceorum habet, in crustis suis se, dum timet, conglobat, nec nisi ad ignes relaxatur. Conchulis hujus animalis utuntur Indi in maleficis, præcipuè ad explorandos & puniendos fures. Tangunt prius cum concha terram à fure calcatam, sive aliud quicquid ille attigerit: implent maxillam potione quam chicham vocant: tympanis deinde circumsonant, concha interim sponte subfultante & tripudiante. Hoc veneficio notatur vultus furis pustula, in genis quæ per utramque maxillam serperet, nisi maleficium diligentur dissolvatur.

TITULUS III.

De Quadrupedibus Domesticis.

CAPUT I.

De Cane.

Ambrosii. de Digit. Vivip. 1. 3. c. 1. Nomen.

Descriptio.

M. Aurelii. Severini. Zootomia. Democriti. p. 306.

Tantum de Semiferis, sequuntur *Domestica*, *Canis* nempe & *Felis*. *Canis* vox Olim *Canes*, ut plebes, trabes, pronunciabatur, venitque si Varroni attendimus, à canore latratus, quòd voce signa edere soleant. Græcis veteribus dicitur *κύων*, & in obliquo casu *κύως*, sine dubio *παρά τὸ κύω*, amo, seu quòd proniores sint in Venerem: seu quòd animal sit *φιλοδυσσεύς*. Modernis vocatur *κύων* nomine fortè à Scylax detorto. Aliis *ὀπάλας* latrator, à voce quam edit: nec non *ἀκανθίς* apud Hesychium & Suidam, *παρὰ τὸ ἀκάνθων*, quòd cauda notis blandiatur. *Descriptionem* non est quòd addamus. Notissimum utpote animal est. In Cane secta sequentia observata sunt Severino, quæ ejusdem verbis exponemus. *Uterus*, inquit, bicornis, cervice brevitare & angustia medio digito respondente. Cornua lata, quantum manus caperet, longitudine majori, quam palmari communi mensura, crassitudine ubique æquali circumvoluta autem simplici gyro, non anfractuosa vel cellulata, uti suillus. Feruntur extrema cornuum usque ad renes colligata venis, quæ ad uterum veniunt, & testibus ipsi incumbentibus per membranam. Ad ostium primum cervicis visitur corpus quòd dum mole, figura atque colore referens caput limacis exertum à sua cochlea. Impositus in hujus os stylus ferreus non est admissus, nisi postquam est dissectus parum. Dissecto utero inventi sunt involuti fetus, involucria autem tria, chorion, allantoides, amnion: sed priora vix dividi possunt; adeò sunt annexa, adeò sunt tenuis substantiæ: In dextro cornu catuli quinque, in sinistro quatuor, singuli suis involucriis contenti, chorion unicuique per medium; transversim positæ zonæ latæ duorum digitorum, distinctæ lineis atris ab extremo, & rubrâ in medio: singulæ autem sanguinem fuscum colore sibi respondentem repræsentant. *Omentum* veluti faccus, qui integit intestina superiora; nascitur ejus pars superior è fundo ventriculi per mediam ipsius lineam totum ambiens; simpliciter & pars posterior quæ inseritur in lienem & in pancreas. *Pancreas* autem statim apparet post exortum duodeni, illigatum huic & venæ portæ. *Vena porta* mittit triplicem ramum ad conterminas partes mesentericum, coeliacum, splenicum. Coeliacus excurrit partem ventriculi

concam. Splenicus mittit superne ramum ad ventriculum parte hujus convexâ per mediam lineam, usque quo superius ventriculi os pertingat. Ligatus est splen diaphragmati per mediam membranam plus digito latam, & ventriculo per omentum: Habet splen figuram propè pedis amplè calceati. *Colum intestinum* nullum, recti finis partem accepit cæcum, cujus figura veluti involuti, quòd explicatum longitudine est medii digiti. Ad finem recti internè *valvula* una insignis, altera in cæci principio sed minor. *Rectum* parte inferiore valdè corrugatum: Ab aorta sursum convolutus ad cava hepatis plexus arteriarum, qui appropinquat pancreati, attractum hoc attrahit hepar & superiora viscera. Supra os superius ventriculi glandulæ duæ, major & durior dextra quam sinistra, ambæ succulentæ humidiores. *Sanguis* canis ater valdè, propter adustionem quippe. Ad finem *linguæ* inseritur musculus teres descendens per mediam ipsius lineam. *Auricula cordis* dextra duplo major quam sinistra. In cranii parte tum dextra, tum sinistra, quas integunt muscoli temporales; nulla apparet involvens membrana, præterquam ea, quæ propria musculorum est: in aliis vero cranii partibus manifesta apparet. In radice *linguæ* utrinque est glandula parva & producta obliquo situ. Circuli arteriæ asperæ transversim positi, non sicut in sue obliqui. *Canis cerebrum* majus quam suis. Inverso cerebro patuere processus mammillares & spinalis medullæ initium, per quorum medium facta sectione profundiori patuerunt duo ductus parvi, alter, qui à parte mammillarum per rectam lineam tendit ad finem usque cerebelli, alter paulò ceterius superne positus huic obliquè. De cætero, pedes canum anteriores in quinque digitos, posteriores in quaternos distincti sunt: foeminarum venter, duplici mammarum ordine, in utroque scilicet latere, exornatur. Albertus etiam generosi canis imas nares, rotundas, solidas, & ferè obtusas observat. Aristoteles verò & Ælianus calvam futuris carere asseverarunt. Galenus denique musculos temporales in canibus veluti in lupis & leonibus robustissimos observavit, quòd in fragendis ossibus maxillas exercere soleant. De *Loco* hoc tantum pono, nullos in Brasilia ante Vilagagnonis expeditionem fuisse, si Lerio credimus: si Textori, Sigaron Arabiæ insulam non ingredi; ingresses, vagari donec pereant. *alimenta* sunt: nec vel à piscibus, vel à cadaveribus abstinent, quòd primum Balbus in itinerario prodidit. A carne tamen suæ speciei, ut & fulmine ictis abhorrent. Gramen etiam comedunt, sed medelæ gratiâ. Fraxini fructu abstinent, quòd vertebræ coxarum dolo-

Galen. de usu part. 1. 11. c. 9.


Locus.

Cibus.


Canis Leporariq



Canes




Canis



Table

Table




Canes

Hunde




1774

1774



Luchs

Lijux



Canis Indicq . 1.

Canis Indi. . 2.



Canis Venatorius Jag - hund
Wind - spiel



PLATE XXXI

1

2



3

4



5



Genera-
tio.

Aristot.
H. A. 1.
5. c. 14.

Aristot.
H. A. 1.
18. c. 28.

Aristot.
H. A. 1.
5. c. 14.

Plin. H.
N. 1. 8. c.
46.

Ætas.

Vox.

Antipa-
thia.

dolorem inde incurrant. Potione vini vel aquæ ardentis dementantur, & divagantur, donec vapor evanuerint. De *Genera-
tione* nota. Semper eis coitum opportunum: Tardivus tamen veris initium, rarius autumnum tempus congregiendi idoneum, scripsit. Coeunt ad annum duodecimum & implentur: sed sæpè post novem sunt inutiles. Degenerant, si annui venere utantur: si quarto anno, generosiores producant. Quatuordecim diem spacio vel circiter libidine tenentur; & post sextum mensem à partu marem iterum appetunt. Dum turgescere incipiunt, foeminae genitale prominet & humescit. Congrediuntur autem & cum aliis animantibus; ut cum lupis in Cyrenensi agro, unde nati Crocutæ: cum leonibus, unde Leontomiges: cum Castoribus unde Castorides; cum vulpibus unde Alopecides. Averfam exercent Venerem & cohærent. Ferunt dies sexaginta, quædam sexaginta tres. Pariunt duodecim: aliquando & sex decem. Vifa Bononiæ leporaria, quæ septendecim enixa est. Albertus verò prodit, se, ex illorum genere qui Mastini dicuntur, vidisse, quæ primo partu novendecem, altero octo decem, tertio tredecem dedisset. Quæ mulieribus in deliciis, singulos ferè enituntur catellos. Primum mares parere, & in cæteris faturis alternare ex Plinio dicuntur, dum modo tempore opportuno congressus fiat: primusque catulus, in lucem prodiens, secundum nonnullos patrem refert: cæteri, ut casus tulerit nascuntur. Gignunt cæcos, & quo largiore aluntur lacte, eo tardiores visum accipiunt: non tamen unquam ante vicesimum primum diem, nec ante septimum. Quidam tradunt, si unus gignatur, nono die cernere, si gemini, decimo. Idemque in singulis adjici, totidemque esse tarditatis ad lucem dies: quod tamen nondum experientia demonstravit. Lac ante diebus quinque quàm pariant habent magnâ ex parte: quibusdam quatuor diebus anticipat. Crassius id quàm cæterorum animalium, scrofam & leporem si exceperis. Non excedunt annum decimum quartum communiter: quamvis quidam ad vigesimum secundum ascenderint. Laconici, inquit Plinius, annos decem, foeminae duodecim, cætera verò canum genera quindecim vivunt. Junioribus albissimi sunt dentes, & vox acuta: senioribus hebetes, crocei, & vox crassior. *Vocem* authores variè expressere. Latrare & bauba edicuntur communiter: βάλειν Græcis catuli, ἰνακτεῖν adulti: ἰάπλειν dum bibunt: κρυζάειν grunnire, dum queruntur aut blandiuntur: σκυζάειν, canire & cattillire, dum libidine feruntur: προκωῖν, quando latrant antequam feram invenerint: ἀπαρῖζειν, quando irritantur. De *Antipathia*

hæc pauca sufficiant. Metuere hyænam in tantum, ut ejus umbra, si Plinio & Solino credendum, eos obmutescere cogat: Crocodilos in tantum, ut fecus Nilum currendo, aquam ejus, etiam sitibundi lambant. Cum lupis eam colere inimicitiam, ut vel ideò Porta pellem lupi suspensam super demorsum à cane rabido, aquæ timorem amolire dixerit. Ab otide metui, quòd tardo & humili volatu utatur. Abhorrere quosdam à quibusdam. Blondi canis gallinarum carnem ne attingebat quidem. Alii ossa avium sylvestrium respuunt. Olim in templum Herculis victoris non ingrediebantur, seu ob odorem clavæ in limine positæ, seu ob rem aliquam invisam sub folio sepultam. Nonnulli ad citharæ pulsum miserabiliter gemunt: ad clangorem tubarum ululant: in disphosione bombardarum longissimè aufugiunt. Quantus inter eos & homines sæpe sit consensus, in sequentibus audiemus. Ad *Naturam* canum pertinet, quòd citò iram concipiant, & ideo ob unicum os diutius inter se digladiantur: quòd domos vigilias agendo custodiant: ob somni lævitatem facilè excitentur: cum mulieribus aliquando Veneris consuetudinem habeant, & palam congregiantur, unde à Spartanis templis arcebantur. Iidem odorum differentias nobis incognitas sentiunt: posteriora odorantur, quod cum sagaces sint, teste Plinio, qualitates habitudinum corporis odore cognoscant. Capitibus ad terram demissis odorem trahendo investigant, & ideò primi aëris infecti halitum hauriunt. Auditu pollent: quarto ætatis mense dentes caninos mutant, & hybernum pilum amittunt. Si stomachi gravidine laborent, gramen vorant. Facilè abortiunt, si mas, ex quo concepere, occidatur. *Ingenio & memoria* polle-
re, docilesque esse, multa testantur exempla. Ille apud Plutarchum, tot lapillos in ollam oleariam injecit, donec intumescente oleo illud lambere posset. Itinera quamvis longa meminere: nec ulli præter homini memoria major. Quidam Venetiis in medio foro suum Dominum post triennium agnovit: Ulyssis post vincti annos. In Theatrum Marcelli spectante Vespasiano introductus fuit, in omnibus saltationibus instructus, & qui ægritudinem bellè simulare novisset. Nam post signa contracti doloris, tanquam mortuus concidebat, atque huc & illuc se trahi patiebatur; mox tanquam ex profundo somno experrectus, sese movebat. Franciscus Marchio Mantuæ per morbum mutus, canem ita instruxerat, ut ad suos nutus, quemlibet aulicorum vocaret. Coram Justiano

Natura.

Ingenium
& alia.

niano Imperatore, spectante populo, alius, annulos spectatorum ab hero confusos ita cognovit, ut unicuique suum redderet. Quis pauper vel dives, meretrix aut vidua quæ esset rogatus, veste cujusque ore apprehensa, demonstrabat. De *Fidelitate* erga heros ita Plinius: Pugnasse adversus latrones canem pro Domino accepimus, confectumque plagis à corpore non recessisse volucres & feras abigentem. Ab alio in Epiro agnatum in conventu percussorem Domini laniatu & latratu coactum fateri scelus. Garamantum Regem canes ducenti ab exilio reducere præliati contra resistentes, propter bella Colophonii, itemque Castabalenses, cohortes canum habuere: ex primæ dimicabant in acie nunquam detrectantes. Hæc erant fidissima auxilia, nec stipendiorum indiga. Canes defendere Cimbris cæsis domus eorum plaustris impositas. Canis Jasonis Lycio interfecto, cibum capere noluit, inediaque consumptus est. Is verò, cui nomen Hircani reddidit Duris, accenso Regis Lysimachi rogo, iniecit se flammæ: similiterque Hieronis regis. Memorat Pyrrhum Gelonis tyranni canem Philistus. Memoratur & Nicomedis Bithyniæ Regis, uxore ejus Consingi lacerata propter lasciviorum cum marito jocum. Apud vos Volcatium nobilem, qui Cæselinum jus civile docuit, asturcone è suburbano redeuntem, cum advesperavisset, canis à grassatore defendit. Item Coelium senatorem ægrum, Placentiæ ab armatis oppressum: nec prius ille vulneratus est, quam cane interempto. Sed super omnia in nostro ævo actis populi Romani testatum. Appio Junio & P. Silio Coss. cum animadverteretur ex causa Neronis Germanici filii in T. Sabinum, & servitia ejus, unius ex his canem nec à carcere abigi potuisse, nec à corpore recessisse, abjecto in gradibus gemoniis mæstos edentem ululatus, magna populi Romani corona circumstante: ex qua cum quidam ei cibum objecisset, ad os defuncti tulisse. Innatavit idem cadavere in Tiberim abjecto sustentare conatus effusa multitudo ad spectandum animalis fidem. Huc ille pertinet, qui Domini sui occisorem & prodidit & jugulavit: ut & Corfus ille, qui non citius enecti frigore heri corpus auferre familiarissimis etiam permisit, quam perimeretur. Nihil interim de illis dicam, qui cum heris cremari vel sepeliri voluerunt: qualis Poli Tragædi, Pyrrhi, & Theodori erat. Eupolidis Poëtæ Comici canem post ejus mortem, vitam inedia finivisse; Jasonis Lycii capere cibum noluisse; Darium, ultimum Persarum Monarcham solum comitem ad mortem habuisse, Xantippi, navigantem herum eo usque secutum, donec natando periisset; Historici prodidere. A carnium caninarum usu, omnes ferè moratiores gentes abhor-

rent; nisi necessitas urgeat. Populi Senegæ eis vescuntur, si Cadamusto credimus: incolæ Guineæ, si aliis. Galenus nonnullas gentes castratis vesci scripsit. In *Medicina* maximi est usus. *Calva* in pulverem redacta, testium tumores resolvit. *Cerebrum* fracta ossa restituit, si instar emplastri superponatur. *Dente* maximo si gingivæ scarificentur, dolor dentium tollitur. Longissimus nigri canis, quartana laborantibus appenditur. Caninus canis rabidi exemptus & in aluta appensus, rabiem compefcit. *Coagulum* in vino dissolutum, colicos dolores sedat; in aceto, hydropicis propinatur. Per vomitum, hydropicorum ventribus superimpositum, hydropicorum aquas Sextus educit. *Hepar* rabidi assatum, singulare est in rabie remedium. *Fel* cum melle ad ulcera interna adhibetur. *Lienem* recentem exemptum, Marcellus regioni lienis applicat. *Sanguis* partibus à rabido cane percussis, magno est adjumento. *Pinguedo* ad mentem Æsculapii, podagra laborantes sublevat. *Adipe* catuli varii in cicatricibus & maculis faciei auferendis, Plinius utitur. *Lac* in mitigando oculorum dolore adhibetur. Eodem Sextus gingivas infantium assidue linat. Potum, foetus mortuos expellit. *Lectium*, pilos & verrucas auferit: cum nitro mistum lepram abstergit. *Stercorum* pulvis in angina, dysenteria, & ulceribus inveteratis commendatur, si ossa per triduum comedat. Marcellus ex eodem ad solem exsiccatum & cribratum, cum cera rubra, per partes, & modico olei, medicamentum pro ischiade concinnat. Plinius, ossibus in stercore canino inventis & alligatis, syriacum puerorum tolli putat. *Pellis* ad destillationes, si digitis inducatur; & ad anginam, si corrigiis ter collum circumdetur, adhibetur. *Pili* morsui canis rabidi impositi, venenum ad se attrahunt. In supprimendo sanguine adhibentur. Mizaldus denique in expugnando febre quartana, lotium ægri quantum in uno paroxysmo, unica vice reddidit, cum farina subactum, in placentam conficit, quam famelico cani exhibet, & sic quartanam transfert. Reliqua vide in Gesnero. Weckerus ex duobus catellis recens natis, quatuor libris olei violacei, & libra una vermium terrestrium præparatorum, unguentum ad vulnera machinis bellicis inflicta, componit. Ex catulis quoque Andreas Furnerius aquam destillat, quam in cohibendo pilorum augmento mirificè commendat. *Differentiæ* Canum sunt multæ. Dicuntur olim & in Hellesponto reperti cornuti. Si *vocem* spectes, in novi orbis insula Hispaniola non latrant, ut Oviedus prodidit. In Guinea, si Clusio credimus, latrare conantur, sed non possunt. Si *munera*, sunt alii sagaces, alii cursores, cubicularii, portæ, venatici,

Plin. H.
N. 1. 8. c.
40.

Scalig.
Exerc.
202.

Athen. H.
A. 1. 7. c.
33.

Ufus in
Cibus.

Galen. 1.
3. de A-
lim. fa-
cult. 1. 2.
Ufus in
Medicina.

Centur.
6.

Wecker.
in Anti-
dot.

Differen-
tia.

Ambro-
fin.
quadr. di-
gitat. l. 3.
c. 2.

tici, villatici. Si *locum*, sunt Epirotæ, Scotici, Anglici, Cyrenaici, Arcades, Indici &c. Nos hi cagemus ordine de *Rabido*, *Melitensi*, *Venatico*, *Leporario*, *Sagace*, *Villatico*, *Bellicoso*, & *Inutili*. *Rabidi* ab esu putridorum ciborum, & carnibus vermibus scatentium tales evadunt, Canicularibus inprimis. Cibum tum abominantur & potum, ab aqua abhorrent, huc & illuc vagantur, latratum edunt raucum, spumam ab ore & naribus copiosam fundunt, torvum intuentur, demissam ferunt caudam, & nullo edito latratu homines mordent. Multi multa remedia adhibent. *Ætius* helleborum album ad vomitum cum polenta exhibet. *Mizaldus* stercora gallinarum cibis permiscet. Blondus post tertium diem venasturgentes in cruribus tundit, vel canem in lacunam projicit, in qua multæ hirudines innatant, ut sanguinem exfugant. Hinc totum corpus unguento populeo illinit, & pharmacum cholagogum propinat: tandem canem decocto fumariæ, lapathi acuti, & radicum enulæ abluit. Ad præservationem, exhibet *Plinius* catulo lac mulieris quæ marem peperit. *Columellas* caudas catulorum post diem quadragesimum ab ortu castrat. Prehenditur caudæ extremum, in quod ultima spinæ articulatio desinit, & tandiu digitis torquetur, donec excidat. *Melitenses* ab insula Melita, quæ *Pachyno* Siciliæ promontorio imminet, nomen habent. Sunt vel breviores vel prolixioris pili & jubati. Blondus partim albos partim nigros commendat: hodiè rufi & candidi in precio habentur. Magnitudine sunt mustelæ sylvestris. Ut parvi fiant & maneant, canistris includuntur, ibidemque nutriuntur. Delicatissimis vescuntur cibis. Si plures foetus concipiunt, subito moriuntur. Ut villosiores nascantur, curatores, loca in quibus cubant, velleribus pecudum infertunt, ut ea præ opulis semper habeant. *Lugduni* in Gallia singuli decem aureis vaneunt. *Bononiæ* quadringentis libris venduntur. Mulieribus sunt in deliciis. *Venatici canes* ubique ferè locorum habentur. Præstant, quos *Hircania* ex canibus & *Tigridibus* natos, *Epirus*, *Molossorum regio*, & *Chaonia* proferunt. Apud *Perfas* fuere audacissimi & velocissimi teste *Megasthene*: in regione *Thebeth* inveniuntur maximi: in provincia *Gingui* tam audaces, ut Leonem adoriri non dubitent. Quomodo nutriendi sint, illi qui de re rustica scripsere docent. Erant in precio apud *Alphonsum Neapolitanum Regem*, *Magnum Tartarorum Chamum*, qui ideò quinquies mille aluit. Distinguuntur variè. Nam si ferarum differentias respicias, sunt alii leporarii, alii humiles qui taxostantummodò insectantur, alii ad aves, qui illas pedetentim in retia pellunt, alii ad aquas, alii ad magnas feras. Si *locum natalem*, sunt.

Ambro-
fin. l. 3. c.
3.

Ambro-
fin. l. c. 4.

Arcades, *Ausonii*, *Cares*, *Thracasque* & *Iberi*.

Pannonici, *Argivi*, *Lacedamonii*, *Tegeate*, *Sauromata*, *Cretes*, *Celta*, *Magnetes*, *Amorgi*.

Si colores, sunt leucophæi, mellei, albi, nigri. *Albiparum* per aquam formidant. Iidem nigris maculis insigniti, pedes crassos & tenellos habent. Leucophæi fortes & audaces sunt, sed cursu non ita valent. Nigri validi sunt, sed cum crura habeant humilia, celeritatem alborum non assequuntur. Eligendus verò est canis, atroci vultu, capite magno, labro superiore ad infra pendente, oculis rubicundis, naribus apertis, dentibus acutis, collo tumente, pectore amplo ut *Leonis* similitudinem præ se ferre videatur. *Canis leporarius* optimus est, qui longo & plano est capite, auribus acutis retrorsum directis & parvis, labiis superioribus supra inferiora non pendentibus, collo longo & aliquantulum turgido, pectore acuto, costis longis & validis, ilibus strictis, cruribus altis macrisque potius quàm obesis, caudâ non crassâ, nec admodum longa, qui rarò aut nunquam latret. Alii ad venationem ducuntur: alii spontè exeunt, & comprehensis leporibus domum revertuntur, *Vertagi* dicti. *Sagacium* tot ferè sunt quot *Venaticorum* genera. In *Scotia* tres sunt canum species. Quidam sunt audacissimi, in cursu celeberrimi. Alii odorisequi, qui & pisces inter saxa latentes investigant. Nonnulli ut plurimum aut rufi nigris maculis aspersi, aut nigri ruffis imbuti, qui fures & furto ablata tanta cum industria persequuntur, ut & flumina tranent. *Scotis* & *Anglis* tales alere suerunt. & si quis, eum, qui sua, cane sagaci duce inquirat, in secreta non admittit, pro fure habetur. Si *Blondum* sequimur, debet esse brevis, simo potius quàm adunco rostro, capite concinno, cruribus eadem posterioribus ferè altitudine, quam sunt anteriora, pectore non ventre majore, dorso plano & ad caudam porrecto, auribus pendulis, oculis agilibus. *Palmam* reliquis præripiunt *Gnosii*, *Thusci*, *Britanni*, *Hispani*. *Canis villaticus* & pecuarius est qui villam & pecus custodit. *Albus* probatur, ut à lupis distingui possit. Tales apud *Turcas*, *Bellonio* prodente, herum peculiarem non habent, ideo nec ædes ingrediuntur. *Tegetibus* in arca stratis incubant. Olim apud *Romanos* quingenti ad stabulorum tutelam alebantur. De *Bellicoso* & *Inutilibus* nihil ferè occurrit. *Anglia* illos producit: sed & hoc anno inter homines sanguinarios canes alere cœpit, diris devota capita, qui ne *Regio* quidem sanguine adhuc usque satiari potuerunt. Talibus canibus & *Hispani* contra *Indos* in præliis utebantur, quos etiam saginâ humani corporis ad capiendos homines alliciebant. *Vasquez*

Ambro-
fin. l. 3. c.
5.

Ambro-
fin. l. 3. c.
6.

Belloni.
observ. l.
3. c. 40.

Nieremb. H.
E. 1. 9. c.
36.

Nunnez loco carnificum usus est. Obliti ferè eramus Indicorum, de quibus ita Nieremburgius. Genus caninum variat in novo orbe, præter illos quos vetustas novit. Natura & moribus pænè omnia nostris vicina sunt, nec specie valdè diversa. Illud quod *xoloitzuimtl* vocant Barbari, excedit mole corporis, tres plerunque superat cubitos, nullo pilo protegitur, molli tantùm & depili cute, fulvis & cyaneis maculis aspersum. Alterum appellant *Itzcuin tepozotli* & à patria, unde datur, *Atichuacanem*. Simile est Melitensibus. Variegatur candido, atro & fulvo colore, & quadam deformitate, accommodum deliciis, & gratissimum, nec iners blanditiis, gibbo quodam foedum à capite velut ab humeris eminenti, collo enim pænè caret. Tertium *Tetichi* dicitur, cetera nostratibus simile, nisi quod triste aspectu, Indis edule, quemadmodum olim Thracibus, quod fortasse in usu Græcis fuit, si sexto Empyrico credimus. Certè Diocles Medicus, ex eorum scholâ qui Asclepiadarum tempore fuerant, quibusdam ægrotis catulorum carnes dari præcepit. Sed Indis *Cozumelle* canes non tantum sunt alimentum, sed gula. Nutriebant comedendos quemadmodum Hispani cuniculos, quos ad esum destinant, castrant, ita pinguescunt oppidò. Procreandæ soboli servant foeminarum copiam, ex maribus exiguum numerum, quemadmodum apud nos pecuarii. Idem inopia puerorum canibus litant. Alco etiam vocabant Barbari quoddam genus canum parvulorum, quorum societate mire delectantur, & quos mire diligunt. E suo cibo detrahunt, ut illos alant. Cum iter agunt, comportant secum aut humero, aut gremio. Cum ægrotant, consortio inseparabili & familiaritate catelli recreantur. Sunt quoque *canes muti* apud Indos, qui non latrant & vulpino vultu. Cozumella insula hos alit. Quin & percussi nec gemitum, nec clamorem edunt. Hos in Hispaniolâ Oviedus statuit pro Calamitâ ranâ. His naturâ est: nec opus sunt membrana ex secundis caninis, nec fimus leporis, nec pilus. Superstitiosè ista Plinius obmutescendis canibus quærit. Anonymus manuscripti mei auctor, in Hispaniola memorat fuisse canes parvulos, sine latratu, solum cum grunnitu, & solum palato aptos. In Quivita maximi canes onerantur sarcinis.

CAPUT II.

De Fele.

Ambro-
fin. l. 3. c.
10.

Salmast. in
Solin.

Nomen.

Felis nomen à φαλις impostor, fallax, quòd astutissimum sit animal: vel ab αἰλις, adulator, quod cum Æolico digammate φαλις pronunciabatur, ut maximo Salmastio placet. Dicitur Latinis etiam Catus, vel Catus, seu à capiendo; seu quòd sit cautus. Græcis vocatur αἰλιός, παρὰ τὸ αἰόλην ἢ ἀράνην

τὴν ἑρᾶν ἢ κινεῖν, quòd caudam subinde movet, eademque adblandiatur. Apud Suidam est αἰλιόσθη, albi αἰλιός. Spatalem etiam quidam cattum vertunt. In *Descriptione* notissimi animalis non est quod immoremur: observata circa Anatomiam ad finem capitis habebis. Ubique fere inveniuntur. Non fuisse aliquando mansuetos verisimile est. In Iberia apud Tartessos nasci maximas, omnes authores consentiunt. *Vescuntur* carnibus, piscibus, muribus, avibus, lacertis. Bufones interimunt. In Cypro viperas, & chamæleones venantur. Junioribus etiam leporibus insidias struunt: nec propriæ speciei parcunt. Novimus hic Bononiæ, inquit Ambrosinus, feles adultas cum parvulis primum colludere, deinde illis laniatis vesci. Vivunt sex annos, aliquando decem, castrati plures. Quantum ad *Generationem*: in Europa mensibus Januario & Febuario plerumque exardescunt: in India omni fere anni tempore luxuriantur. Fœminæ in congressu clamant, seu quòd à fervido nimis femine adurantur; seu quòd à mare unguibus lædantur. Mas stat, fœmina subjacet. Fœminæ plus libidine agitantur quàm mares. Gerunt foetum duos menses lunares, seu dies sex supra quinquaginta. Martio editus præfertur: Augusto, propter pulices minus. Ut plurimum quinque vel sex catulos enituntur. Fœmina sobolis est amantissima: Mas inventam sæpè interimit, ut fœmina novorum catulorum desiderio mota, morem iterum gerat. Exercent *inimicitias* cum quibusdam, ut muribus, bufonibus, serpentibus, vulpansere, aquila, ruta, felle proprio, suavi odore, & humiditate. Rutâ certè à columbariis pelluntur. Unguentorum odore aliquando in rabiem aguntur. Si aquâ mergantur, nec statim exsiccentur, pereunt. E contra, Valerianæ se libenter affricant: mentha catarraria delectantur. Fœmina gravida, si mas interim occidatur, abortit. Circa *Naturam* occurrunt quædam singularia. Oculi enim felium ad Lunæ vices modò majores modò minores evadunt: imò solis vices sentiunt, & pupillas oculorum syderis cursu mutant. Diluculo enim protenduntur, meridiè in orbem contrahuntur, Sole occidente hebescunt. Cardanus malè pupillas pro arbitrio contrahere & distendere protulit, quia nullos habent musculos. Noctu medium illuminant. In faccis procul delatè, redeunt. Mutantè hospite ædes, easdem non deserunt. Manu hominis demulceri ambiunt. De astu ita Plinius. Feles quidem quo silentio, quàm levibus vestigiis obrepunt avibus? quàm occulto speculatu in musculos exiliunt? Excrementa sua effossa obruunt terrâ, intelligentes odorem illum indicem sui esse. Adhibetur à quibusdam mensis, in Hispania imprimis, Hollandia, & Brabantia,

Locus.

Vitæur.

Plin. H.
N. 1. 10.
c. 63.
Generatio.

Arist. H.
A. 1. 5. c.
2.

Sympathia &
Antipathia.

Mizald.
cent. 4.
Natura

Plin. H.
N. 1. 10.
c. 73.

bantia, sapore que leporinam referre dicitur. Pestiferum halitum emittere, & tabem adferre, Brujerinus, haud sine causa, prodidit. Cerebrum insaniam inducit, cujus ali- quod exemplum in Uratis lavienfi puella, in Weinrichio, ni fallor, (liber nunc ad manum non est) invenies. Habet & in *Medicina* locum. Pulvis *capitis* in olla cremati, & in oculos insufflati, caliginem abstergit, si Portæ credendum. *Carnem*, corpori infixam tela extrahere, Galenus prodidit: hæmorrhoidum quoque & dorsi doloribus medetur. *Iecur* ustum & tritum, calculosos summopere juvat. *Fel* factum mortuum extrahit. *Pinguedo*, podagræ illinitur. *Urina* destillata ad sordiditatem valet. *Feces alvi* cum resina & rosaceo permixtum & suppositum, muliebre profluvium supprimit. Evonymus prodit, quosdam anserem pinguem, medicamentis & carnibus felium minutatim concisis farcire cum sale, & lento igne in veru assare, destillanteque liquore arthriticos feliciter inungere. *Adeps* in ferro à rubigine præservando aliis non cedit. Quantum ad *Differentias*, Cati alii sunt *Domestici*, alii *Sylvestres*, alii *Exotici*. Ex *Domesticis*. Hispanici rapaciores sunt, agiliores, & mollissimâ cute teguntur. *Exoticorum* precipuæ sunt *Syriaci*, qui varii, ore torvi, pectore torosi, pedibus amplis, paucio cibo contenti. *Sylvestres*, domesticis sunt majores, densiore & longiore pilo, colore fusco, caudâ crassiore. Vescuntur aviculis, & aliis animalibus. Suffitu rutæ ab arboribus depelluntur. De illis qui in Malabar ita *Scaliger*. In Malabar provincia feles agrestes supra anbores versantur, quarum celeritate nihil unquam memorabilius proditum est. Saltu valere potius. Peculiaris verò volatus. Idque, quod mirum magis est, sine alis. Membranam ab anterioribus ad posteriores usque productam tendi. Quam, dum quiescunt, ad alvum contrahunt. Ubi volare instituunt, pedum crurumque agitatione protenta, collectaque membrana, dum sustinent, tum feruntur. Est & in India genus quoddam, pilis vestitum nigris & promiscue candentibus. Rostrum ei est longum, auriculæ parvæ, crura brevissima, cauda fasciis nigris candidisque intercisa. Pulvis febrientibus conferre dicitur. Huc pertinent & monstrosi, quorum unus, pedes habet horrendos, alter sex. Feli simile est animal in regione Singui, pilo cervino, pedibus multifidis, dentibus in utraque mandibula binis, duorum digitorum magnitudinis. Vesicam habet carneam, prope umbilicum, sanguine plenam, qui moschum redolet. Iconem adposuimus cujusdam animalis felis similis, quod caput in suprema parte valdè acutum habet. Appellamus felem *ὄφιον*. Observationes Anatomicæ, quas apud M. Aurelium Severinum invenimus, quasque superius promissimus, aliæ felem sectum, ut

ipse ait, aliæ musculum concernunt. In fele secto hæ sunt insigniores. *Lienis* oblongi veluti remi nostratis pars, quæ ad aquas spectat. *Cervix* visicæ fellis veluti varicosa non semel vel bis: Ad fundum ejus rectæ descendunt venæ extrinsecus procurrentes. Bini nervi à lateribus *asperæ arteriæ*, utrinque unus, descendunt ad orificium ventriculi superius, qui interim ad dicta latera asperæ arteriæ & ad pulmones mittunt ramusculos. Nectuntur dicti nervi communi nervulo oblique descendenti; à sinistro inferuntur in ventriculum pluribus fibris. Vbi primum finditur aspera arteria, apparent nonnullæ *glandulæ* majores, & parvæ albæ, rubræ, cineritiæ, mistæ. In *aspera arteria* semicirculi, ut in homine divisi, sed parte posteriore duplici tunica comprehensi: Alterâ quidem externa & carnosa; altera verò interna & nervosa, quæ interna, nascitur ab extremis circulatorum marginibus. In *corde* auriculæ differentium colorum, dextra quidem albo & atro distincta magis, quam sinistra: Præterea dextra crassior & rotundior, sinistra tenuior & oblongior; caninæ similis. Ambæ intus cavæ & filamentosæ veluti sinus cordis. In sinu dextro plexus reticularis magis quam in cane conspicuus & prolixus; sed contra in hoc non valvulæ sicut in cane. *arteria magna* ferè in medio cordis; magis tamen ad sinistram declinat. Interna tunica *ventriculi* satis rugosa, rugis secundum ventriculi ductum procedentibus, & in rotundum replicatis, veluti in ventre bovis. Tunicæ ventriculi tenacissimæ, ad hærentes ab orificio superiori ventriculi, tunica interna rugis transversis distincta. Color *hepatis* veluti caniculæ piscis. In osse *auris cochleæ*; labyrinthi; fenestella, annulus, musculus rotundus; tria ossicula, sed stapes non perforata, ut Casserius describit. In *cerebro* sinus tres, sed duo circulares cum plexu choroide. In *oculo* uvea parte anteriore non cohærens corneæ; hinc dilatatio huic generi majori minor. Eâ parte est uvea colore pallidi folii. Opticus ferè ad medium, quamvis declinet ad inferiora, membrana externa crassâ oculum aliquâ parte velans, ut in gallinaceo genere. At in *Fele musculo*, hæ observationes occurrere. Extra abdomen, infernè supra pubis os, prodeunt per duo foramina, *vasa spermatica* ad testiculos descendunt, qui testiculi per mediam membranam cuti alligantur à lateribus penis, qui *penis* medio digito longus, infernè fulcitur musculo oblongo desinente ad medium penis vel amplius; fulcitur etiam musculo oblongo descendente ad medium spacium musculi spincteris, cujus officium est, anum claudere. Linea alba lata digiti tertia parte per rectum abdominis descendens; subjacet musculus peritonæi, membrana in hoc animali tenuissima; *Peritoneum* sub

Brujer. de
re cibaria
l. 13. c.
36.

Porta
Phy-
togn. l. 5.
c. 26.
Galenus
simpl. l.
11.

Differen-
tiæ.

Scalig.
Exerc.
217. l. 9.

Nie-
remb.
H. E. l. 9.
c. 30.

M. Pau-
lus Vene-
tus l. 1.
c. 62.

M. Au-
rel. Seve-
rin. Zoo-
tom. De-
mocris.
p. 4. c.
309.

ensiforme satis pingue. *Omentum* præpingue alligatum fibræ uni dextræ hepatis, & spleni & ventriculo, & intestino duodeno, ad figuram marsupii, s. sacculi cujusdam constitutum. Alligata *vesica* peritonæo supernè, ad fundum vero alligata intestino infernè recto. *Testiculi* quatuor tunicis sunt recti; quæ dicitur *scrotum*, id est, bursa externa testiculorum; secunda dicitur *dartos*, etiam externa: Tertia dicitur *erythroides*, id est, rubra, quæ propinquior est prædictis; quarta vero est immediata. Descendunt ad testiculos *vasa præparantia semen*, & sunt venæ & arteriæ: Venæ quidem quæ descendunt à vena cava; & arteriæ, quæ descendunt ab arteria magna: & ista vasa, postquam attingerint proxime testiculos, constituunt corpus quoddam, quod dicitur *epididymis*; corpus, sive substantia sub testiculis posita. Vidimus *vasa jaculatorio* sive *deferentia* dicta propterea, quod deferant semen in testibus præparatum ad glandulas parastatas, quæ *deferentia* primò oriuntur ab infima parte per medium testiculorum & vasibus præparantibus annexa usque ad medium ipsorum recurvantur ac reflectuntur, donec pervenerint ad parastatas: vidimus & *ureteres* descendentes à parte sima seu concava renum ad collum vesicæ, & præcipuè ubi desinit ipsum collum. Vidimus & *venas emulgentes* ad renum tendentes partem gibbam, ambas nascentes è trunco cavæ, sed altior sinistra quam dextra altitudine modii grani hordei, & eadem sinistra longior fere duplo est quam dextra. *Intestinum rectum* colligatum caudæ principio per medium ligamentum. Habet *intestinum rectum*, venas & glandulas quasdam miliares asperas, quæ in cane nobis alias sunt observatæ. Vidimus *mesenterium* & venas meseraicas etiam *pancreas*, id est, corpus glandulosum. Vidimus & *intestinum cæcum* latitudine pollicis longum. Præter *intestinum rectum* & *cæcum*, totum, quod reliquum est intestini, uniforme est, sed tortuosum, adeò, ut si violentius extendas, ferè disrumpatur. *Renes* perampli, magnitudine nucis majoris, intra quos pauca cavitates sunt & sinus (non ut in cane) in quibus percolatur urina. Vidimus & *venam portam* facientem duos ramos, unum quidem *mesentericum*, id est, ad *mesenterium* propagatum, quique descendit usque ad extremum intestini recti. Alterum vero *splenicum*, id est, transmissum ad splenem per totam ejus internam partem, rectâ viâ distributum per multos ramos hinc inde. A dicto ramo splenico derivatur alter *cæliacus*, sic dictus, quia ventriculum circumplectitur; hic ducit humorem melancholicum ad ventriculum, ut possit appetere. Vidimus *venam ascendentem* perforare diaphragma & cor petere, in cujus partem dextram se inserit. Vidimus & *venam sine pari*

ramificatam ac propagatam, à dicta vena cava juxta cor reflexam & descendantem, per spinam à parte dextra, quæ ramos mittit, costis dextris ad sinistras, ad ipsas nutriendas. *Hepar* sex fibris distinctum. Medio duarum à parte dextra egreditur foràs *fel*, ita ut fundus inter duas, ad modum prominentis oculi, appareat. Dicta *vesicula felis* habet duos ramos, alterum, qui derivatur ab hepate in duodenum intestinum ad expellendas fædes; alterum, qui recurrit ad vesicam, ut ibi contineatur. In *intestino duodeno* digitis quatuor infra poros cholidochos, inventus lumbricus quidam parvulus magnitudine ureterum. A lateribus venæ cavæ ascendens, descendit *nervus* quidam ad circulum carnosum diaphragmatis, alter verò à sinistra descendit fultus membranæ asperæ arteriæ, deportantes sensum diaphragmati. Vidimus *nervos recurivos*, qui à sexta nervorum conjugatione propagati ad caput asperæ arteriæ inseruntur, alter quidem à sinistra revolutus sursum circa arteriam magnam, & alter circa arteriæ ramos, qui tendunt ad jugulum: cor cum duplici auricula, dextra & sinistra; dextra major & subnigra est; sinistra vero concolor cordi: Habet *cor* ventriculum dextrum, in quo generatur spiritus vitalis; sinistrum, ad quem ducitur sanguis venalis: Habet & quatuor *vasa magna*; primum est *vena cava ascendens*, quæ inseritur in auriculam dextram; *arteria magna*, quæ inseritur in auriculam sinistram. Tertium *vena arterialis*, venâ quidem dicta, quoniam continet sanguinem; arterialis verò denominata, quoniam constat duplici tunica, quam habet veluti arteria: Inseritur hæc in pulmonem, ut illum nutriat: quartum est *arteria venalis* quæ inseritur ad sinistrum ventriculum cordis, cujus officium est, sanguinem in dicto ventriculo præparatum ducere sursum ad cerebrum, ad generationem spiritus animalis. In ventriculo dextro sunt *valvæ* quædam sive septa, quæ impediunt exitum sanguinis, sic etiam sunt in sinistro. Habet *pulmo* pinnas sex. Visi sunt muscoli interni circum *laryngem*, id est circa caput asperæ arteriæ, quibus inflammationis fit vera angina. Apparuerunt in radice penis *glandule prostaticæ*, quibus inflammationis fit *Gonorrhœa Syphilitica*, quæ sunt paulo majores: Est *penis glans*, id est, caput, velut lingua ipsius felis. Observavimus meatum, qui ducit ad vesicam. Felis *cranium* lineis quibusdam rubris distinctum venarum similibus. *Auricula* interior cum primis exsculpta: Hoc enim organo non vulgariter opus erat eidem ad noctu prædandum; sicut & visu. In hoc observata communio arteriæ magnæ & venæ magnæ: ubi scilicet primum usque scinditur in iliacos. Credo commune animantibus omnibus, quod observavi in medulla spinæ felis domestici. Membranis enim

enim propriis cum integatur secundum extrema, quæ respondet duræ menynge, interior, quæ tenui vestiunt & hæc prodeunt nascentesque ex se ipsis nervos: Verum cum in plures veluti funiculos prodeant singulæ harum conjugationes, licet adnotare, dictos funiculos, postquam aliquantisper processerint, mox in unum quasi nodum coire, non dissimilem à geniculis culmorum in plantis frumentaceis & id genus. Porrò cum singuli funiculi iisdem membranis tegantur, si retrahas ad te harum substantiam, spoliatur funiculi, quoad nodum illum pertingant. Observatus in *costa* unâ legitima felis domestici, nodus quidam teres similis tuberibus, qui innascuntur arboribus, cujus dirupti meditullium porosum crebrisque fossulis perforatum cum guttulis sanguinis. Dubitatum inter sodales sectionis, num fractura ossis

ferruminata, num error in formatione, luxuriante materia. Homini in sima parte ossis frontis quæ interjacet, æquè duo supercilia incubant rectæ nasi radici: In hac si effoderis vel terebra os pertuderis, invenies fossulas duas oblongas, obliquè incedentes, sub cranio, parte superiori: cœcas infernè, cancellis donatas: Nullus dubitari posse videtur, esse has cameras olfactus, ubi concluditur implantatus spiritus, ut & in aure. Nescio siquidem, quid de eo senserint Anatomici; credo incompetas huc usque. Porrò confirmat sententiam nostram, quod in cane sensu hoc eximiè pollente sunt hæ cryptæ, & latiores & magis conspicuæ quàm in homine; in simia autem caudata non licuit invenire; fortasse, quod eo sensorio præstare minus debuisset.



R

HISTO.

HISTORIÆ NATURALIS

DE

QUADRUPEDIBUS

LIBER IV.

De Quadrupedibus Digitatis Oviparis.

TITULUS PRIMUS

De Digitatis oviparis cute tectis.

CAPUT I.

De Rana.

ARTICULUS I.

De Ranis aquaticis.



Racetenus de Quadrupedibus viviparis egimus, sequuntur Ovipara; quæ vel cute teguntur, vel *crusta*. Cute autem teguntur, *Rana*, *Lacerta*, *Salamandra*, *Stellio*, *Scincus*, *Cordylus*, *Chamaeleon*, & *Crocodylus*. Rana alia est *Aquatica*, alia *Terrestris*. Illa à sua garrulitate Isidoro dicitur, quod æstivis diebus suum ra ra perstrepat: aliis à γ Ebræo, quod est vehementer exclamare. Grecis dicitur *βάτραχος*, παρὰ τὸ βῶν προχέειν ἔχειν, quod asperam vocem edat. Vocatur *Varino* & *βαζ*, *βίβραχος*, *βότραχος*, *βίβραχος*, *βίβραχος*, *ναφίτις*, *ναδὲ*, *βρίνατος*; *Cypriis* *βρίχελος*, *Ionibus* *βαθραύς*, *Phocensibus* *βραγχιών*. *Ponticis* *βαλουός*, *modernis Græcis* *βίβρατος* sed & *γυφίος*, pro eadem, simpliciter apud *Ethymologum* sumitur. *Varino* etiam *επίρας* & *παρρασίτις*, ranæ sunt, quod buccas inter clamandum inflare soleant. Animal est amphibium, cujus pars prior carnosam latitudine caret: naturâ, portionem carnosam posteriori parti in qua *crura* posteriora crassa & longa, anteriora breviora sunt, addente. *Digitos* habet quinos, longos, membranâ intertextos, ut commodius natate possit. *Fœmina* mare major.

Ambrosin. Digit. Ovipar. l. 1. c. 1.

Nomen.

Descriptio.

Arist. H. A. l. 4. c. ult. Ovid. Metam. lib. 6.

Plin. H. N. l. 11. c. 37.

Terga caput tangunt, colla intercepta videntur, Spina viter, venter pars maxima corporis albet. Internas partes si attendas, linguam illis instar linguæ infantium primam adherere, intimam verò à gutture absolutam Plin. scribit. Lienem esse parvum. Hepar secundum Bellon. in tres dividitur lobos, sub quo una utrinque pulmonis pars conspicitur, spumo-

sa & minimè sanguinea. *Intestina* nodulis intercepta sunt. *Testes* & reliqua membra animalium terrestrium membris similia. In Anglia virides non conspiciuntur. In Germania, Italia, Bononiensi inprimis territorio, plurimæ sunt. In irriguis Ægypti locis tam frequentes, ut nisi à ciconiis vorarentur, omnia fœdarent. In Cyrenaica & Seripho insula mutas esse dicunt, fortè propter aquarum frigiditatem. Etsi verò & in fluentis appareant: libentius tamen in illis aquis versantur, in quibus junci & arundines virescunt, & ulva crescit. In illis qua nunquam gelu concresecunt, omni tempore reperiuntur. Ne dicam de bituminosis, in quibus eas viscositate sua naphtha obruit. Deglutunt innatantia animalcula, vorant & apes, talpasque mortuos. Herbis quoque vesci verisimile. Permiscetur mare superveniente, quod apud Aristot. legimus, prioribus pedibus alas fœminæ apprehendit, posterioribus clunes: deinde ova pariunt. Plin. carnes nigras partu edi scripsit, quas oculis & cauda insignes gyrynos vocavit: formam raninam adipisci, dum cauda in duos posteriores pedes finditur. *Mirumque*, addit, *semestri vita resolvuntur in limum nullo cernente, & rursus vernis aquis renascuntur, quæ fuere natæ, perinde occulta ratione, cum omnibus annis id eveniat*. Sed id de temporariis potius sumendum est. Nam de quibus agimus, etiam hyeme in aquis calidioribus durant, & vere veteres natantes conspiciuntur. *Ova* circa ripas stagnorum & paludum effunduntur, continuo veluti filo sibi coherentia, quæ nigrarum & concisarum carniū speciem referunt. Chymici sperma ranarum appellant. *Odio* prosequuntur ciconias, cygnos, Buteonem, Salamandram, putorium, lucium piscem, anguillam & ignem. A *Ciconiis* devorantur. *Cygnus*, Michaële Glycâ authore, ab affectione quadam esu earum sibi medetur. Cum *Salamandris*, sæpissimè præliantur. De *Lucio* & *anguilla*, res notissima est. Noctu accensis circa littora luminibus non coaxant: imò loco non moventur, & facilè manibus capi possunt. *Vox* ipsarum est *βραβρῆξ*, καὶ ἔχοιζ.

Locus.

Victus. Arist. Hist. Animal. l. 9. c. 40. Generatio. Arist. H. A. l. 5. c. 3. Plin. H. N. l. 9. c. 51.

Arist. H. A. l. 7. c. 14. Amphibia.

Mizald. Cent. 9. Memorab. Vox.

καὶ ἔχοιζ.

Laub frosch

Laub frosch



Laub Frosch



Frosch



Rana



Rana Frosch



Frosch



Rana



Bufo Krötte



Krötte




Bufo



Bufo Caudatus



à Circulatoribus fictus



κατα. Aristoteli autem *κατα* vox dicitur, quam ranæ mares effundunt, pum foeminas ad congressum vocant. Quando læduntur, Alberto prodente, vocem instar formidantis muris exilem reddunt. In Cyrenaico agro non erant olim vocales. Illatis è continente vocalibus durat earum genus. In Seripho quoque; & quodam Thessaliæ lacu mutas, apud Ælian. legimus. Caro ipsis naturâ, laxa, albida, humida, & putredine obnoxia. Ideò quibus frequenter in usu, colorem amittunt, & in febres incidunt. Mense Augusto, ita compressa habent labia, ut difficulter aperiantur, si Alberto credimus. Ubi diutius pectori incumbunt, latere subtus aquam, Mizaldus colligit. Nisi aliquandiu respirent, suffocantur. Quia aquas tepidiores amant, ideò æstivis duntaxat mensibus coaxare solent, & adventante hyeme occultantur. Busbequius dum Strigonium properaret, mense decembri coaxantes audivit, quòd aqua in quibus degebant, mineræ sulfureæ viciniâ, incalcescerent. Cum pluvia imminet, clamosiores fiunt, seu quòd frigidiorum sentiant; seu quòd dulcioribus impense delectentur. Diu sub aqua urinantur, quòd exiguum pulmonem habeant. Brumali tempore interire, & verè iterum renasci, à quibusdam creditum: latere & terrâ condi vel inde certissimum, quòd verno tempore, non solum ranarum fætus, sed & ranæ compareant. Noctu & quidem in sicco congregiuntur, non tam ob verecundiam, quàm timorem. In Ægypto, dum natricem sibi occurrere vident, frustum arundinis obliquum apprehendunt, ne deglutiantur. Ab iis civitatem in Gallia pulsam, Plinius prodidit. Marem à foemina si discernere volueris, dorsum acu tange. Ex mare rubeus sanguis; ex foemina, flava aqua effluet.

Quo in *Cibis* habendæ essent loco, Galenus non indicavit. Facile digeri, & bonum præbere succum, frigidum tamen & humidum, vulgata est sententia. Nullo olim apud Romanos in usu. Hodie totum corpus, capite abjecto, assum vel elixum apponitur, à mense in primis Majo ad Octobrem. Coxæ in primis laudantur. Mundella in frigidis innocentiores putat, & cum à Venere abstinent. Amatus Lusitanus omnes, quia venenatæ, à mensis arcet. Præparationem vide apud Ambrosinum.

Et tota & partes variis affectibus pellendis inserviunt. Sugillationibus impositæ, livorem auferunt Maxillis alligatæ dolorem dentium; in aceto decoctæ, mobilitatem. Succus cum eodem, anginam tollit, & tonsillis prodest. Eodem remedio certo strumæ delentur, si Porta non fabulatur. Pulpa earum phthisicis, cum carne caponis, pineis & saccharo exhibetur. In oleo elixa nervorum dolores emollit. In omni virulento animalis morfu vehementer à Dioscoride,

Aëtio, & aliis commendatur. *Cinis* combustæ adeò sanguinem sistere Geleatius de S. Sophia prodidit, ut cum quidam eum collo gallinæ alligasset, amputato post ejusdem capite, nihil ex vulnere sanguinis profluxerit. Habbarrhamanus Asiutensis in nares insufflari in hæmorrhagia jubet. Idem in plumbeo vasculo cum oleo lilior. Interemtam, cum unguento rosaceo contorsionem vultus sanare scribit. Oleum quomode paratur, vide apud Ambrosinum. In doloribus articulorum à materia calidâ vehementer laudatur. *Partes* si attendas, *Oculi* in sindone contra lippitudines in collo suspenduntur. *Cor* februm algores minuit. Alii in febribus ardentibus ad cor alligant. Contra fistulas cuidam profuisse, apud Villano vanum habemus. *Pulmo* per tergus extractus, folio brassicæ involutus, & in olla concrematus, epileptico exhibitus, opitulatur. Alii id de jecore sumunt. Hoc certè remedio Elector Palatinus restitutus dicitur. Pulvis *jecoris* in accessione quartanarum utiliter sumitur. Plinius, objici formicis oportere scribit: eam partem quam appetant, contra omnia venena esse pro antidoto. *Fel* dysentericis remedio est, & vermes in uceribus nascentes interimit. *Adeps* auribus instillatus, dolores tollit. *Sperma ranarum* in erysipelate, & aliis inflammationibus vehementer est utile, hæmorrhagiam comprimit: scabiem & impetiginem pellit. Quercetanus aquam in rubore faciei commendat. Modum ejus parandi vide ibidem. Baculus quo rana à serpente excussa fuerit, parturientes adjuvare dicitur. De *lingua fabulosa Plinius*: Democritus, inquit, tradit, si quis extrahat ranæ viventi linguam, nullâ aliâ corporis parte adhærente, ipsaque dimissâ in aquam, imponat supra cordis palpitationem mulieri dormienti, quæcunque interrogaverit, vera responsuram.

Quantum ad Differentias, variæ illæ sunt. Excluduntur quædam ex ovis, quædam ex limo, quod in Ægypto accidere, Diodorus Siculus prodidit. Sunt viridis, sublividæ, cineræ. In Stochornii Bernensium montis duo sunt lacus, in quibus ranæ magno capite & caudâ longâ conspiciuntur. Præcipuam differentiam in initio Articuli dedimus.

A R T I C U L U S II.

De Ranis Terrestribus.

P U N C T U M I.

De Bufone.

RANÆ Terrestris sunt *Bufo*, *Ranunculus viridis*, & *Rana temporaria*. quem nos hic Bufonè, fortè quod in appropinquantes maximo impetu spiritû efflat, vocamus, is etiam *Rubeta*, quod inter rubos frequenter verseter, dicitur. Græci *αβύρας* vocant, Aristoteles

Aëtius l. 13. c. 55.

Habbarrham. de propriet. Animal. c. 41.

Plin. H. N. l. 32. c. 10.

Hartm. in Praxi Chymiatr. Plin. H. N. l. 32. c. 5.

Plin. l. c.

Differentie.

Ambros. l. i. c. 2. Nomen.

Plin. H. N. l. 11. c. 51.
Arist. H. A. l. 8. c. 28.
Plin. H. N. l. 8. c. 58.
Ælian. H. A. l. 3. c. 37.
Natura.

Mizald. cent. 8.
Arist. H. A. l. 8. c. 2.

Ælian. H. A. l. 9. c. 13.
Plin. H. N. l. 18. c. 35.
Plin. H. N. l. 11. c. 37.

Ælian. H. N. l. 9. c. 13.

Plin. H. N. l. 8. c. 29.

Usus in Cibis.

Usus in Medicina.
Galen. l. 9 de compos. medic. secund. loca.

φρύξων, Ethymologus *φρύξων*, fortè à *φρύξ* mens, quòd venenum caput petat, & vertiginem inducat. Nisi *ἀπὸ τοῦ φρυγάνου*, seu frutice derivare volueris. Chrysippus quidem apud Plin. Phryganion febrim quartanis alligatum remedio esse autumat, sed animal non describit. Luciano est *φύσαλον* quòd leviter contactus mirum in modum turgescat. Qui *μύξων*, appellant, falluntur.

Descri-
ptio.

In ejus descriptione, non est quòd multum immoremur, quia vulgare est animal. *Cutim* habet densissimam, & adeò crassam, ut sæpè nec acutissimo quidem palo perforari possit, lurido colore perfusam, maculis veluti quibusdam pustulis asperam, ventre turgido & inflato; unde *ventrosus* vocatur. *Capite* crasso, *dorso* lato. *Pilis* caret. *Amphibium* esse animal scripsit Plinius: sed fortè de palustri accepit. Opacis nemorosus cavisque ac putridis locis gaudere tam certum, ac incertum, in Hyberniam illatum, solà pulveris asperione interire. Non haberi ibidem, à quibusdam proditum.

Locus.

Cibus.

Terreo humore, herbis, lumbricis, & apibus vesci notum. Tantum verò singulis diebus terræ absumere, quantum anteriore pede comprehendere possit, à vulgo quidem creditur, sed nullo experimento fultum. Ob victum *γύβαλον* à Græcis dicitur. Sub salvia sæpè stabulari, una & altera historia comprobavit. Periere subitò, qui degustaverant, ut à Mizaldo & Pareo proditur. An verò ea vescatur, ignotum.

Mizald.
Cent. 1.
memo-
rab. Pa-
reus 1.
20. c. 24.
Genera-
tio.

Nascitur ex ovis, & materia putrida. Ex cremati pulvere sepulto emergere, proditum. In Dariene, si Petro Martyri credimus, ex guttis dextrâ mancipiorum manu cadentibus, dum pavimenta irrigantur, gignuntur. Exanate sepulta idem fieri, Reufnerus canit: ex menstruo sanguine Porta, cum mulieres aliquando rubetas enixas fuisset, legamus.

Porta
Magiæ
Natural.
l. 2.
Sympa-
thia &
Antipa-
thia.

Inimicitia ipsis intercedit, cum *sale*, *gravi odore*, & *odore florentis vineæ* ex inanimatis; cum *sele*, *talpa*, *araneo*, ex animalibus. *Sale* conspersus, ad ossa usque consumitur, si Alberto credimus, Rutæ, nasturtii, & hisce similibus si urantur odore pelluntur. De florentis vineæ odore idem affirmatur. Cum *sele* dimicat & interimitur. A *talpa* devoratur, ut & hæc ab illo. *Aranei* ictu interit. Affixerat se cujusdam supinè dormientis ori arctè, oppressissetque hominem, nisi tertio aranei ictu interire coactus fuisset. De *Sympathia* nihil singulare occurrit, præter id quod de salvia diximus. Mustelam in os rubetæ illabi, à viris fide dignis Porta se accepisse scribit. Plantagine contra morsus araneorum sibi mederi, apud Plinium alicubi extat.

Natura,
Ælian.
H. A. 1.
8. c. 34.

De *Natura* & *moribus* habe, hyeme & interdiu latitare, noctu verò per loca ab hominibus trita vagari: noctu potius quàm de die

vivere; imo à solari splendore abhorrere: tardo gradu incedere, aliquando salire: sæpius verberatum, inflato corpore, virus primò ex clunibus emittere, mox guttas quasdam malè olentes effundere. Solet herbas salivâ inficere, quæ non minus est lethalis quàm napellus. Solent sonum gru gru edere. Pluviam, dum vesperi è cavernis egrediuntur, præfagiunt.

Agricola
de ani-
mal. sub
terra la-
tentibus.

Paucum venenum & mite habere, scripsit Albertus; quòd fortè de iis qui in frigidioribus regionibus degunt, sumendum est. Illarum qui in calidioribus, primi generis est. Sal ipse, quò bufo extinctus est, si in aqua dissolvatur, ita eam inficit, ut linteum vel indusium eâ madefactum, incurabili scabie hominem inficiat. Si detrahare volueris, vel pellem punge, vel virga exagita, vel superficie punctam, in aquam conjice. Virus infecta evadit. Infectus, tumore, palore, singultu, spirandi difficultate, & gonorrhæâ afficitur. Aliquando, dysenteria, gutturis inflammatio, & vertigines accedunt. Fuit qui canna qua bufo infixus fuit, ita proprias manus infecit, ut tractatum iis cibum subinde evomeret, nec citius vomitus cessarunt, quam ex aliorum manibus sumisset. Qui evadunt, edentuli plærumque fiunt.

Venenum.

Medelam multa suppeditant; inter hæc præcipuè. Cancris fluviales triti & poti, cinis rubetæ, cornu cervi dextrum, lac muliebre, saliva hominis jejuni, radices arundinis, poterion herba, quæ & phrygion in vino exhibita, terra Melitensis, Smaragdus, Theriaca, & extra, oleum de scorpionibus. Sunt qui ipsius bufonis lapidem extollunt. Mithridatium, & quintam essentiam theriacalem his adde.

Mizald.
Memor.
Cent. 3.

Noxia etsi bestia bufo, & venenata, multum tamen contra venena, & alia prodest. Marcellus eum cum adipe ursino, in olla rudi pro arthriticis coquit. Oleo in quo decoctus est, strumis felicissimè inungitur. Dissectus, & renum regioni applicitus, lotium provocat. Servatos hoc remedio quosdam hydropicos fertunt. Coctus & emplastri instar cynanchicis impositus, certo liberare dicitur. Idem filum quo suspensus erat facere apud Mizaldum legimus. Pinguedo exenterati, & radice laureolæ, stercore gallinæ, sale, & unguento dialthææ infarcti, inter assandum cadens, fistulæ benè in unguentur: pulvere verò ita ad combustionem assari, asperso, optimè curantur, si Arnolde fides est. Exsiccatur in umbra & in manu linteolo involutus detentus, hæmorrhagiam sistit. Cinere minus hæmorrhoidum fluxus, certissimè curatur. Nicolaus emplastrum ex eo format. Alii arefactum tanquam amuletum contra pestem, collo appendunt. Crollius pulverem contra quoscunque venenatos morsus aspergit.

Usus in
Medicina.

Mizald.
Cent. 8.
Memor.

Arnold.
3. Brev.

Qui-

PUNCTUM II.

De Ranunculo viridi, & Rana
Temporaria.

RAnunculus viridis, vocatur Plinio *rana minima & viridissima*; aliis *calamites*, quod inter arundines & calamos versetur; Isidoro *Agredula*; quibusdam, *Rana sylvestris*, quod sylvis delectetur; vel ad differentiam ranæ viridis quæ editur. Græcis est *καλλις*, quia suâ voce imbres præfagit. Aliis *δρουσιδης*, *δρουεδιαν* quod per arbores incedat. Quibusdam *δρουιδης* quod quasi de coelo delabi videatur. Hermolaus *δρουαδην* vocat; *δρουαδην* fortè dicere voluit; id est, quasi in arbore natam. Vocantur & *βρετανις*, ob vocem quam edunt.

Ambros. l. 1. de ovipar. c. 3.

Ita eam Ambrosinus describit. Rana hæc ubique viridi colore perfusa est, præter pedes &c. vide Ambrosin. p. 622. usque cæteras fugat.

Descriptio.

Conducit ad multos affectus. A tussiliberari qui in ejus os exspuerit, Plinius author est. Extinguit febrile incendium, si manu detineatur, Sylvius. Guainerius pro heceticis gallinas pulte ex farina hordei & carne ejus elixa nutrit, gallinas ægro præbet. Timotheus per medium dissectus renibus hydropicorum applicat, & aquas educit. *Iecur* in pellicula gruis ligatum, venerem concitat si Plinio credimus. Adeps, si denti dolenti illinatur, frangit eum. *Cruor* vestigiis pilorum à genis evulsorum instillatus, renasci eos prohibet. Marcellus acu cuprea ranunculum pungit, & sanguine inde manante loca, pilis revulsis, inungit.

Usus.

De *Rana temporaria* Ambrosini verbis agemus. Ita verò ille de ea. Ex differentiâ huic ranæ addita, unusquisque conjicere potest, hoc animal &c. p. 623. usque, ducentes diu vivere nequeunt.

Ambros. de digit. Ovipar. l. 1. c. 4.

CAPUT II.

De Lacertis.

ARTICULUS I.

De Lacerto vulgari.

Lacertus seu Lacerta, nomen à lacertorum humanorum similitudine, & quod pedes veluti homo quadrupes incedens, manus flectat, sortitus est. Græcis veteribus *σαύρα*, *σαύρα*, Hesycho & Varino *σμίλλα*, modernis. *κοιλαύρα*, aliis *σαύρα ήλιακή*, vulgaris inprimis, dicitur. Plures quidem eorum sunt Differentiæ: nam Plinius lacertorum, quorum color ad ferrugineum accedit, meminit: Scaliger in minusculos & majores distinguit: nos tamen, in *vulgares*, *virides*, *Chalcidicos*, & *Brasilenses* seu *Indicos* dispe-

Ambros. Digit. Ovipar. l. 1. c. 5. Nomen.

Differentia. Scalig. in Histor. Animal. Arist. pag. 204.

Quidam in ulcere cancroso bufonem crasum sumit, in balance ponderat, additque ejusdem ponderis cancos vivos, deinde in olla rudi, diligenter luto munita, relicto tamen exiguo foramine, lento igne urit, & pulvere felicissimè utitur. Helmondus à Butlero Hyberno edoctus, ex bufonis cadavere, & terrâ ac animalculis quæ ad focum suspensus intra triduum in patinam ceream evomere solet, trochiscos cum tragacantho, & cerea illa patina format, qui ad mammam sinistram gestati contagium arcent, & loco alligati, virus extrahunt. Recentes sunt minus validi: validiores, qui ante in usu fuerunt. Bufo, mense Junio, post meridiem capiebatur. Idem Julio mense, decrecente lunâ bufones cœpit, quorum oculi (*verba ejus sunt*) scatebant albis vermibus: nigrisque capitibus prominentes, adeò ut uterque oculos totus in vermes transformatus esset, fortassis 50. numero. in singulo oculor. foramine erant densè compacti, quorum capita foris eminebant: & quoties aliquis egredi vel prominere conaretur, statim bufo, appositâ manu, egressum vetabat. Animalcula quæ evomuit, erant muscæ nitentibus alis, subviridi colore quasi decoratis. Mox à vomitu obiit. *Pedes* viventis, Lunâ vacua & ad synodum properante abscissi, strumas curant, si eis collum circumdetur. De bufonis lapide agemus alibi.

Helmond. in Tumulo pestis p. 76.

Usus in Cibis, & aliis. Martyr. Decad. 3. l. 10.

In insula novi orbis Peragua, Hispanus, coctos bufones, fame premente edisse, Petrus Martyr author est. Lerus, Brasilianos minimè exenteratis, & tostis vesci prodidit. Vstus falconi in cibo datur, ne pennæ à tineis exedantur, prohibet. Sunt qui novo fictili inclusum in medio segetum obruunt, & sic noxias tempestates arcent. *Osficulum* dextri lateris ad venerem concitandam alligabatur.

Differentia.

Differentie à loco, figura, & mole corporis sumuntur. *Locum* si attendas, reperiuntur quidam in sacrorum commissuris. Snebergæ & Mansfeldii eductus primò turget, mox perit. Tholosæ in saxo arenario rubro albis maculis distincto reperitur. Latomus quidam Antverpianus, in marmore invenit. Agricola in illis ex quibus lapides molares fiunt reperiri scribit, & antequam formetur benè considerari an lateant, debere. Idem eundem *συσφραση* vocat. De *figura & mole corporis* ita Ambrosinus scribit. Oviedus in summario Indiæ &c. p. 688. usque, quia non clamet nisi lædatur. Gesnerus Gibbosi bufonis meminit, cujus iconem damus.

Vulgaris. scemus. *Vulgaris* digitos habet quinos valde exiles, cum unguiculis tam in prioribus quàm in posterioribus pedibus. In his, qui indicis locum obtinet, longissimus est; pollicis, inferior locus datur. Albertus ei pilosam linguam attribuit, ex Plinio Aristot. Bifidam, secundum quem, ficcum pulmonem, lienem perexiguum, & rotundum, testes spondylii adhaerentes, foemina vulvam ut in avibus, cujus cervix infernè sit magis carnosa, ova proxima septo contineantur, habet. Reperiuntur in Italia copiosi, in insula Capraria magni: in India, prodente Linschotano tam frequentes, ut in lecticas quandoque irrepant. Arabiæ sunt cubitales: in Indiæ verò monte Nyfa xxiv. pedum, in longitudine, colore fulvi, aut puniceï, aut carulei. Incolunt plerumque sepulchra, cavernas, spinetas, & rudera. Genuæ, in arce Principis Doriciæ, plurimos conspeximus apricantes. Vescentur, carnibus, herbis, apibus, formicis. Congrediuntur circa finem Martii, & quandoque, ita complicantur, ut duo capita & unum corpus representare videantur. Post, ova, more serpentum pariunt, & teste Arist. terræ committunt, ex quibus sine incubatu statutis temporibus catuli erumpunt. Ore parere, vel foetus, uno inerte excepto devorare, fabulosum. Abhorrent à ciconiâ, quæ lacertis pullos nutrit, bufonibus scorpionibus, araneis, & serpentibus. Aranei parvos lacertos in foraminibus; parietum, aggressi, filamentis obducunt, & ictibus obruunt. Cum serpentibus præliantur: ideo ophiomes *χάρι* acceperè nomen. Delectantur carnibus cochlearum, dictamno herba, ad quam à serpentibus vulnerati confugiunt; & homine, quem etiam à serpente defendunt. Ori admoti, pituitam humanam avidissimè lingunt. Historias vide ap. Scaliger. citato loco, & Erasmmum in tractatu de sympathia & antipathia. Temporis tractu visum amittere, eundemque iterum seu solis beneficio, in quo tam diu donec convalescant, morari dicuntur, seu beneficio naturæ, recuperare, cujus apud Ælium exemplum; mensibus hybernis sub terra condi, & sic quasi semestrem vitam agere, unde *ἱεραμνίσι* dicuntur, hybernum & autumnale spodium deponere; foemineum sexum majorem esse: compares incedere, & uno capto alterum in capientem efferari; ovorum quæ pepere oblivisci, ut apud Plin. habetur, per medium divisos, propter glutinosum humorem, non perire; imò naturali quodam vinculo coalescere; quòd ex cicatrice colligitur; ad Naturam & mores pertinet. Dicuntur & caudæ sæpius amputatæ renasci. Theocriti interpres exsiccatum in viperam transmutari falso scripsit. Reperiuntur & monstrosi visus quidam, teste Schenckio. In ceti magnitudinem Lutetiæ excrecere. Dantur duab. & tribus caudis instructi, quòd ab ovis dilecythis fortè profi-

ciscitur. Sed & ἀμφοίπυλοι seu bicipites. Amphibænæ iconem, in qua unius cauda conspicitur, hic quoque adjicimus. Quantum ad usum in medicina, divulsa lacerta ictibus scorpionum applicatur: in cibis ad Salamandræ virus à Plin. præbetur. Oleum ex iisdem in oleo suffocatis & percoctis, dissolvendis strumis, cum fimo pecudum inungitur: & ad delendas faciei lentigines commendatur. Crematar. Cinis cum melle Cretico ad oculos. Caliginem adhibetur. Efficacius est, si ex viridibus componatur. Cerebrum insuffulionibus valet. Caput contusum & appositum, seu solum, seu cum aristolochia longa, radice arundinis, & narcissi bulbo, sagittas & spinas tenaciter adhaerentes extrahit. Cor combustum & cum amurcâ mixtum, torporem membro inducit, ut Chirurghi ferrum non sentiat. Sanguis varices succrescere prohibet, si pusionum crura eo diligenter illinantur: in herniis quoque infantum commendatur. Stercus medicamento contra equorum stranguriam miscetur. In urina virili necata, ejus qui fecit, venerem cohibet.

ARTICULUS II.

De Lacerto Viridi & Chalcidico.

Lacertus viridis, à colore ita dicitur, Græcis σαύρα χλωρά & nuperis χλωροσαύρα. Alii Majorem ob magnitudinem vocant. Sylvaticus Ophiomachum, à superandis & impugnantibus serpētibus. Amant isti loca calida: ideo in Italia frequentes apparent, ubi nonnulli, (verba sunt Ambrosini) eos observant multos simul obviam egredientes, quandoquidem tum morbos prælagire affirmant. Æstivo tempore in arboribus morantur, & more ranunculorum viridum vociferantur. Sunt & bicaudati. De Descriptione non adeò sumus solliciti. Icon namque subvenire poterit. Usus est in Medicina singularis. In strumis à Plinio alligatur, & post dies triginta renovatur. Ramices infantum, morsu ejusdem dormientibus applicati, emendantur. Deinde animal arundine transfixum in fumo suspenditur. Vivum cum vino decoctum phthificis jejunis Marcellus exhibet. Oleo decocto faciei lentigines depelluntur, de quo vide Gesnerum. Eodem cum pice liquida, & adipe suillo veteri Hierocles ungulam equorum inungit, ut firmior reddatur. Fumanellus in capillis denigrandis utitur. Pro iisdem regenerandis, composuit Veckerus aliud. Uguentum pro Epilepticis apud Ambrosinum vide. Cinere strumæ exulceratæ curantur. Oculus vivo erutus, quartanariis alligatur, pelli caprinæ involutus. Sanguis attritos hominum & jumentorum pedes sanat, & claves eruit. Ossa Epilepticis profunt, postquam vivus sale optimè in fictili aspersus, eadem carne amissa deposuerit.

(Lacertæ amphibænæ, ibid.)
Usus in Medicinâ.

Plin. H. N. l. 29. c. 6. b. 30. c. 6. & II. Dioscor. M. M. l. 2. c. 58.

Ambrosini. Digit. Ovipar. l. 1. c. 6.

Plin. l. c.



Eydexen


Lacerta



Lacerta



Lacerta Chalcidica flexuosa



Lacertus Biceps




Lacerta Biceps




Lacertq Viridis Liguro Bononiensibus


Lacertq Viridis Cauda bifurca




Lacertus Viridis exiccatus Cauda bifida



Lacertæ et Stelliones



Lacertæ et Stelliones



Lacertus Cyprius Scincoides



Lacerta
Chalcidica. An-
brof. l. 1. c. 7.

Lacerta Chalcidica nomen à Chalco seu ære ; quòd dorsum ejus lineæ æræ percurrant , datum est. Dicitur Hesychio ^{ἑλγας} Bellonio *Samiamithon* , sed malè ut Salmasius docuit. Aliis *Seps* , à putredine , quod caro ad ejus morsum contracto livore putrescat : quibusdam & *Tarantula* , sed perperam. Similis est parvis lacertis , & illius serpentis colore quem Cæciliam dicimus. *Columna* , totam colore æreo refertam observavit. Nicandri scholiastes in Syria , Lybia , & Cypri nasci & inter saxa degere scripsit. More viperæ suos foetus enititur , nisi quòd more aliorum oviparorum in ventre ova gerat. Fabius Columna in Gallicano castro inventum hujusmodi animal interfecit , & in dissecto illius ventre quindecim partus invenit , quorum alii membranâ exuti , alii pellicula diaphana circumdati , conspiciebantur. Galenus dissectum morsui applicat , & cibum falsamentorum præscribit.

Galen. de
med. simp. facul. l. 1. c. 11.

ARTICULUS III.

De Lacertis Indicis.

PUNCTUM I.

De Senembi seu Igvana.

Maregr.
Hist. Bras.
fil. l. 6. c. 11.

Lacertorum Indicorum plures sunt species , inter quas celebres , *Senembi* , *Tejuguacu* , seu *Temapara* , *Taraguira* , *Americima* , *Carapobeba* , *Ameiva* , *Taraguyco* , *Aicuraba* , & *Tejunhana* . Describemus eas verbis ipsius Maregravii . Ita verò de prima iste . *Senembi* , Brasiliensibus , nobis *Iguana* , *Camelion* Lusitanis falsò , & falsissimè Belgis Legyan . Erat longitudo totius animalis , quod hic describo (reperiuntur tamen longe majores ,) ab ore ad extremitatem caudæ , trium pedum & octo digitorum : corporis ambitus vel crassities , decem digitor. ubi maxima . Tota *cutis* elegantur viridis , sed maculis nigricantibus & albis , in modum panni undulati , hinc inde variegata . *Cutis* constat è squamulis , in dorso , cruribus & caudæ initio paulo majoribus , quam in reliquis partibus . *Squamæ* caudæ omnes æquales , non ut Car. Clusius observat . A cervice ad extremam caudam seriem habet planarum , sed mucronatarum instar ferræ , spinarum secundum dorsum longitudinem , etiam virescentis coloris : suntque spinæ istæ ad cervicem majores , semperque minores fiunt , mininæ in extremo caudæ . *Caput* longitudinem habebat duorum digitor. ferè aut paulo minus , singularibus squamis , majoribus quàm in aliis partibus rectum : *colli* longitudo sesquidigiti , crassities quinque . Magnos claros habebat *oculos* nigricantes & binos nares patentes in prona & ferè extremâ capitis parte , singulæ mandibulæ , exiguorum *dentium* , & nigricantium , & bre-

vium numerum habebant , & os *linguam* crassam : Pone caput in utroque latere albicantem maculam instar branchiarum in piscibus sub mento ingluviem ad pectus usque propendentem , maximam partem nigricantis coloris ; quam contrahere potest , & cum irascitur vel terrore afficitur propendere sinit . Ab ore ad ingluviem. in collo inferiori etiam habebat spinas in dorso . Quattuor *Cruribus* erat præditum , & totidem *pedibus* , quorum quisque quinque digitos continebat ; cruraque & pedes squamis tecti ut reliquum corpus . Bina anteriora crura breviora posterioribus & non ita crassâ , longitudo quattuor digitorum aut paulo minus ; *digiti* quinque , & in iis medii breviores , quam medii posteriorum pedum : intimus & extimus digitus binis articulationibus duo illis proximi tribus medius quatuor constabant , omnium *ungues* nigri incurvati & breves instar avium . Posteriora crura longiora & solidiora anterioribus , nimirum longitudo eorum usque ad pedes , eadem quæ crassities colli vel caudæ propè corpus , nimirum quinque digitorum , pedum posteriorum longitudo unius pedis aut amplius : digitorum prior extimus anteriorum digitis extremis æqualis magnitudine & articulationibus duabus sequens hunc tribus tertius quatuor , quartus , qui longissimus , quinque , quintus seu ultimus versus caudam etiam quatuor , æqualis cum tertio longitudinis : ungues ut in anterioribus *Cotyledonum* series nulla ut Clusius aliàs observavit . Saltem postica crura (tam superius quam inferiora) instar humanæ suræ se habebant , priora autem non item : Crassities *caudæ* proxima corpori , erat quinque digitorum , & attenuabatur semper , donec in extremitate planè exilis esset & acuta instar subulæ . Quum mactassem , movebatur adhuc pelle detracta , & cor exemptum subsiliebat . Habebat in utroque latere *ova* ultra decem , quædam cerasi magnitudine , quædam & minora : *pinguendinem* insignem instar gallinarum : in ventriculo insignem copiam fructuum , maxime limonum dulcium : quibus pro cibo erat usus : Comedunt etiam farinam Mandiocæ aquâ madefactam . Diu in ediam tolerare possunt ; habui , inquit Maregr. ad duos aut tres menses sine omni cibo & potu , & denique aufugerunt , ita ut judicem sine dubio famem diutius ferre posse . Caro boni est saporis , cocta & diu frixa butyro , & æquè bene sapit ac caro pullorum & cuniculorum . 28. Maij 1640. mactavi & secui unum , pinguedinem habentem multam instar gallinæ . Partes internas , cor , pulmones , jecur , vesiculam fellis , renes , vesicam , genitalia vasâ , habet ut alia animalia : amplum jecur ; duplicem ventriculum , unum anteriorem , in quem cibum prius recipit , hinc intestinū habet minimi degiri crassitie , ac

ac decem circiter digitos longum, cui annectitur alter ventriculus, ubi cibus planè concoquitur, hinc cætera intestina usque ad rectum. In anteriori ventriculo magnam copiam farinæ Mandiocæ & Milii Angolensis crudi habebat: Posterior, major, totus semicocto cibo plenus erat, cui multi vermiculi vivi instar eorum qui in caseo generantur, inhærebant. Intestinum ultimum s. rectum stercus continebat. Detracta pelle toti animali, & cauda amputata, hæc adhuc movebatur. Vivax animal, nec si quinque aut sex ictus in capite acceperit, moritur, nisi cervix cultro influcto vulneretur, tunc cum sanguine vitam effundit. Caudæ caro, meris fibris & nervis constat. Mense Decembri 1641. vidi eximi lapidem è ventriculo Senembi, ovi gallinæ mediocris magnitudine & figura, sed compressiorem paulo: exterius glabrum, albicantem, interius compositum è tunicis instar Cepæ, ita ut una ab altera separari posset lapide contuso. Coloris erat interius albicantis s. grysei, duræ substantiæ ut Bezoar. Capiuntur fune, nam arboribus insidere solent, quod Brasilienses, fusti longo adaptabant funem, hoc videns animal, miratur, nec tamen se movet, sed tunc se illaqueari finit, & ita capitur, alias currit velocissimè. Juniores toti sunt viridis coloris, grandiores ætate, variegati fiunt, & cinerei: senes enim ut plurimum sunt fusci vel cinerei coloris. Fr. Ximenes scribit, in capite hujus animantis interdum reperiri lapillos, qui præsentissimo remedio lapides renum comminuunt & dejiciunt, drachmæ pondere è liquore idoneo hausti, aut etiam corpori alligati. An autem qui in ventriculo reperiuntur aliquando eis, dum viribus polleant, mihi non constat, periculum posset capi sine ullo, meo judicio, discrimine.

PUNCTUM II.

De *Tejugvacu*, *Taraguirã*,
& *Americima*.

Marc-gra. Hist. Brasil. 1. 6. c. 11.

T*ejugvacu* & *Temapara* Tupinambis; Lacertus egregius: corporis figura, capitæ, oculorum, oris, pedum, caudæ, convenit cum Senembi; in hoc autem differt. Primo totius corporis color est niger, elegantissimis maculis albis inspersis variegatus, & versus extremam caudam, sed quasi aculeos habet albos. Secundo cauda crassior in exortu. Tertio caret illis dentatis aculeis per dorfi longitudinem. Quarto in pedibus posterioribus exterior digitus paulo remotior est à reliquis, & brevior. Quinto, linguam habet bifidam longam, rubram, glabram, quam velocissimè instar serpentis, ad digiti longitudinem protrudit & retrahit. Nullam edit vocem:

patiens est, libenter vescitur ovis, quæ cruda sorbet. Inediæ patientissimum animal: detinebam alligatum, sed cum se vinculis absolvisset, liberum permisi (verba sunt Maregravii) per cubiculum currere, & interdum dedi haustum aquæ è vitro bibendum, ita adhuc obambulat quando sitit, alias toto die in angulo suo ordinario sedet. Libenter incumbit cineribus calidis: Vigesimo Martii quispiam partem caudæ calcando detraxerat; postea tamen de novo ad duos digitos crevit; primo Julii moriebatur inedia planè tabidus factus, septem enim mensium spacio nihil comederat, tantum aliquando haustum aquæ sumpserat lambendo. Caro ejus comeditur. *Taraguirã* Brasiliensibus; Lacertus in & propè domos, in hortis & ubique frequens: Longitudo ejus circiter pedalis: (quanquam reperiantur & minores) *Corpus* habet teres, totum squamulis triangularibus cinereis seu leucophæis tectum. Caret *ingluvie* sub mento; *dorsum* æquale: nutant velocissimè capite quando aliquid vident & celerrime currunt motando corpus. Si videant hominem dormientem cui serpens veneatus, aut aliud venenatum animal lædendi causa appropinquat, illum excitant ne lædatur. *Coire* volens mas leni morfu apprehendit scemellæ cervicem, paulo post ad latus se inclinat, & scemina propriam caudam sursum levando admittit marem, qui pedibus complectitur corpus ejus à tergo. *Americima* Brasiliensibus: Lacertulus tres digitos longus & pennam olorinam crassus, ubi crassissimus: crura & pedes similis figuræ & tot digitis, ut Senembi. *Ocellos* habet nigros: *corpus* autem fere quadratum videtur. Totum *dorsum* squamulis vestitur leucophæis, latera autem fusci; *caput* iridem & crura, cauda vero cæruleis: omnes autem splendent, & ad tactum apprimè sunt læves. *digiti* in pedibus instar setarum porcinarum. Venenosum est animal ut Lusitani affirmant, & cupidum ex fugendi sanguinem ex gravidis mulieribus. Referunt sceminam semel tactam ab hoc lacerto, vel solum ejus indumentum, nunquam postea concipere.

Marc-grav. 1. c.


PUNCTUM III.

De *Caropopeba*, *Ameiva*, *Taraguycu*, *Aycuraba*, &
Tejunhanã.

C*aropopeba* Brasiliensibus; Lacertulus tres, quatuor vel quinque digitos longus, venenatus. Figura corporis est ut reliquorum. Quatuor cruribus & pedibus: in anterioribus quinque, in posterioribus quatuor habet digitos. *Corpus* totum hepatici est coloris, cum albis notulis, in cauda autem albis lineolis, hinc inde etiam aliquantum flavi mix-



Marc-grav. Hist. Brasil. 1. 6. c. 12.

Teiuhana Brasiliensibus




Americima Brasiliensibq


Lacertus Tarantula quibusdam



Teinguacu et Temapara Tupinambis




Senembi Brasiliensibus




Lacertus aquaticus wasser Eydex



Lacertus Viridis Grune Eydex



Salmandra Molch Moll



Salmandra aquatica Wasser molch



Salmandra alia aquatilis Minor prone



Salmandra Terrestris Veranig Maculis Luteis distincta




Salmandra Aquatica



Salmandra Aquatica prona





mixtum; *Oculos* habet splendentes, & quasi vitreos. *Ameiva* Brasiliensibus & Tubinambis; alia species Lacertorum & superius descriptæ Taraguiræ per omnia similis, excepto quod caudam furcatam habeat, id est, desinentem in duo cornua recta. *Taraguirico* (*Aycuraba* Brasiliensibus, Taraguiræ alia species, superiori item similis, excepto quod cauda ab initio ubique habet triangulatas squamas parvulas: *Caudæ* extremitas planis squamulis tecta est, & præterea quatuor maculis fuscis, *dorsum* & præcipue post caput undatum maculis variis fuscis. *Tejunhana* Brasiliensibus; Lacertulus est minimum digitum crassus; *capite* acuminato ut Senembi; *oculis* nigris, circello aureo: *crura* habet quatuor ut Senembi; Longitudo ejus ad posteriora crura & trium digitorum; *caudæ* longitudo sex digitorum & semis: estque cauda teres & instar aviculæ in extremitate acuminata. *Capitulum* tegitur squamosa cute; *dorsum*, latera & crura superiore latere cute vestiuntur ad tactum molli instar holoserici; *cauda* autem squamulis quadratis constat minusculis: guttur & infimus venter itidem squamulis quadratis teguntur, majusculis, capitis testa fuscescit: *Dorsum* & latera superius fusca, vel potius tribus lineis dilutæ umbræ coloris, & aliquot undis ejuscemodi variegatur: latera in ferius viridia, superiora autem in fusco linea notat viridis secundum longitudinem, à capite ad crura usque posteriora: itemque alia linea viridis est, ubi fuscum & viride separantur: Inter duas autem lineas ordo est punctorum viridium in fusco; & sub inferiori linea viridi series est punctulorum nigrorum in viridi. *Crura* etiam in lateribus superioribus obscure flavi seu cerei obsoleti sunt coloris, variegata maculis parvis fuscis. In inferioribus lateribus sunt alba. Cauda quoque superius coloris, cerei obsoleti, inferius cerei cum albo mixti. *Caput* inferius, guttur & infimus venter, candidi sunt coloris, sanguineis notis variegati. Bifidam habet linguam.

CAPUT III.

De Salamandra.

Salamandra, unde nomen sortita sit, incertum est. Nam dici vel quasi valincendram, quod contra incendium valeat, ut Isidorus vult: vel quasi sola amans sit *πυρῶς*, id est ignis; vel quod *σαλαμάνδραν* id est quieta latibulum teneat; aut quod *σαλαμάνδρα* dicatur, id est inter spacia inania caularum & speluncarum stabulans; aut denique quod *σίνα μαία δρυῶν*, id est, splendorum laxet & pellat, ridiculum nimis est. A Saanbras vel Samabras Arabico dici, verisimile est etsi incertum. Plinius animal stellatum nominavit: Ætius Lacertam venenariam.

Duæ ipsius sunt species. Alia enim est *Terrestris*, *Aquatica* alia. Illa lacerto viridi est similis, caput & ventrem, quæ crassiora, si excipias. Breviorem habet caudam, colorem nigrum maculis luteis inquinatum, sed quâdam lævitate pelucidum. Gesnerus unam in Alpibus invenit, totam fuscam, absque splendore, caudâ brevi, succus lacteus à percussâ dimanabat. Matthiolus in quibusdam Germaniæ sylvis, dorso nigerrimas, ventre rubentes observavit. Vitriacus ei caudam longam & tortuosam, ungues aduncos & hamatos adscribit. Nicander *κατὰ τὴν οὐρανὸν* quod splendida, renitente, & quasi pingui delibuta cute sit, vocavit. *Loca* frigida, humida, & opaca incolunt. In Germania multæ simul quandoque conglobatæ inveniuntur. In agro Tridentino & potissimum in valle Ananiensi conspiciuntur frequenter. Sunt qui ore aërem haurire credunt. Alii favos, apes, & lac appetere: idè alvearia & vacas infestare scribunt. Nihil gignere, reliquit Plinius; nec genus masculinum fœminumve habere. At Bellonius vidit multos fœtus sine involucre enixam. Procreat scilicet intus ova, in quibus fœtus ad perfectam maturitatem nutriuntur. Quantum ad *Naturam*, an in igne vivat, vel eundem extinguat, in Exercitationibus, DEO volente, disquiretur. Lacteum succum percussam fundere, superius diximus. Cœlo pluvio apparet, idè visâ, tempestatem rustici præfagiunt. Nec æstate, nec hyeme conspicitur. Tardè incedit. In Cumana, gallinarum instar gracillare, Cardanus prodidit. Si viva gladio in duas partes secetur, pars anterior progreditur, posterior retrocedit. Instinctu quodam naturali ranas & testudines odio prosequitur, cumque illis acerrimè dimicat. Venenatam esse compertum. Integras familias periisse tradunt, quæ aquas in quas Salamandra ceciderat, biberant. Sed & fructus salivâ oris ejus aspersi, lethales creduntur. Plinius dente Salamandræ percussam, obire scribit. Ejusdem, Nicander, Ætius, & Abensina meminere. Ubi semel partio dentem inflexit, nunquam extrahere, si avellatur, lethale esse, quidam Gesnero narravere. At ipse, duas quas domi habuit, nunquam os ad mordendum, diduxisse, etsi irritatas, scribit. Nec audivisse quempiam à Salamandra in Germania morsum. In Galliis tamen morsus lethalis est: & Rethi, ab eadem læsum, tot Medicis indigere, quot maculas bestia habet, proverbio jactant. *Saliva* Medici inter psilothra utuntur. Kiranides cor pelli nigræ involutum, contra quartanam de brachio suspendit. Quæ de Zona ex pelle, & aliis contra incendia sparguntur, quia absurda hypothesi, ignem nempe extinguere, nituntur, falsa quoque sunt. *Aquatica Salamandra*, aliis *Lacertus aquaticus*, Bellonio *Cordulus*,

Terrestris. Descriptio.

Locus.

Vitus.

Generatio. Plin. H. N. l. 10. c. 68. Bellon. obs. l. 3.

Natura.

Cardan. derer. variet. l. 7. c. 33.

Plin. H. N. l. 29. c. 4.

Usus.

Aquatica. Ambros. l. 1. de Digit. Ovipar. c. 9.

Ambros. de Digit. Ovip. l. c. 8. Nomen.

Monachis qui in Mesuen commentati sunt, *Sincus aquæ*, cum lata caudâ dicitur. *Quadruplex* ipsarum genus est. Unum cum caudâ, figuræ rhombi, quam Ambrosini, ad distinctionem dicimus. *Linguam* habet brevissimam & latiusculam: dentes exiles, ut visum effugiant. *Caudam* in medio crassiusculam, quæ prona & supina ad instar figuræ rhombi contrahitur: *Pedes* anteriores in quatuor, posteriores in quinque digitos fissos: *Cor* spongiosum, quod dextro lateri incumbit: cujus auricula sinistra majorem pericardii partem occupat: *lienem* subrubrum: *renes* spongiosos: *hepar* nigerrimum. *Ova* magnitudine pisii in bicorni utero ordine quodam digesta gerit, ex quibus postmodum vivi fetus erumpunt. Bellonius ei tergo tuberculis horridum adscribit; Agricola colorem cinereum, vel in cinereo fuscum. Hæc, quam Gesnerus secuit, longitudine erat septem digitorum, colore nigra cum punctis albis in ventre: reliquum corpus nigrum punctis concoloribus asperum; *Alterum* genus est quoque *duplex*, unum majus, semicirculis in dorso albicantibus distinctum: alterum minus. Quartum est *Matthioli*, Utinensibus frequentissimum, capite terrestribus rotundiore & brevior, caudâ anguillarum modo, dorso nigro luteis maculis insignito. Lacunis opacis & pingui solo fitis delectantur, aquis inprimis, in quibus limus albus est. Ibi sub petris hærent, & rarò ad superficiem veniunt. In vas aqua plenum conjecta à Gesnero quædam os proferebat. Lento gradu in terra progrediuntur, & ora tenaciter claudunt, nec aperiunt, nisi violenter expresseris. In sal conjectæ caudam movent, & moriuntur. Verberatæ diu vivunt. Pellis adeò dura, ut gladio resistat. Ex vulneribus lactea sanies prodit. Irritatæ, intumescunt; & in pedes erectæ sudorem virulentum effundunt, lacescentemque in tuentur. Sues si aliquam comederint, moriuntur.

Agricola de animal. subterraneis.

CAPUT IV.

De Stellione.

Ambrosini de Digit. Ovip. l. 1. c. 10. Nomen.

STellio inter genera lacertorum quoque sponitur: nomenque ex eo habet, vel quòd maculis, vel quòd eminentiis instar stellarum distinctus sit. Ideo quidam *Lacertam stellarem* dicunt: vel quòd venenum cibo stillat. Græcis dicitur, *δοκιδότος*, seu *δοκιδότος*, fortè *παρὰ τὸ δοκιδότος* *βυλγιν*, à molli & tacito gressu: vel quasi *καλοδοτός*, quòd artibus suis innixus, per parietes reparat. Unde & *Xylobates* à Kiranide vocatur: tum *γαλοδοτός*, quòd more mustelæ, quæ *γαλὶ* clanculum per quodcumque ascendat: tum *καλοδοτός*. Modernis Græcis est *λακίον*, *Σαρμάριον*, & *Φαρμάριον*. Non ausim tamen quicquam certi dicere. Genera stellionum sunt varia. *Stellio Grecorum* quem Coloten & Asca-

Differentie. Plin. H. N. l. 29. c. 5.

laboten dicunt, lentiginosus est, & stridoris acerbi, omnibusque promiscuè vescitur. *Stellio Italorum* Chamæleonum naturam quodammodo imitatur, rore & araneis vescitur, & venenatus esse fertur, ut ille innocuus. Ad Stelliones referri possunt, *bestiola alba*, pusillis lacertis similes, lucido & fragili corpore, ut Gesnero oculatus testis retulit, quæ in agro Romano, Hermolao prodente, reperiuntur, & *Tarantula* nomine veniunt. Sed & *lacertus parvus* coloris lucidi & argentei, quem Græci *λακίον* vocant. Bellonius in Gazara stellionem se observasse scribit, colore nigro, magnitudine mustelæ, crasso capite & tumidâ alvo. An verò Stelliones magnitudine & figurâ accedant, ad illos lacertes virides majores, quos vulgus apud Italos *ramatos* vel *Ligures* vocat; alibi dicitur. Hic *Stelliones Matthioli*, & *Lacertum facetanum*, qui Tarantula quibusdam, in iconibus exhibemus. In Germania, Gallia, & Anglia non dantur. In Thracia, Sicilia, & Syria, vagantur. Ibi lethales sunt magis quàm in Italia: hic, in caminis commorantur. Plinius in angulis ostiorum & fenestrarum libenter stabulari scripsit, qui etiam prodidit, genus illud quòd scorpionibus adversatur, in Italia non nasci: ibidem venenatos esse, reliquit Aristoteles. De *Natura* notandum, mensibus hybernis latere, nec quicquam edere, & latere in angulis ostiorum, fenestrarum, & speluncarum: anguis modo senectutem exuere, eamque protinus devorare; præripientes, comitali morbo remedia: dolosè apibus insidiari: araneos & scorpiones persequi: rarò mordere, cum dentes obliquos habeat, quos in vulnere relinquunt, morsu denique hominem stupidum reddere, & raro interimere. Invenere in *Medicina* usum. *Caro* furculos corpori humano infixos extrahit. Ipse mor sui proprio medetur, & in oleo putrefactus, scorpionum ictus sanat. In quartanis, Magi capsulis inclusum, capiti patientis subjiciunt, & in fine paroxysmi dimittunt. De *Cinere* prodit Plinius, sinistra manu detentum, Venem excitare; in dextram translatum, inhibere. *Partes* somnum inducere, & stuporem membris conciliare, creduntur. *Hepar* tritum odontalgiam, si superspergatur, tollit. *Stercus* tritum verrucas delet. *Senecta* in epilepsia maximè prodest. In vino suffocatus, maculas in facie generat, si vinum bibatur. *Fel* in aquâ dissolutum, mustelas congregare dicitur.

Plin. H. N. l. 11. c. 26.

Bellon. observ. n. 79.

Locus.

Plin. H. N. l. 8. c. 31.

Aristot. H. A. l. 8. c. 29. *Natura*. Plin. H. N. l. 8. c. 31.

Ufus.

CAPUT V.

De Scinco.

Quem Latini *Scincum* vocant, hic Græcis *σκίγγος*, & *σκίγος*, seu à Tinsa Arabum, quo nomine Scincum Abensina vocat, seu aliunde. Dioscorides *Crocodilum*

Ambrosini de Digit. Ovip. l. 1. c. 12. Nomen.

ter-

terrestrem vocat, Bellonius *Crocodilum minore*, vel quòd Crocodilo sit similis; vel quòd crocum timeat. *Descriptionem* si spectes, quadrupes est magnitudine lacerti viridis, aut Salamandræ, ut Bellonius scribit; pollicis crassitiem & longitudinem quadrantem non excedens, caudâ rotunda & squamosâ. Renodeus animal quadrupes esse ponit, *squamis* exiguis, frequentibus, & subluteis, *capite* longo; vix colli crassitiem superante, *ventre* quadantenus alato, *caudâ* rotunda lacertarum ritu, sed brevior, & ad finem incurva. A capite ad caudam discurret linea. Gesnerus vidit digitis quinque cum unguiculis instructum, latitudine sesquipollicis, longitudine duorum palmorum. Vidit & alius sex palmares. Constantinopoli. In Arabia tantum nasci prodidit Abensina: circa Mecham vagari, Bellunensis. Versantur circa Nilum, & inde ad nos per Alexandriam & Venetias deferuntur. In veniuntur & in locis mari rubro vicinis. *Vicitant* odoratus floribus: idè non est mirum talem simum excernere. In sicco *pariunt*, & ova terræ gremio committunt. *Ufus.* Caro scincorum magnis antidotis miscetur, unde quædam contra venena, *Diascincor* appellatur. Rhasis, animal ipsum, supra pusionem metu somniorum laborantem, cum fructu suspendit. Pulverizatus, ad excitandam Venerem drachmæ unius pondere exhibetur. Eadem caro elephantibus in India exhibetur, & corpora pinguefacit. *Cor* in lana ovis nigræ, primo partu genitæ portatum, quartanas abigere creditur. *Fel* cum melle mixtum, in suffusionibus decantatum est. *Renes* sperma augent. *Sanguis* cum borrace illitus faciei maculas delet. *Pinguedo* dolorem renum expellit. *Pellis* ustæ cinis super partes secandas spargitur, ne dolorem sentiant. *Ægineta* unguentum *Entaticon* componit, quod caudæ Scincorum ingrediuntur. Ex *intestinis* suffitus paratur, qui hysteris vehementer conducit. Ex *stercore* medicamentum antepilepticum à Serapione componitur. Idem in extergendis oculorum maculis Plinius vehementer laudat. Optimum autem est, candidissimum, friabile, & quòd in aqua amplius instar citò liquefcit. Ex eodem, ad faciem erugandam, unguentum meretrices parabant. Dum teritur veteris fermenti aciditatem spirat. Olim stercore sternorum qui oryza alebantur, adulterabatur. De *Differentiis* hæc habe. Maximos Indicum & Arabicum, secundum Plinium esse. In India bestiam nasci scinco specie similem, canis Melitensis magnitudine, cujus pellis asperis squamis patet, quam Indi Phatagenem dicunt, eandem fortè cum Caudiverbera. In *Cypro* lacertæ speciem magnam nasci, scincum omnibus notis referentem, cujus imaginem hic exhibemus. In *lacu* denique *Vi-*

centino, scincos ab aliis diversos haberi, sed qui ad Salamandras potius referri debent. Ad easdem pertinet & *Scincus Rhasis*, cauda non rotunda, sed circum latera compressa.

C A P U T V I .

De *Cordylo* quadrupede, & aliis quibusdam lacertis.

DE *Cordylo* hæc Ambrosinus habet. Hæc lacertæ species Cordyli nomine fortassis insignitur, quoniam Cordyli piscis figuram aliqua ex parte repræsentet. Alioquin à nonnullis recentioribus *crocodilus terrestris* appellatur, cum tamen Scincus verus, Crocodilus terrestris Antiquorum fuerit. Nuperi quidam hoc animal *caudiverberam* nominant, quoniam continua caudæ agitatione diverberet. Græci ad imitationem latini vocabuli *Uromastigen* dicerent. Bellonius prædictam lacertæ speciem depingit, & crocodilum terrestrem nuncupat, quoniam primo aspectu crocodilo Nilotico assimilatur. Verum postea ab ipso discrepare asseverat: quia hoc animal caudam in modum clavæ tuberculis eminentioribus asperam gerat. Quapropter corpora quibus appropinquat, atrocissimè diverberare dicitur. Hinc caudi verberæ nomen sibi vindicavit. An verò habeat branchias, quemadmodum scribit Bellonius, & confirmat Rondeletius, non facile potest exponi. Siquidem in exuviis hujus bestię, quæ in publico Musæo adhuc servantur, duo tantum foramina secus rictum observantur. Quarum meminit Bouffuetus his carminibus:

*Cordylus effigie hic talis depingitur ipsa
Qualis, & in terris, & ferè degit aquis.
Inter quadrupedes rimam unam, sive foramen
Postoris rictum (respice) solus habet.*

An verò istæ rimæ, vel foramina sint illa, quæ sub branchiis esse solent, aliis considerandum relinquimus, & ad clariorem hujus animalis descriptionem accedemus. Thomas enim Erastus Helvetius Medicus & Philosophus insignis describit hoc animal crocodilo simile, minus tamen, & inferius *labrum* movens, figura *capitis*, & *oris* testudini respondens, cum brevi collo, & in parte inferiori tumido. *Pedes* habet quatuor quinque digitis more lacertarum distinctas. Reliquum corpus non squamigerum, sed pelle duriuscula, instar corii serpentis vestitum, *cauda* illi in est rotunda, in circulos quosdam squamatim divisa, modo feræ inexplicabili. *Squamæ* sunt durissimæ, videnturque ossæ, & quasi quadrangulæ, cavæ parum sunt, ut caudam rotundam efficiant. Alioquin tanquam tegulæ, quæ domorum culmina cooperiunt, simul junguntur, extermitas cujuslibet squamæ in spinam acutissimam definit. Amplius tales *squamæ* pellucidæ,

Ambrosinus de Digt. Ovip. l. 1. c. 12.

flavescentes seu pallentes instar cornu videntur. *Venter* hujus animantis magis quam in crocodilo tumescit. *Tergus* denique latum, & quodammodo planum est, ut in iconelictet conspicari. Quid si hoc animal *phatages Indicus* sit *Aeliani*? hic enim author prodidit in Regionibus Indicis nasci bestiam, crocodili terrestri speciem gerentem, cujus pellem asperam ad disseandum adhibent.

CAPUT VII.

De Chamaleonte.

DE Chamaleontis ethymo, quæ vox parvum leonem significat, nihil occurrit, præter hoc, ridiculum nimis esse *Isidorum*, qui à camelo & leone deducit: & recentiores *Barbaros*, *Gamaleontem*, *Zamaleonem*, *Hamaleonem*, & *Maleonem* eundem vocare. In *Descriptione* variant authores, tam antiqui quàm recentiores. *Plinium* si sequimur, figurâ & magnitudine esset lacertæ, nisi *crura* essent erecta & excelsiora. *Latera* ventri junguntur, ut piscibus, & spina simili modo. Eminent *rostrum*, ut in porco, haud absimile suillo; *cauda* prælonga in tenuitatem desinens, & implicans se viperinis orbibus; *ungues* adunci; *corpus* asperum ceu crocodilo; *oculi* in recessu cavo, tenui discrimine prægrandes, & corpori concolores. *Caro* in capite & maxillis & ad commissuram caudæ admodum exigua, nec alibi toto corpore. *Sanguis* in corde & circa oculos tantum. *Viscera* sine splene. Idem ferè apud *Aristotelem* invenies. *Theophrastus* addit, parum abesse quin pulmo totum corpus impleat. *Aristoteles* verò, lacertam planè representare, & rostrum simiæ porcariæ habere. *Ambrosinus* ita hoc animal descripsit. Primitus, inquit, si caput meditemur, à medio capite retrorsum ossæ pars triquetra eminent, reliqua pars antrorsum colligitur cava, & quasi canaliculata, eminentibus utrinque ossæ marginibus asperis, & leviter serratis. *Oculi* in cavo recessu prægrandes, & colori concolores conduntur, cujus pupilla non movetur, sed animal totius oculi motu circumspicit, ore semper hiante, linguam habet longam & terrestri lumbrico similem, in cujus extremitate spongiosus quidam & glutinosus nodus existit. Ideò *Johannes Laudius* (referente *Scaligero*) huic animali assignat linguam palmi longitudine, & quid tanquam acetabulum in summa ipsius parte cum muco, quo prædam citò tollit. *Dentium*, & *gingivarum* loco, os quoddam continuum, & serratum habet: nec non superius labium brevius. *Gula* atque *arteria* ex mente *Aristotelis* in eodem situ ut in lacerta est. *Pulmo* in comparatione ad molem corporis illi, inest maximus. *Cor* habet magnitudine cordis muris domestici; *hepatis* lobos duos, quorum sinister est major: *solli-*

culus fellis, granum hordeaceum æmulans, sinistro jecoris labo adhæret. Denique *intestina* omnia interaneis lacertæ similia esse prodit *Aristoteles*. *Crura* postea illi insunt recta & longiora, quam lacertæ, quamvis inflexus sit similis. Demum pedes anteriores à posterioribus valdè discrepantes Natura huic animali concessit. Etenim teste *Bellonio*, priores pedes ternos digitos intra, binos extra, posteriores verò ternos extra & binos extra possident. Itaque ex *Gesnero* longitudo hujus animalis à summo rostro ad initium caudæ septem, vel octo digitorum est. Altitudo digitorum quinque, medius locus inter imum ventrem, & summum dorsus flexus costarum continet circiter, sexdecim. Et demum maculis distinctus ut pardus conspicitur. At paulò aliter de quibusdam *Gassendus*. Sunt enim secundum hunc *Chamæleoni dentes* eleganter dispositi. Unicum *intestinum* non circumvolutionibus sed curvaturis solum productum. *Excrementum* satis liquidum, nisi quâ parte ad anum accedit. *Hepar* bifidum, & ex gibba parte quidem sanguinem in cor auriculatum infundens, at non superflite ascendente descendenteve caudice venæ: quippe aliunde non porta modò nuncupata, in intestinum; sed venæ quoque aliæ, ad cæteras partes directè procedunt. *Pulmo* inflatus, abiit, inquit, in membranam tenuissimam, toti animali ambitu æqualem. In *imo ventre* nullum peritonæum, sed membrana solum partes dextras à sinistris dirimens. Non item *lien*, non *vesica*, non *renes*, sed carunculæ solum observatæ sunt, quæ genitalia fortè fuerunt. *Lingua* est pedalis propè longitudinis. Habentur in Asia, Africa, India, & Madagascar insula. *Cari hortorum* sepibus ad Nili ripas insident. Per solum rarò vagantur, quòd sibi à cerastis & viperis metuant. *Bellonius* in fruticibus *Rhamni* plurimos conspexit. Aère vititare credidere veteres: muscas, locustas, erucas, scarabæos vorare, observatum à recentioribus; à *Peirescio*, vermiculis qui ex farinaceis matris colliguntur, vehementer delectari. *Lingua* ut promuscide utuntur, quam jaculi instar evibrant, & tantâ quidem celeritate, ut penè visus aciem effugiat. Id præstatur, addit *Gassendus*, beneficio ossiculi, quod bifurcatione quadam implantatur utrinque ad extremas fauces, & cætera teres secundum oris longitudinem, deservit implicandæ explicandæque linguæ; cavæ scilicet, intestini instar, nisi quòd in summo caruncula est, nonnihil viscida; ut prædam corripit. In foemina una ex illis octo quas *Peirescius* aluit, ut formationem eruptionemque observaret, fuere ova intra membranulam supra centum, quorum nonnulla extitere magnitudine nuclei olivæ, in quibus visum luteum solum, nihil vero albuminis; cum tamen parva viderentur quan-

Ambrosin. de Digit. quadruped. l. 1. c. 14. Nomen.

Descriptio. Plin. H. N. l. 8. c. 33.

Aristot. H. A. l. 2. c. 11. Theophrast. de mutan. tib. colorum.


Gassend. in vita Peirescii l. 5. p. 325.

Locus.


Bellon. observ. l. 2. c. 34. Cibus. Plin. H. N. l. 8. c. 33.

Generatio.


Stelliones ex Matthiolo




Stern Eydex



Frembd Eydex




Scincus




Candulus



Lacertus Indicus Cordijlo Similis



Cordylus sue Vromastix



Chamaeleon niger




Chamelon Varius






Chamaeleon Cinerens Verus



Chamaeleon



Crocodilus

Crocodijll



Laudiuersch



Antipathia.

quandam lactis speciem referre. Inimicitias gerunt cum accipitre, corvo, elephante, & viperis. Accipiter degustata chamæleontis carne interire creditur. Idem corvo accidit, nisi se lauri foliis muniat. Ab Elephante frondibus concolorem deglutiri fabulatur Solinus, & cum dispendio vitæ, nisi statim oleastro sibi medeatur. Metu viperarum & serpentum, in fruticibus & arboribus degit. Saliva ejus ab ore in caput serpentis demissa, ob viscositatem filii instat, eundem interimit. Circa caprificos ferum, innoxium alioqui Plinius facit. Naturam & quædam alia si attendas, nunquamos aperit, inquit Plinius, sed totius oculi versione circumspicit. Ipse cæcus, hianti semper ore. Defuncto pallor est. Hybernis mensibus latet ut lacertæ. Coloris natura mirabilior. Mutat namque eum subinde & oculis, & cauda, & toto corpore, redditque semper quemcunque proxime attingit, præter rubrum candidumque. De pallore, idem Ambrosinus affirmat, & quidem experientiæ innixus. De coloris mutatione addit, & candidum recipere, adducto viri nobilis testimonio, qui sudario seu mucchio inclusum, ideò periisse putabat, quod ejusdem albedinem mentiretur. At Peiresci Chamæleontes, rerum objectarum colores non induebant. Seu virides, seu cinerei sint, inquit Gassendus, atrorèm solem quandam subeunt, quâ parte ad solem aut ignem obvertuntur. Id rarum & admirabile; non moveri oculos Chamæleonis conjugatos, sed uno aliquorsum spectante, reliquum vel stare immotum, vel in aliam partem deflecti. Deflectuntur quoque versum, propter quatuor trochleolas, nullâ ostentata distinctione iridis, sed solâ pupilla, ad quam cornea undique (eum sit ut corpus reliquum radiata, variegata, granulata) terminatur. Incolis Cochinchinæ in cibis esse author relationis illius prodidit. Multi simul colligati venduntur; empti, in ignem conjiciuntur, eidemque ita, vinculo adusto reluctantur, ut incedere conentur: tandem superati torrentur. Pelle abrasâ, caro candidissima remanet, quæ in liquore butyro nostro simili coquitur. Habet & in Medicina usum. Ad epilepsiam profligandam Trallianus eum in fictili novo cum oleo decoquit, donec tabescat. Ad podagram verò depellendam, unguentum mirabile componit quod apud ipsum vide. Arnoldus Villanovanus linguâ super obliuiosum suspensâ, memoriam reddit. Alii ad evitanda puerperii pericula, eandem alligant. Marcellus hypochymata felle tollit. Cor Plinius contra quartanam in lana nigra primæ tonsuræ involvit. Decoctum Chamæleontis viridi colore in balneo aspersos inficere: caput & guttur, lignis quernis adusta, imbres & tonitrua ciere; linguâ cum radice herbæ chamæleontis & cynoglossæ homines obmutescere cogi; hepar amatoria

Plin. H. N. l. 8. c. 33. Natura. Plin. l. c. & l. 28. c. 8.

Gassend. l. c.

Usus in Cibis.

Usus in Medicina.

dissolvere, intestina & excrementa cum simiarum urina mista, odium hominibus conciliare, si januis illinantur; armum dextrum ad hostes superandos valere; Democriti apud Plinium sunt ineptiæ. Integrum enim de eo scripsit librum. Palamque est, addit Plinius, virum aliàs sagacem & vitæ utilissimum, nimio juvandi mortales studio prolapsus. Quantum ad Differentias, Bellonius varias ejus species observavit. Pallentes in Ægypto, in Arabia prædictis multo minores, colorisque diversi. Albicantes erant, subfulvi, & rubentibus maculis distincti. Nos hic pallidi, nigri & varii icones damus.

Plin. H. N. l. 28. c. 8.

Differentia.

CAPUT VIII.

De Crocodilo.

DE Crocodilo hic agimus, quia ad lacertorum genus refertur, & Palladius hanc bestiam, generis vocabulo lacertum appellat. Græcis dicitur *κροκόδειλος* & quandoque *κροκόδειλος* à quibus & Latini sumserunt: sine dubio, *κροκόδειλος* quòd littora timeat. Græcis tumidus. Hefychius *κρόκος*, & *δεδειγμένος*, vocat. Ægyptii *χρυσίαν*, vel *χαμψάν*, à quo Turcarum Kimfac, quod eidem indidere. Lexicon Ægyptiacum Kircheri habet *πιχαρούαι*. Statio est fera Pharia, Alberto Tenchea. In Arfinoitica præfectura, teste Strabone, dicebatur Suchus: Indis Cayman. Lacertæ figuram repræsentat. Croceo est colore, ventrem si excipias, qui subalbidus. Corium sub ventre molle, ut facilè fauciari possit, in reliquis partibus tam durum, ut ne bombardæ manuarie globo cedat. Visus ad viginti quinque, imò viginti sex cubitos excrevisse. Ille ætate Psammetichi, teste Plutarcho; hic, Amasidis, prodente Æliano. Circa urbem Panamam, ultra centum pedes in longitudinem crescunt. Caput habet latum, rostrum suillum, rictum oris usque ad locum aurium productum, Oculos præduros & suillis similes, ut Albertus prodidit. Palpebram inferiorem sine ulla nictatione. Dentium series pectinatim stipatur, & quidem magnorum, albicantium, robustissimorum. Sexaginta post Ælianium Gesnerus numeravit. Plures superiorem maxillam munientes dorsum prominent, ita ut ore etiam clauso conspiciantur. Lingua quia indiscreta, non mirum Plinium post Diodorum Siculum scripsisse, Unum hoc animal terrestre lingue usu caret. Unum superiore mobili maxillâ. Lien est parvus. Testes internis lumbis adherent. Spina sexaginta vertebrae quas totidem nervi colligant, constat. Crura cum pedibus acutissimis unguibus armatis in latera parum flectuntur. Cauda longitudine reliquum corpus æquat. Gesnerus in ea pinnam per septem digitos ad postremam usque partem

Nomen.

Kircher. P. 172. Linguae Ægyptiæ restituta. Descriptio. Arist. H. A. l. 2. c. ult.

Ælian. H. A. l. 17. c. 6.

Plin. H. N. l. 8. c. 25.

Ælian. H. A. l. 10. c. 21.

Arist. H. A. l. 1. c. 10.

Arist. H. A. l. 3. c. 1.

Plin. H.
N. l. 8. c.
26. Scali.
3. Ex-
ercit.
196.
Locus.

Acofta
Hiftor.
Ind. Oc-
cid. l. 3.
c. 15.
Cibus.

Martyr.
l. 2.

Genera-
tio.

Ælian
H. A. l.
10. c. 21.
Plin. H.
N. l. 8. c.
25.

Antipa-
thia.

Plin. H.
N. l. 8. c.
25.

Ælian.
H. A. l.
8. c. 25.
l. 10. c.
47.

Acofta
Hiftor.
Ind.

l. 3. c.
25.
Ælian.
H. A. l.
10. c. 24.

Seneca
Natural.
quæft. l.
4.
Phile in
Iambis.

Plin. H.
N. l. 8. c.
25.

obfervavit. Primus quinque Crocodilos Romæ, Ædilitatis fux ludis, M. Scaurus temporario Euripo ostendit. Inveniuntur in Africa, Asia, & America. In Nilo in primis & vicinis ipsi stagnis, Nigro fluvio, Gange circa Bengalam, in Bamboto flumine juxta Atlantem, quod Solinus prodidit; non longe à Chalcedone, sed parvi, quod Strabo. Acofta aquis in America calidis delectari scripsit, sed in Peruana usque ad Pacram non inveniri, inde frequentissimos esse. Quidam luto vivere dixerunt: sed revera piscibus faturantur, & humanæ carnis sunt avidissimi. In terris etiam animalibus insidiantur. Petrus Martyr in legatione sua Babylonica, comprehensum qui tres pusiones devorarat, scribit. In Arsinoitica præfectura olim sacer, pane, carne & vino, à Sacerdotibus nutriebatur. Fuere, prodente Strabone, qui placentas, carnes assas, & mulsum iisdem offerebant. Quantum ad *Generationem*, masculus fœminam resupinat, cum aliter ob crurum bevitatem congregari nequeant. Parit fœmina ova sexaginta, quanta anseres: eaque, prædicatione quâdam, extra eum locum semper incubat, ad quem summo auctu eo anno accessurus est Nilus. Totidem diebus ea parit, & totidem fovet, & tandem partus decursu sexaginta dierum peragitur. Gyllius arena obrui, & absque ullo incubatu catulos egredi observavit. *aioroxia* verum tempus indicat: nec aliud à minori origine in majorem crescit magnitudinem. Gerit ex quadrupedibus cum ichneumone, bubalo, tigre; ex avibus cum accipitre; ex piscibus cum hydro, porco pisce, delphino; ex aliis animalibus, cum scorpione, homine, Tentyritis, & plantis quibusdam inimicitiam. *Ichneumon* ova ejus conterit, & in aprico dormientis os illapsus, eundem eviscerare conatur. A bubalo prosternitur. Resupini ventrem, tigris sæpè in America dilaniasse visus est. Propter accipitrum odium, Coptitæ Crocodilorum veneratores, eos sæpè in crucem agunt. Hydro ita est hostis, ut propter fel à venatoribus gestatum, iisdem nocere non possit. A porco pisce quod spina circa caput armetur abstinet, ut Strabo prodidit. Delphini Nilum ingressi, aquis se immergunt, & subeuntium Crocodilorum ventrem dilaniant. Spectaculi testis fuit Babilus, quondam Ægypti præfectus. Erumpentem ex ovo crocodilum, scorpium fauciare solet. Ad humanum strepitum perhorrescunt, & persequentem fugiunt. De *Tentyritis* ita *Plinius*. Quin & gens hominum est huic belluæ adversa, in ipso Nilo, Tentyritæ, ab insula, in quâ habitat, appellata. Mensura eorum parva, sed præsentia animi hoc tantum usu mira. Teri-

bilis hæc contra fugaces bellua est, fugax contra insequentes: sed adversum ire, foli hiaudent. Quin etiam flumine innatant: dorsoque equitantium modo impositi, hiantibus resupino capite ad morsum, additâ in os clava, dextra ac læva tenentes extrema ejus utrinque, ut frænis in terram agunt captivos: ac voce etiam sola territos, cogunt evomere recentia corpora ad sepulturam. Itaque uni ei insulæ Crocodili non adnatant: olfactuque ejus generis hominum, ut Pfyllorum serpentes, fugantur. Romam ætate M. Scauri delatos, Tentyritæ custodes sequebantur, illosque à piscinis ad spectacula, à spectaculis ad piscinas ducebant. Ex plantis fabam spinosam, annotante Crescentiensi, vitant. Potamogeton tanquam quoddam contra Crocodilos amuletum, urinatores secum deferre solent. Et contra cum porco, & trochilo amicitiam colit. Porci circa Nili ripas impumè oberrant. De *Trochilo* ita *Plinius*. Dies in terra agit, noctes in aqua, temporis utrinque ratione. Hinc saturum cibo piscium, & semper esculento ore, in littore somno datum, parva avis, quæ trochilos ibi vocatur, rex avium in Italia, invitat ad hian-dum pabuli sui gratia, os primum ejus asultim repurgans, mox dentes, & intus fauces quoque ad hanc scabendi dulcedinem quàm maximè hiantes. Leo Africanus, vermes ex continuo piscium esu, inter dentes exortos devorare scribit. Crocodilum ut absumptos percepit, aviculas devorare niti; sed acuta quam supra caput gerunt spina punctum, os diducere, & ita dimitti. Quantum ad *Naturam & Ingenium*, è Nilo in terram egressi, per eadem vestigia regrediuntur, si Petro Martyri credimus; ob crurum breviteratorem difficillimè in latus se vertunt: dum gradiuntur, gratum relinquunt odorem, ad eò ut fœminam Arabicos odores æquare, Nili accolæ prodant. Quatuor mensibus secundum Aristotelem, quadraginta diebus secundum Suidam, sexaginta secundum Ælianum, latitant, & sine victu morantur. Artemidorum Grammaticum, adeò viso perterritum, ut, læsa mente, literarum memoriam perdidit, & sinistrum crus sibi à fera ablatum crediderit, Coelius Aurelianus author est. Humanum depasti cadaver, ossa capitis lachrymis frangere, ut medulla inexistente vescantur, dicuntur. Nocentiores sunt Nilum ascendentibus, quod illa fluminis, pars à piscatoribus exhauriatur. Ferociores inde facti, quod piscibus destituantur, homines & jumenta adoriuntur. Nec minus eodem ad proprium alveum post inundationem redeunte sæviunt, propter piscium inopiam, quam aqua in Nili fau-

Sympa-
thia.

Plin. H.
N. l. 8. c.
25.

Leol. 9.
Africa.


Natura &
Ingenium.
Martyr.
Legat.
Babylon.
l. 3.

Arist. H.
A. l. 8. c.
15.
Ælian.
H. A. l.
10. c. 21.


Coelius
de furore.

Petrus
Martyr.
l. c.


Tatus




Testudo Schildt Krötte




Testudo Aquatica



Testudo Marina





faucibus minus profunda facit. Tum, cœno indutus, aquatum venientibus infidiatur: & navigium flumen ascendens secuti, cum nauta conto ad expungendam navem inhæret, celeri caudæ ictu, nautam cum conto dejiciunt. Neminem iisdem diebus Apis natales celebrabantur, læfisse, fabula fortè est. Rediisse, postquam Achmed Ben Tolon signum Crocodili plumbeum, in templorum fundamentis inventum dissolvi jussisset, apud Scaligerum legimus. De divinatione, supra dum de ovis ageremus, diximus. Ejusdem apud Ælianum exemplum legitur. Ptolomæum regem nescio quem, cum ex Crocodilis antiquissimum, *inquit*, & præstantissimum appellaret, exauditum non fuisse; quum cibaria objecisset, rejecisse. Inde sacerdotes morti vicinum collegisse. *Ingenium* indicant, quòd prolis indolem ex prædæ raptu colligunt: cicurati vocem humanam intelligunt; & manu tractati, diducto rictu, mantili, dentes sibi abstergi patiuntur. Non est ergò mirum in paludibus Ombitarum arte paratis nutritos, domesticos esse, ut Ælianus prodidit, iisdemque hostiarum capita objici. In oppido Anteo aniculam quandam in lecto cum crocodili deprehensam, Gyllius prodidit. Humanam ætatem æquant, si Aristoteli, Plinio, & Diodoro Siculo credimus. Ælianus sexaginta vitæ annos assignat. *Utuntur* iis quidam in *Cibis*. Apollonopolitæ vi legis carnem eam comedere tenebantur, seu quòd Psammeniti Regis filia à Crocodilo devorata fuerit; seu odio Typhonis, quem in Crocodilum versum fabulantur, ut apud Herodotum extat. In partibus Indicis affari, Ferdinandus Lopez vidit: in Florida, alii: imò exsiccantur ibidem, & hyeme mensis apponuntur. *Ova* comesta, in authoribus novi orbis inveniunt. In Ægypto iisdem quosdam vesci, apud Leonem Africanum habetur. De *Uso* in *Medicina* hoc habet. Decoctum demorsis ab araneis opitulari: *Caninis dentibus* thure repletis, typos febrium arceri: quoscunque à vivo animali extractos, ipsoque dimisso, parti dextræ viri, & sinistræ mulieris adaptatos, Venerem stimulare, nisi fabulatur Kiranides. *Sanguis* visui claritatem conciliat, & partibus à serpentibus faucis, auxiliatur. *Pinguedine*, febricitantes contra horrorem inunguntur. Eadem antiquis vulneribus & carcinomati prodest. *Corium* crematum & cum olei amurcâ mistum, partem mutilandam adeò stupidam reddit, ut ferrum secans non sentiat. Apud quosdam Indos olim ad supplicia alebantur, objiciebanturque eis vincti manibus & pedibus fontes. In fossis urbis Pegu habentur, pro dente Balbo, ne quis per aquam ad urbem accedere audeat. Incolæ, quia eos venerantur, aquam fossarum bibunt: occisi ab

Plin. H. N. l. 11. c. 4. Scalig. Exerc. 196.

Ælian. H. A. l. 8. c. 4.

Ælian. H. A. l. 9. c. 3.

Diodor. Biblioth. l. 9. c. 1. *Ufus in Cibis.*

Leo Afric. l. 9. *Ufus in Medicina.*

Baldus in Itiner. c. 35.

ipsis animam, rectè ad superos evolare credentes. Firmus Ægypti Tyrannus pinguedine Crocodilorum inunctus, impunis inter eos natabat. Circa *Differentiam* pauca occurrunt. Plinius in *Magnos & Parvos*, qui Scinci dividit. Albertus Tencheæ meminit, cui omnia quæ prodidimus, applicari possunt. Ælianus duplices in fluvio Gange ponit, *Noxios* cum cornu in rostro, & *Innoxios*. In provinciâ Xanagaræ à vivis crocodilis vagantibus odor moschi spirat.

Differentia.

TITULUS II.

De Digitatis Oviparis crustâ testis.

CAPUT I.

De Testudine in genere.

Testudo à tegmine testaceo nomen obtinuit, ut Isidoro placet. Grecis *χελών*, *χελών*, *χελών*, à *χέω*, capax sum, dicitur: ut & *κλεμύς*, *σφαγίς*, *φίρρα*; &c. quanquam hoc inter epitheta censeretur debet. Animal est ingratum visu. Tegitur testa figuræ ovalis, & instar scuti concavâ, sub quâ caput, pedes, & caudam recondit. Pacuvius ideò capite brevi, cervice anguinâ, & aspectu truci scripsit. Testa illa Palladio dicitur *Corium*, Marcello *tegumen*, Plinio *operimentum*, *putamen*, & *superficies*, aliis *operculum testaceum*, Græcis *χελώνιον*, & generali nomina *στρακον*. Loco *dentium* unicum os continuum habet; inde *μυδός* dici posset: intus prægrandem *pulmonem* eumque exanguem, *jecur* vitiatum, *testes* lumbis adhærentes, *lienem* perexiguum. *Renes* & *vesicam* omnibus tribuit Aristoteles, lutariam si excipias. Unico tamen *excrementorum* exitu referta sunt. Ideò illa semper liquida & aquea. *Pedes* similes sunt lacertis, quinque digitis unguibus munitis instructi. In cauda Cardanus quandoque unguem gallorum calcaribus similem conspicatus est, qui fortè à callo. Nam in his animalibus veluti & in lacertis, cauda amputata durior renascitur. De *Loco* hoc duntaxat ponimus, reperiri in terra, mari, & lacubus, vel locis cænosis. In mari rubro reperiuntur copiosæ, ut Arrianus prodidit, quæ ad emporium venales deferuntur. In insula quoque Dioscoridis, quæ nunc Socotora, inveniuntur: ut & in insula Mauriti, quam Cernen veterum quidam credunt. *Cœunt* more viviparorum, & mas supervenit fœminam. Hæ quia nullam voluptatem in congressu sentiunt, difficulter admittunt, nec citius, quàm vehementer exagitata fuerint. Pariunt *ova* ovis gallinarum similia, sed minora & oblongiora, putamine, albumine & vitello prædita, ut in

Ambrosin. l. 2. c. 1. *Nomen.*

Descriptio.

Plin. H. N. l. 9. c. 10. Idem H. N. l. 11. c. 37.

Aristot. de partib. animal. l. 3. c. 8.

Cardan. de variet. rer. cap. 29.

Locus.

Arrian. in Periplo maris rubri.

Herbert. in Itin. p. 349. *Generatio.*

Aristot. H. A. l. 5. c. 3. Ælian. H. A. l. 13. c. 40. Plin. H. N. l. 9. c. 51.

icone

icone videre est. De *Natura & moribus* habet, testam, quam tam duram habent, ut nec à plaustris currentis rotis conteri possit, non mutare, quod crustacea faciunt: mensibus hybernis sine cibo in cavernis latere: exeuntes, lento gradu incedere, seu quòd onere premantur; seu quòd natura tardæ sint: cum perdicibus perpetuò rixari: Aquilas, quæ in sublimo sublata ad petras allidunt, unde & Æschylo Tragico Poëtæ, cui caput calvum, & petrae instar, mors, abhorre: diu secundum Hippocratem vivere: perexiguam sibilum colubrorum paulò altiorem voce edere: denique cum serpentibus & viperis præliaturas, fatureja, cunicula, vel origano se munire. Nihil quidem de earum *in cibis* usu apud Galenum vel Apicium. Brujerinus tamen carnes prius elixat, deinde in frustra sectas, in vase frixorio assat. Quo loco habendæ sint, disquiritur inter quosdam. Alii inter piscium carnes reponunt, ut Castor Durantes. Unde tempore jejunii piscium loco conceduntur: alii non item. Habent scilicet testudines ossa & spirant: ne de ovis quicquam dicam. Ut ut sit, apud quosdam Barbaros in America in deliciis esse certum est: nec dubium delicatis ventriculis obesse, & difficulter concoqui, validè tamen, si concoquantur, nutrire. In *Medicina* haud contemnendæ sunt. Hydropticis & phthisicis caro prodest. Coctæ fastidium ex melle natum, prodente Plinio ex Pelope, statim tollunt. Tegminis cremati cinere, in fistulis, capillorum defluxu, Porta; ulceribus pedum cum oleo & vino Marcellus: in suffumigio contra hæmorrhoidas Galenus utitur. *Ipsa* crematæ cum albumine ovi fissuras mammarum apud Rhafen tollunt: & in herniis feliciter, si Crollio, credimus, ob quandam signaturam adhibentur. Sanguis ex capite resupinatæ amputato collectus, & insolatus donec exsiccet, sacrum ignem extinguit, verrucas abolet, porriginem pellit, & in capitis ulceribus adhibetur. *Ova* ad tussim infantium commendantur. Adhibentur & *ad alia*. Mizaldo si credendum, ex ovis formicarum, hyoscyamo, cicuta & testudinis sanguine, egregium paratur psilothrum: tegmen ollæ operculi loco superpositum ebullitionem impedit. Myrepsò vinum cum sanguinis modico propinato, abstemios homines reddit. Albertus carne equos obefat: porcos pingues ea evadere, experientia comprobavit. Vegetius ex testudine viva supra farramenta combusta, alumine crudo, medulla cervina & vino, medicamentum componit, pro pilis jumentorum citius augendis. Scobs tegminis fœminæ in aliquo liquore pota, Venerem inhibere creditur. Majora, ad mensas, vasa & lectos olim usurpabant. *Placuit*, inquit Plinius, *materiam & in mari queri. Testudo in hoc secta. Nuperque por-*

tentosis ingenii principatu Neronis inventum, ut pigmentis perderet se, plurisque vaniret, imitata lignum. Testudinum verò putamina fecare in laminas, lectosque & repositoria his vestire, Carbilius Pollio instituit, prodigi & sagacis ad luxuriæ instrumenta ingenii. Ideò Seneca. *Video elaboratam scrupulosa distinctione testudinem, & fœditissimorum pigerrimorumque animalium testas, ingentibus precii emptas, in quibus illa ipsa qua placet varietas, subtilis medicamentis, in similitudinem veri coloratur.* Hodie Amazones corticibus se tuentur: quibus & alicubi pro cunabulis infantum utuntur. Quantum ad *Differentias*. Plinio testudinum genera sunt, *terrestres, marinae, lutarie*, & quæ in dulci aqua vivunt: quarum has *emycas* vocant. De his omnibus in sequentibus agemus. Vifa & in insula à Zambolo reperta, quædam animalia parva, corpore rotundo testudinum instar, duabus lineis invicem per medium transversis, in quarum singula extremitate, auris & oculus conspicitur, ita ut quatuor oculis intueri, & totidem auribus audire videantur. Unico constant ventre, sed pedibus pluribus, quibus innixa in utramque partem gradiuntur. Sanguini singulare aliquid inest. Nam omne corpus saucium, eo dum spirat illitum, cohæret. Gesnerus *Testudinem polypodem* vocat. Videtur ex Diodoro Siculo historia desumpta esse, ni fallor, nam author nunc ad manus non est. In insula Mauritii, quæ *Zonæ torridæ* subjacet, tam validæ inveniuntur, ut homines ferre & transferre possint. Lusitani de quindecim affirmant.

CAPUT II.

De Testudinibus in specie.

ARTICULUS I.

De Testudine terrestri.

Quatuor testudinum genera ex Plinio supra posuimus. Sed hæc ad duo, *Terrestres* nempe & *Aquaticas*, optimè reduci possunt. *Terrestres*, alii *montana*, *sylvestris*, *campestris*, *agrestis*, & *memoralis* dicitur. Græcis *χαραδίου*, Nicander *ὄρεϊν*, Oppianus *ὄρεϊκῶν* vocat. Luteis & nigris maculis instar Salamandræ in tergore distinguitur: cortice superiore marinam valdè æmulatur. Fœmina à mare in eo differt, quod inferiorem testam planam habet, quæ mari concava; & semper ponderosior observatur. Interiora sic M. Aurelius Severinus describit. Principio, inquit, ablato cortice inferiore statim apparere duo *musculi* anteriores moventes, ut apparent brachia, utrinque unum; quanquam uterque distinctus videtur in duos, quorum major est exterior, minor verò interior. Oblique descen-

Plin. H. N. l. 9. c. 11.

Seneca de Benef. l. 7. c. 9.

Differentiæ. Plin. H. N. l. 32. c. 4.

Ambros. ex Bohem. l. 2. Ovip. c. 1.

Hebert. in Itin. Persiæ p. 349.

Ambros. fin. Ovip. Dig. l. 2. c. 2. Nomen.

Descriptio.

Severin. Zootom. Democrit. pag. 4. p. 321.

Ælian. H. A. l. 4. c. 22. Aristot. H. A. l. 4. c. 6. Aristot. H. A. l. 9. c. 6. Plin. H. N. l. 8. c. 16.

Usus in Cibis. Brujer. de re cibaria l. 22. e. 7.

Usus in Medicina.

Galen. Euporist. l. 3.

Cent. 7.

Plin. H. N. l. 16. c. 43.

cedunt quasi ab axillis brachiorum, nascentes à membrana adhærescente cortici, & desinentes in tendinem acutum. Figura ipsorum oblonga, rotunda, quasi plantæ manus; infra hos musculos tum parte dextra, tum sinistra sex alii visuntur oblongi flexores fortasse brachiorum; duo totidem apparent musculi deducti ad femora, nascentes ab externa dicta membrana corticis, qui tertio sunt minores brachialibus, neque in tendinem desinunt, ut illi, sed carnosiorum sunt, quod inferantur femoribus. *Spina* compacta est & validè innexa cortici per longitudinis medium. Infra *caput* medio lato digito descendunt duo musculi à lateribus positi, ipsum intra trahentes, cum duobus aliis paulo inferioribus, quatuor isti oblongi maximè omnes. *Tecur* parte dextra & sinistra æquali magnitudine bipartitum. Gibbum externè, cavum internè, sed dextra internè inæqualis veluti prærupta rupis, complectens miro artificio ventriculi orificium inferius & portionem duodeni; sinistra complectens majorem ventriculi cavitatem, excavato quodam supercilio similis. *Cystis fellis* dextra in fibra hepatis profunde condita; *ventriculus* ad humanum vel suillum maximè accedens: sed postquam in intestina perducitur, tres amplas habet cavitates, in quibus totidem perfici coctiones & transmutationes asumptorum videntur. In prima, herbacea materia, in secunda item, sed elaboratior, & hinc externè adhærebat *lien* rotundior & ater; in tertia materia quædam subliquida & albissima, simile mansæ castaneæ, sed dilutæ. Aperta est conjectura, servire hanc in locum vesicæ, quæ ejaculatur quandoque humorem album, veluti gallinæ solent. Ampla est hæc & castaneæ figuram æmulatur: tenuissima est & amplo canali, quantum est intestinorum extremum similis, cui correspondet parte inferiore. Hæc validè adhærescit peritonæo atque immediatè illi incumbit. *Intestinum rectum* in fine habet processus illos laterales, qui sunt gallinaceis omnibus, sed divisos tamen & in latera longè productos, usque ad renum viciniam. Cum his ponè sunt *ovorum* utraque parte productiones, *Mesenterium* amplis satis venis intextum. *Cor* rotundæ figuræ, sed non exactæ, ut lenticulam referat; colore subalbidum, intus uno sinu cavum; situm supra jecur statim. *Aspera arteria* (quæ dignissima omnino est observatio) paulo post initium bifida, quorum rami contorti. *Pulmones* parte superiore adhærescentes spinæ, substantiæ admodum raræ, non carnosæ, sed veriùs membranosæ, intextæ arteriæ asperæ, ramis velut rete quoddam implexum, colore subatro. Observanda dispositio ossis hyoidis & cartilaginis scutiformis. *Calvaria* testudinis marinæ septum est, quod supernæ testudini extensum cerebri par-

tes utrasque desternat præter cujuslibet calvæ conformationem.

Vagantur plurimæ in Africæ desertis: ut & in Lybiæ parte quadam, Mauritaniâ fortè, ut Strabo scribit: proveniunt & in sylvis Arcadum, teste Pausania, ex quibus lyræ olim fabricabantur. Sed maximæ in insula Dioscoridis in mari rubro habentur. De insula Mauritii superius diximus.

In desertis quia inveniuntur, roscido duntaxat humores pasci quidam judicaverunt. Alii, olera germinare inchoantia, melopepones inprimis & sesamum, præcidere dicunt. Nicander ^{scythicus}, quod Cytiso, vel cytini delectentur, vocavit. Edunt & lumbricos, & cochleas. Domi fursure & farina nutriuntur.

Quantum ad *Generationem*, fabulæ sunt ex Gerano muliere in gruem mutata & Nicodamante natam: imò potius Boei apud Athæum jocus est. *Coëunt* ut superius diximus. *Ova* durioris testæ intusque bicolora enituntur, quæ terra contacta, repetitis vicibus incubant, fatumque sequenti anno ad pastum educunt. Flantibus ventis concipere, quod apud Nicandrum habetur, falsum: Certius, cum foemina ad Venerem tarda sit, herba quadam à mare concitare, quod apud Ælianum invenitur.

A Græcis non comedi, Bellonius author est. Hungari quidam cum Clusium carnem unius degustasse vidissent, moriturum putabant. In India frequentissimè mensis inferuntur. Augusto & Septembri, quòd tempore segetum pinguiores sint, quidam laudant. Scappius à mense Februario ad Majum foeminas optimas, quòd tùm ovorum plenæ sint, scribit: à Junio ad autumnum, mares. Sunt qui ex alliato eas mirum in modum commendant. Hodiè, *verba sunt Ambrosini*, Bononiæ, testudo terrestris & præsertim foemina, decollatur, & toto effuso sanguine elixatur, donec tegmina à carne eximi possunt. Postmodum intestina non abjiciuntur, sed ab excrementis absterfa abluuntur, deinde una cum carne testudinis, croco, pulveribus aromaticis, pineis, passulis, in vino malvatico diligenter coquantur, & mensis inferuntur. Plura apud Scappium & Ambrosinum vide.

De *Uso in Medicina* ita *Plinius*. Terrestrium *caro* suffitionibus propriæ, Magicisque artibus refutandis, & contra venena salutares produntur. In Africa amputato capite pedibusque, pro antidoto dari dicuntur: & ex jure in cibo sumptæ, strumas discutere, ac lienes tollere: item, comitiales morbos. *Sanguis* earum claritatem visus facit, suffusionesque oculorum tollit: & contra serpentina omnium, & araneorum, ac similibus, & ranarum venena auxiliatur. servato sanguine in farina pillulis factis,

T & cum

Locus.
Plin. H.
N. 1. 32.
c. 4.
Pausan.
in Arcad.
dicis.

Victus.
Bruer.
Rei cib.
l. 22. c. 7.

Generatio.

Athen.
Dipnos.
l. 5.

Ælian.
H. A. l. 9.
c. 32.
Ufus in
Cibis.

Scapp.
l. 3. Rei
cib. cap.
166.

*Ufus in
Medicina.*
Plin. H.
N. 1. 32.
c. 4.

& cum opus sit in vino datis. *Felle* testudinum cum Attica melle glaucomata inungi prodest, & scorpionum plagæ instillari. *Tegumenti* cinis, vino & oleo subactus, pedum rimas ulceraque sanat. *Squama* à summa parte derasæ, & in potu datæ, Venerum cohibent. Eo magis hoc mirum, quoniam totius tegumenti farina, accendere traditur in libidinem. *Urinam* earum aliter quam in vesica dissectarum inveniri posse non arbitrator. Et interea hoc quoque esse quæ portentosa Magi demonstrant, adversus aspidum ictus singulare, efficaciore tamen, ut ajunt, cimicibus admittis. *Ova* durata illinuntur strumis, & hulceribus frigore aut adustione factis. Sorbentur in stomachi doloribus.

Hactenus Plinius. Apud alios invenies, Syrupum ex testudinibus apud Bononienses haberi, qui phthisicis, emaciat, feliciter propinatur: apud Amatam Lusitanum ex eadem decoctum in destillationibus tussi, &c. describi: apud Veckerum, electuarium quoddam ad feminis acris repressioem ex testudine componi. *Iecur* Galenus tritum, in pessa adversus uteri strangulatum propinat.

In India gignuntur maximarum glebarum magnitudine. Testas exuunt, quemadmodum vermes ex verminosis plantis, lignibus extrahuntur. Pingues & suaves carnes habent. *Iaboti* Brasiliensibus. Testudinis terrestris species est, Lusitanis *Cægado do terra*. *Testa* nigra est tecta, cui multæ figuræ hexagonæ sunt insculptæ. *Rostrum* habet ut reliquæ. *Caput* & crura sunt fusca, verum maculis ex umbra variegata. *Iecur* hujus saporis est optimi, & antecellit omnium animalium suo jecora sapore.

ARTICULUS II.

De Testudine Aquatica.

PUNCTUM I.

De Testudine aquæ dulcis, & Lutaria.

Testudines aquaticas, in illas quæ in aqua dulci degunt, ad quas Lutariæ benè referri possunt, & illas quæ in mari, dividimus. *Aquaticam* Plinius murem aquaticum & *Emyda* vocavit, quod vocabulum alii ab *α*, alii ab *ω* inchoant, descendere à Græco *μυδο* videtur. Niphus Mydam, quandam testudinem colore luteo dixit. Græci *ποτάμια χελώνια* vocant.

Degunt in aquis dulcibus; lacubus, & fluviis. Gesnerus in agro Tigurino, in exiguo lacu, propè Adel fingum inveniri scribit. In balneo aquæ calidæ, Constantinæ vicino, quæ fluens inter rupes longè lateque diffunditur, ingentem copiam haberi, Leo Africanus prodidit. Dæmones à mulieribus illius civitatis appellantur, iisdemque causas mor-

borum adscribunt. Vagantur & in Gange ac Nilo fluviis ut Ælianus scripsit. Respirare etiam tum, apud Aristotelem habes. Tempore faturæ aquas deferere, & in locis ficis, scrobe effosâ ova ponere, postmodum diem trigesimo detegere, & fætum ad aquam continuo ducere, ex eodem habeo.

De hujus usu in Medicina sequentia nobis Plinius reliquit. Ex quarto genere testudinum, quæ sunt in amnibus, divulsarum *pingui* cum acizoo herba tuso admisto unguento & femine lilii, ante accessiones si perungantur ægri, præter caput, mox convoluti calidam aquam bibant, quartanis liberari dicuntur. Hanc testudinem quintadecimâ Lunâ capi oportere, ut plus pinguium reperiat. Verum ægrum sextadecima Luna perungi tradunt. Ex eodem genere testudinum *sanguis* instillatus crebros capitis dolores sedat: item strumas. Sunt qui testudinum sanguinem cultro æreo supinarum capitibus præcis, excipi novo fictili jubeant: ignem sacrum cujuscunque generis sanguine illini: item capitis hulcera manantia, & verrucas. Idem promittunt omnium fimo panos discuti. Et licet incredibile dictu sit, aliqui tradunt tardius ire navigia testudinis pedem dextrum vehentia.

Circa *Differentias Aquaticarum* nihil ferè occurrit, hoc unicum si exceperis, Indicæ fluviatilis, non minorem esse testam, quàm justæ magnitudinis scapham. Decem enim leguminum medimnos capit.

De *Lutaria* etiam quædam occurrunt. Videntur eam Græci *χελώνη ποτάμια* vocasse, & per aphæresin amyda. Latitudo ei in dorso pectori similis, nec convexo incurva calice, ingrata visu. Stabulatur quidem in locis canosis; sed verno tempore, ad fluentes quoque aquas proficiscitur. Vesicâ & renibus carere superius diximus, fortè propter tegumenti mollitiem, humor enim facilè diffluere potest. Circa Ferrariam, in Gallia, Polonia, Hungaria, & alibi multas conspicies. De *Usu* inter cætera hæc habet apud Ambrosinum *Mizaldus*. Sunt, inquit, qui instantem grandinem observantes, manu dextra testudinem polustrem supinam circa hortum vel agrum ferant, & reversi unde exierunt, illam humi deponant, eadem figura, ut animal nubem grandine prægnantem intueatur, hac que ratione eam amoliri conantur. *Plinius* de ea ita. Ex hac quoque tamen aliqua contingunt, auxilia. Tres namque in succensa sarmenta conjectæ, dividuntibus se tegumentis rapiuntur: tum evulsæ carnes earum, coquantur in aquæ congio, sale modicè addito: Ita decoctarum ad tertias partes succus, paralytin & articularios morbos sentientibus bibitur. Detrahit item fel pituitas, sanguinemque vitiatum. Sistitur ab eo remedio alvus aquæ frigidæ potu.

Ælian.
H. A. l.
12. c. 14.
Aristot.
H. A. l.
5. c. 33.

Ufus.
Plin. H.
N. l. 32.
c. 4.

of

Ælian.
H. A. l.
16. c. 14.

Lutaria.

Plin. H.
N. l. 32.
c. 4.

Mizald.
Cent. 4.

Plin. l. c.

PUNCTUM II.

De Testudine Marina.

Ambrosin. de Digit. Ovip. l. 2. c. 4. Nomen.

Testudo marina, Plinio est *Asus marinus*; Græcis *χέλυς* quasi *χέλυς ἰνυδίου*, *θαλασσίον*, & *χέλυς* dicitur, Germaniæ & Flandriæ piscatores, & *Melitim* vocant, quod scutum & galeam gestet; & *Barchoram*, prodente Alberto, nomine fortè ab Ostracodermo corrupto. Idem adjicit *Zytyron* maris quoddam animal à Priscis Militem dictum, à capite cute rugosa & dura galeato, & quod de collo quasi scutum suspensum gestaret.

Disciprio.

Terrestribus eas assimilat Pausanias, pedes & magnitudinem si exceperis. Loco *dentium* habet os unum tam durum, ut crassos baculos unico ictu præcidat. Hinc apparet, Oppianum qui ei crebros tribuit, de rostri marginibus potius intelligendum esse. *Oculi* fulgorem procul emittunt, *pupillis* candidissimis & splendidissimis, si *Æliano* fides, instructæ. *Pedes*, alæ potius videntur, quibus tanquam remis ad natandum utitur. Reliqua in observationibus suis accuratè profectus est Severinus, dum inquit: Inferiori primum cortice supinæ huic cultro transversim separato atque ablato, visa membrana *peritonæa*, totam anteriore parte vestiens, à jugulo ad pubem continua, cortici in hærens, fibris quibusdam carnis, præsertim parte thoracis; *omentum* nullum nullum *cæcum*; sed *intestina* supernè deorsum gracilefcentia, contrà quàm in cæteris quadrupedis. Quin à summo cæsofphago, qui duplicati pollis magnitudinem æmulatur, donec ad recti initia pertingit, perpetim minuitur cum tota membri crassitudine, tum tunica-rum, quæ tunicæ duplices, externa nervosior, carnosior interna. Sed hæc quoque villosa & lentore quodam pingui madida, haud valdè dissimilis à recto vaccæ intestino benè saginata. Parte priore & primo ductu Oesophagi aculei crebri transversim positi, majores, quam in bovina lingua; quod certè mirabile & à Rondeletio non observatum: Fabricati fortasse hi ad comminuenda alimenta, quæ duriora ab hoc genere ingeri perhibent. *Vesica* cervix recto intestino intrò respondens, ut utriusque recrementum uno ductu exitum habeat. *Lien* rotundus instar ovi, intestino superiori alligatus. *Renes* plani & oblongi, quasi ex parvis pluribus compositi. *Cor* uvidum cum vasis valdè implexis in primo exortu. *Auricula* magnæ & pendulæ tenui membrana præditæ ac nigrescentes. *Pulmones* amplii, multo inferius quam cor descendentes. *Cervix* inflexa cum crebris musculis, sed duo longissimi intro in corticem caput trahunt.

Oppian. Halieut. l. 1.

Ælian. H. A. l. 4. c. 28.

Severin. Zootom. Democ. par. 4. p. 321.

Habitant in falsis aquis, & Pausanias circa Moluridem versari scribit. *Vicitant* pisciculis, cochleis, & ad terram delatæ, gramina depascuntur. Tempore *partus* terram petunt, & ova circiter centum, secundum Aristotelem, in scrobe deponunt, avium cohortalium similia: eaque nonnisi noctu incubant. Postquam inhumavere, loco pedem imprimunt, ut reduces agnoscant. Hoc *Plinius* ita protulit. In terram egressæ, in herbis pariunt ova, avium ovis similia, & ad centena numero. Eaque defossa extra aquas, & cooperta terrâ, ac pavida pectore & complanata, incubant noctibus. Educare foetus annuo spacio addit: sed id de terrestri intelligendum. Marinæ quadraginta diebus excoquantur & rumpuntur. In Americæ parte quâdam ter centena & ultra humo obruta, quæ à sole excocta, absque parentum adjumento pullulant, ut quasi exercitus testudinum fundi videatur, quod apud Petrum Martyrem legimus. Ad Naturam pertinet, quod extra aquam diu vivere non possint: quamvis vitulorum marinorum instar, in terra somnum quandoque capiant: quod, postquam partum noctu egressæ, avideque saturaræ, lassantur, dum in superficie maris resupinata dormiunt, sonum quendam edunt: quod denique, quotiescunque solis radiis mari innatantes siccantur, ita ut in gurgitem deferri nequeant, intereunt. Eadem dum aërem captant, caput exerunt, vitulorum marinorum imitatione: & tantæ sunt audaciæ, ut tres homines adoriantur. Capite amputato non moriuntur confestim, sed oculos movent, & manus si admoveris mordent.

Locus. Pausan. in Atticis. Generatio. Aristot. H. A. l. 5. c. 33. Plin. H. N. l. 9. c. 10.

Plutarch. l. Utra prudent.

Petrus Martyr l. 9. dec. 3.

Plin. H. N. l. 9. c. 10. Aristot. H. A. l. 8. c. 25.

Oppian. Halieut. l. 1.

Ælian. H. A. l. 4. c. 28. *Usus in Cibis.* Bellon. observ. l. 2. c. 68. Scappius de re cib. l. 5. c. 180.

Armeniis olim à Patriarcha Alexandrino prohibitæ in cibis, sub excommunicationis pœnâ. Scappius scriptor Italicus in convivorum apparatu eas commendat, si intra tempus quod à vere ad autumnum decurrit, capiuntur. Conficit ex iisdem & artocreata, quæ apud Ambrosinum vide. In Brasilia capta aliquando tam magna, ut sola octuaginta hominibus sufficeret. Carnes lardo distinctas & tostas comedebant: sapor, vitulinæ erat.

De *Usu in Medicina* ita *Plinius*. Marina-rum carnes admistæ ranarum carnibus, contra Salamandras præclarè auxiliantur. Neque est testudine aliud Salamandræ adversus. *Sanguine* alopeciarum inanitas & porrigo, omniaque capitis hulcera curantur. Inarescere autem eum oportet, lentaque ablui. Instillatur & dolori aurium cum lacte mulierum. Adversus comitiales morbos manditur cum polline frumenti. Misceatur autem sanguis heminis tribus aceti, hemina vini addita his, & cum hordeacea farina: aceto quoque admisto, ut sit quod devoretur fabæ magnitudine. Hæc singula & matutina & vespertina dantur,

Usus in Medicina Plini. H. N. l. 32. c. 4

dein post aliquot dies vespera. Comitibus instillatur ore diducto, his qui modicè corripiantur. Spasmo cum castoreo clystere infunditur. Quod si dentes per annos colluantur testudinum sanguine immunes dolore fiunt. Et anhelitus discutit, quasque orthopneas vocant: ad has in polenta datur. *Fel Testudinum* claritatem oculorum facit: cicatrices extenuat: tonillas & anginas, & omnia oris vitia. Privatim nomas ibi: item ardentium testium. Naribus illitum, comitiales erigit, attollitque. Idem cum vernatione anguium aceto admisto, unice purulentis auribus prodest. Quidam bubulum fel admiscent, decoctarumque carniū testudinis succum, addita æquè vernatione anguium. Sed diu in vino testudinum excoquunt. Oculorum quoque vitia omnia fel inunctum cum melle emendat: suffusiones etiam marinæ fel cum fluviatilis sanguine & lacte mulierum. Capillus mulierum inficitur felle. Salamandras & succum bibisse satis est. Apud alios invenies, *cerebrum* cum croco & sale Ægyptio benè ad aperiendum uterum supponi. *Pupillas* auro inclusas caliginem oculorum pellere. *Sanguinem* aridum cum cymino sylvestri demorsis à vipera exhiberi. *Hepar* in lacte muliebri tritum, & cum unguento irino & vino subactum: in purgamentis puerperii educendis commodari. Quidam ova in morbo epileptico exhibent.

Hippocr.
l. 7. de
morbis
mulier.

Ælian.
H. A. 1.
13 c. 38.
Diodor.
Sicul. 1. 4.

Differentia.
Scalig.
Ex. 196.
Bellon.
obs. 2. c.
68.
Ælian.
H. A. 1.
13. c. 37.

Plin. H.
N. 1. 9 c.
10.

Cardan.
de Rer.
variet. 1.
7. c. 37.

Est earum & in aliis usus. Nam olim postes teguminibus exonabantur: Taprobanae insulae incolæ, iisdem culmina domorum tangebant: Chelonophagi verò, pro navigiis, vasis aquaticis, & tentoriis utebantur. Infantes recenter nati in eis lavabantur: Barbaris ad fluvium Gambrae scutorum loco inserviunt. Turcæ denique ex testis pullucidis gladiatorum manubria fabricant.

Differentia à magnitudine & figurâ sumuntur. In Taprobana una centum tria pondo pependit: earum quæ in mari rubro. testa amplam alicujus ædificii januam adæquat. Apud Æliantum in India decem leguminum modios capit. *Figuram* si attendas, aliæ sunt oblongiores, quæ pelagiæ: aliæ rotundiores, quæ littorales. Troglodytæ, *verbasunt Plinii*, cornigeras habent, ut in lyra, annexis cornibus latis, sed mobilibus, quorum, in natando, remigio, se adjuvant. Costium id genus vocatur, eximie magnitudinis, sed rarum. Namque scopuli præacuti Chelonophagos terrent. Troglodytæ autem ad quos adnatant, tam quam sacras adorant. Hermolaus Barbarus *Cheletas* vocari jubet, id est, Equites quòd cornibus non aliter utantur, ac isti caribus. Cardanus cujusdam generis meminit, quod corio veluti præparato tegitur, demptisque cum capite pedibus cheli assimilatur. Dorsum sex veluti tabellis simul

junctis constat, & cauda, inquit Ambrosinus, similis est illi parti citharæ, cui Collopes intrudi solent, ad tendendum & laxandum nervos. Marcgravius duas describit, quarum una *Iurucua* Brasiliensis, altera *Iurura*. *Iurucua* loco pedum, inquit ille, habet quasi alas; Anteriorum quidem quamlibet sesquipedem circiter longam, posteriores vero breviores; *caudam* acutam conicam: *oculos* nigros magnos, *os* edentulum & instar rostri volucrum. Habui quarum testæ tres pedes erant longæ, duas latæ & supra. *Costis* ipsius inferuntur testæ, ad quodlibet latus octo: anteriores breviores, mediæ longiores posteriores iterum breviores. *Ova* illarum comeduntur uti & caro. Ponunt autem ova ad littus maris, foveam in arenâ facientes, & dein arena tumulantes. Sæpius inveni vestigia earum, ex mari egredientium, & terra abeuntium. Reperiuntur autem variæ magnitudinis. Habui quarum longitudo erat quattuor pedum, latitudo trium: tantæ molis ut à quatuor robustis viris vix possent moveri. Variis figuris Geometricis, testæ quasi insculptæ visuntur. Quædam testam nigram habent splendens, flavis lineis & figuris, egregie interstinctam: aliæ aliter conformatam. *Iuruta* Cadago d'agoa Lusitanis, minor est reliquis testudinibus: *Testa* superior decem digitorum habet longitudinem, latitudinem autem novem, convexitate considerata. Inferior testa novem digitos longa, quatuor & semis lata & plana. Ellypticam autem figuram habet superior. Infra testam se abscondere potest, & collum rursus ad trium digitorum longitudinem, foras extendere. *Caput* tres digitos crassum, & paulò oblongius; *nasus* elevatus & acuminatus. *Os* amplum: *oculi* nigricantes, pupilla nigra. In pedibus quattuor *ungues* oblongi, nigri: cauda brevis acuminata; cutis rugosa & quasi squamis constaret. *Testa superior* fusca, inferior flavescens. *Ova* ponit subrotunda, dimidii gallinæ magnitudine, testa alba ut ovagallarum, boni saporis si frixentur. Comedi aliquoties. *Tantum Marcgravius*.

Marcgr.
d. 1. 6. c.
413

APPENDIX.

De quibusdam Exoticis quadrupedibus iisque Dubiis.

CAPUT I.

De Tlacaxolotl, Cabim, & animali maripeto.

ABsoluta ita, per Dei gratiam, omnium quotquot nunc nota, quadrupedum, historia: visum est hanc de quibusdam Exoticis, & quidem dubiis, Appendicem annexere.

tere. Dubiis inquam. Nam ad quod genus referri propriè, adhuc mecum delibero. Inter hæc occurrit primò *Tlacaxolotl*, s. animal abrotundæ faciei, bestiam tauro vastiorem, capite magno, prolixo rostro, latis auriculis, atrocibus dentibus, humana pænè facie, unde sumpsit nomen: crasso collo, manibus pedibusque & his taurinis unguibus, sed majoribus, magnis latisque clunibus, caudâ crassa & prolixa, ac pelle crassa, fulvo & hispido pilo. Rarum animal, soxarumque & solitudinum incola. Atzacæani, Tepotzonzotla, & Haquelagani, non procul à regione, quam à situ profundiore vocant De honduras. Vescitur montano cacaotli, quapachtli, & virenti haoli, vastatis passim arvis satisque: cum horum non adfuerit copia, foliis arborum & fruticum. Caro edulis est. Humanum conspectum non reformidat, neque sagittarum ictibus occumbit, tergus n. est impenetrabile. Quamobrem defossa terra, ac desuper ramis frondibusque contexta, & subaggerata capitur, haud aliter ac apud Indos Orientis elephantès.

Nieremberg. Ex. 1. 9. c. 3.

Animal *Cabim* Maphæo animal *Sionium*, Antonio à S. Romano *Thabal* dicitur. Nascitur in Java. Hujus animalis unam virtutem scio, sed mirificam. Si ejus oscilli extremitatem aliquis gestet, quantumvis mille transverberatus vulneribus ne guttam sanguinis dabit. Experimentis pluribus probatum est: sed illud celebre & notissimum, quòd cum Naodabeguea Malacensis infensus Lusitanis, & adversus illos egregiè dimicans, tandem oppressus, multisque confusus ictibus corrueret, ex patulis vulneribus nihil omnino cruoris manaret. Mox inter spoliandum, ut primùm detracta ejus brachio est aurea armilla, (mirum dictu) tanquam vase confracto, ita sese cum anima universus repente sanguis effudit. Cujus rei stupore dixi Lusitani, cum de aliis captivis causam quæsisissent, cognovere inclusum esse in armillâ os ejus animalis, cujus in sistendo sanguine tam efficax esset vis.

Nieremberg. hist. Exot. 1. 9. c. 49.

Quantum ad animal *Maripetum*, scribit Aloysius Almeida eum periculo omnis fidei, & multi confirmant, apud Japones in regno Goto extare sylvam, in quâ tantum gignitur animal canis magnitudine, cruribus brevioribus, ad esum humanum percommo- dum, aureo colore, præmolli etiam villo. Cum fenerit hoc animal, dimissa terra, sponte mare ingredi, ibique paulatim transformari in piscem, ac per singulares corporis partes, certo quodam temporis intervallo, verè mutata quadrupedis forma, ac natura transire in piscem. Idque adeo verum esse obtestatur Auctor, ut affirmet aliquando contigisse, piscem hujusmodi captum, inventum nondum omnibus corporis quadrupedis partibus profus transformatis, nondum videlicet opportuno elapso tempore, quo

omnia piscis membra effici potuerunt: pars enim adhuc habebat formam quadrupedis, altera jam squamis & pennis formata videbatur. Adicit, fabulosum hoc non esse, sed compertissimum jam fuisse, veritatisque huic adstipulare indigenarum omnium consensum.

C A P U T II.

De Dante & Cappa.

SUI generis animal *danta* est (aliqui *Indicapam* vocant, alii *tapiroussu*, alii *doueanare*, ut Lærius scribit) sed multis similis. Mulares habet aures, vitulina labra: rostrum superius propendet per palmum super rictum: attollit, cum irascitur: pænè reliqua membra diversæ bestiae similia, sed plerumque vitulo conformiora. Cornu caret. Ungula juvat dolorem cordis, pellis loricae usum supplet, impenetrabilis est ictibus. Duos ventriculos habet, unus alimenta excipit, alter ignoto adhuc sacramento invenitur putrefactis lignis & virgulis plenus. Una auctoritas parsimoniae naturæ excuset hinc superfluitatem. Nescitur usus & finis hujus ventriculi. Venator oportet vulneret illam ante ingressum aquæ: ibi enim morsu se defendit, & occidit canes. Didicisse phleboto- miam fertur ex hac bestia, homines doctos, namque cum crassescit, interna crura vulnerat arundine resecta, eadem industria atque Hippopotamus.

Nieremberg. Hist. Exot. 1. 9. c. 65.

Lærius de hac bellua sic narrat: Hanc *tapiroussu* appellant, pilo subrubescenti, atque promisso, vaccam magnitudine ac forma valdè referentem. Attam en collo auribus careat, sitque contractiore cum corniculis longioribus & pendulis, siccioribusque tibiis ac gracilioribus, ungula continua, & asini ungulae persimili, meritò quis eam vaccae asinique naturæ participem esse diceret. Differt nihilominus ab utroque plurimùm quòd & brevissimam gerat caudam (Obiterque hic monendus est lector, permulta in America gigni animantia, quæ omnino sine cauda sint) & dentes habeat multo acutiores; nec hominibus propterea quidquam periculi ab ea potest creari, cum in fuga potius, quam in viribus salutem ponere consueverit. Eam barbari sagittis confixam, ut & alias plerasque interficiunt, aut fossâ excavata, muscipulis seu alijsmodi ingeniosè fabricatis venari solent. Cæterum fara illa magno est in pretio apud barbaros, pellis gratia, quam simul atque illi dextraerint, dorsi corium in orbem circumcidentes, ad solum exsiccant, in parmasque findi mediocris cadi magnitudine conformant, quibus in bella hostium excepta repellunt. Tantam vero duritiem pellis ad solem siccata contrahit, ut nullius ictu teli, quantumvis magno impetu vibrati, transigi posse facile

cile credam. In Galliam duas hujusmodi parmas studiosè afferebam: redeuntibus verò fames ita molesta fuit, ut omni com-
 meatu absumpto, ne cercopithecis & psittacis, ejusdemque generis animantibus exceptis, quæ ex regione illa nobiscum advehebamus, parmæ illæ duæ carbonibus impostæ, fuerint etiam ad depellendam famem comedendæ: quibus reliquæ pelles, quæ, ut suo dicam loco, in navi erant, additæ sunt. Porro Tapiroussu caro ad bubulæ gustum ferè accedit. Appendo quæ *Franciscus Hernandus* de *dantis* scribit. Mediocrum mularum æquant magnitudinem, fulvo teguntur pilo, & firma impenetrabili vestiuntur pelle. Capiuntur in canibus, sed diligenter cavendum, ne prius confugiant ad flumina, in quibus sese adversus illos vehementius tuentur. Carnes eorum, ac præcipuè pedum, si probè coquantur, gustu suaves sunt, ac bonum alimentum præstant, offenduntur autem hæc animalia non una in parte continentis.

Nieremberg. Hist. Exot. l. 9. c. 71.

Cappa dicitur animal asino grandius, nigrum, villosum, ferox, canibus quoque infestum. Obium quemque raptat, non secus ac lupo pecudem. Forma pedum insolens. *Ungula* similis est calceo Gallico, à fronte lata, rotunda non scissa: à calcariacuta. Aspectum humanum formidat. Fortasse hoc est anonymum animal *Francisci Hernandi*, & ex *dantarum* genere, de quibus jam dixi.

CAPUT III.

De Ejulatore, Su & Peva.

Nieremberg. Hist. Exot. l. 4. c. 72. Nieremberg.

DE *Ejulatore* ita idem *Nieremberg* gius. Nocentior astus alterius animalis, infantilem simulantis luctum, edito sono sub oppida & villas in prima nocte. Statim miserenti accurrentes, affectu quæsituros plorantem perimit. Sed jam cautè repetio periculo oppidani, prodeunt è domibus incensis titionibus structi. Forma & moles hujus feræ canem leporarium imitatur.

Idem l. 9. c. 47.

Su, id est, aqua, quod juxta fluvios plerunque degat, apud Patagones invenitur. Alii *succarath* vocant. Torva est: prima oris acie quodammodo leonem æmulatur, aut hominem, nam ab aure barbata, haud promissis valde pilis, pectore propendente: circa lumbos nimis constringitur, *cauda* ampla & longa sciuri instar. Gigantes ejus regionis, quoniam cælo non admodum calido fruuntur, protegunt se hujus feræ pellibus. Cum urgetur pellis gratia, catulos in dorsum admissos cauda contegit, & fuga elabatur. Capitur una cum catulis scrobe effossa &

celata ramusculis. Inclusa, præ rabie aut generositate catulos obtruncat, & horribili clamore venatores atterret, donec sagittis cæsa excorietur. Legi (licet autor non sit oculatæ fidei) præ charitate ad prata portare filios, ubi fertis floridis & odoriferis, comit & coronat illos, tum filios recicomare simili in parentes vetulos pietate, eosque portare & alere.

Peva catelli est magnitudine. Hoc ubi tygridem conspexit, illius insilit vestigia, & allatrat assiduè, ut latratu audito, tum feræ, tum homines latebras petant, ac sibi ab instanti ferâ caveant. Hinc sæpe fieri videmus, ut præ inediâ, prædæque defectu, in agris expirent.

Nieremberg. Hist. Exot. l. 9. c. 76.

CAPUT IV.

De animali fætido, Graffa & Coach.

APud *Chiribicenses* animal est gestu mirabile, ait *Petrus Martyr*, strigosum, cubitales loco stercoris emittit colubros. Unum domi suæ se nutrit, & aperto experimento rem ita esse deprehendisse, *Fratres Dominicani* asserunt. Quò solutæ tendant colubri, interrogati. Ad vicinas, dixerunt, sylvas, ubi vitam agunt brevem. Putet animal plus, quam qualecunque cadaver foetidum in sterquilinia projectum: Inde putoris ejus impatientes interfici animal *Dominicani* jusserunt. *Vulpem rostro, pilo* lupum imitatur. Cum in infantum ventribus vermes passim creari, neque senes ab eâ peste esse immunes, atque una cum excrementis emitti vivos didicerim, quos mutato nomine vulgus lumbricos appellat, cur & illud accidere posse non crediderim, inquit *Nieremberg* gius, talibus præcipuè viris, ad affirmantibus.

Nieremberg. l. 9. c. 80.

Graffa in insula *Zanzibar*, potissimum invenitur. Animal est exigui capitis, & longissimi colli: anteriora crura oppidò excedunt posteriora, colore vario albet, rubet, roseisque distinguitur maculis. Mitis bestia est.

Idem. l. d. c. 82.

Coach animal est tres dodrantes longum, pilo vestitum nigro, promiscue cum candenti, sed ventre fulvo. Clamans noctu, humanas imitatur voces. Suis instar edit mayzium cum viret, nec dum spicas concoxit Sol.

Idem l. d. c. 93.

Et tantum de Quadrupedibus sufficiant. Si quid interum obvernerit, quod nos hæcenus latuit, in *Paralipomenis*, si Deus ita voluerit, poterit adjici.



H I Æ N A O D O R I F E R A,

Zibethum Gignente, quæ Civetta

vulgo appellatur.

C A P U T I.



N rebus arduis indagandis exacta, & sedula opus esse cogitatione, longaque meditatione, & quo quisque iudicio, & ratione magis pollet, eo facilius obstructa referare, recondita promere, & in accessu ascendere, satis cuique patens est. Unde, cum in inquisitur, *an Antiquorum Hyæna nobis innotescant*, & vice versa, *an Zibeth ferax Animal præscis innotuerit*, multis valde arduum omnino videatur: Necessum erit, diligenti per vestigatione nos uti, & magis iudicio, ac ratione, quam sensibus inniti, horum ut voti compotes evadamus, quare à nominis (quod multiplex est) explanatione initium ducentes *Civettam*, Ruellio *Sivettam*, (Animal nunc ita dictum) ex qua Zibethum coligitur, quamque *Catum Zibethicum*, Matthiolus, Scaliger, Renodeus, & alii vocarunt, *Mustelam* verò Historiæ insulæ Virginianæ Auctor censuit, *Zapetion* à Græcis recentioribus dici scripsit Renodeus, & à quibusdam *Cadoplectum* appellatur, **H Y Æ N A M O D O R I F E R A M** nos nuncupabimus.

Porro huiuscemodi nomen claturarum quærendi Etymon *Zibeth* Arabicum esse nomen respondere licebit, apud Arabes enim huiusmodi nomen diverso quàmvis significato, legitur. Nempe apud Serapionem cap. 121. de *Sedervam* his verbis: *Zebet*, & est *Algalia* habens odorem bonum, & ingreditur in Medicinis ad abscindendum fluxum sanguinis, & ad casum capillorum. Et addit *Sadervam* esse dictum in lingua Persica, & est res nigracum quatinguntur lina in *Haaman*, & est herba, vel succus niger ingrediens in medicinis odoriferis. Citat autem *Abenmesuai*, *Bedigoram*, & *Rasim*, non autem Græcos, & ipse *Rasis* de eadem te agit lib. 3. ad *Almans*. sub nomine *Scedram*, vel *Scedeguram*. Et *Judæus* apud *Januensem* in *Synonymis Severam* vocavit: ex quibus constat *Serapionis* *Zebeth* aliud quid à nostro *Zibetho* esse, nec quid sit, id quod proposuit *Serapio*, imaginari queo; in mentem tantum ve-

nit Arabibus *Zebeth* significare rem odoratam, sicut *Galia* & *Algalia*, cum dicat hic *Serapio* *Zebeth* esse *Algaliã*. unde extant compositiones non paucæ *Galliæ* nomine, ut *Galia moschata*, *Galia Alephangina*, *Galia Sebelliba*, &c. erit ergo *Galia*, & *Angalia* odoramentum: unde *Zebeth* nostrum summe odoratum *Avorum* nostrorum ætate tale sumpsisse nomen censendum. Ita *Simon Januensis* *Zebeth* esse *Avicennæ Galiam*, seu *Algaliã*, & *Animalis Arabici sudorem*, (de quo videtur fuisse loquutus *Avicenna* lib. 2. c. 326.) sumpsit: sed *Avic. Zebeth*, & *Algalia* diversa res erit, è *Zebeth*, & *Galia Serapionis*, quæ herbæ succus est, & à *Zebeth* videtur primo *Animali* ipsi nomen *Zivette* seu *Zebette* fuisse impositum, à quo corrupto *Sivette*, & *Civette* nomenclatura ortum duxit. Quod si *Pandectario* fides aliqua est præstanda, quum *Zibet albahar* spumam *Maris* interpretetur; *Zebet* forte spumam significabit, & non inepte nostro *Zibetho* aptabitur metaphora, siquidem quum colligitur irato *Animali*, quasi spumans apparet.

Qui *Catum*, vel *Mustelam* dixere, hoc *Animal* inter *Feles Silvestres* reposuisse reor. Verum etiamsi capitis sit aliqua similitudo, in cæteris tamen plurimum discrepant. Nos *Hyenam odoratam* nuncupare maluimus, idque in sequentibus porbabile ostendemus.

C A P U T II.

An *Civetta* sit *Pardalis Antiquorum*?

QUærit *Aristot.* sect. 13. probl. 4. Cur *Animantium* nullum bene oleat, præter *Pardalim*, seu *Pantheram*: hæc namque propter suavem quem spirat odorem, ad se feras illicit: quod pluribus exposuit *Theophrastus* ipsius discipulus libro 6. de *cauplant.* cap. 5. hisce verbis: *Omnino inter bruta, vel nullum, vel certe rarum admodum est, quod odorem persequitur gratia suavitatis, nisi per accidens, cum alimentum est tale. Quippe appetitus ad ipsum pabulum, ejusque causa est. Si quid tamen etiam istiusmodi est, haudquam hominibus constat. Nam, & Pardalim*

Algalia

Avicennæ Zebeth.

Quæsitum.

Hominum enumeratio.

Zebet quid.

Cur animalia inodora.

cate-

ceteris animalibus suaviter olere quidam affirmant, & venari in senecta nimirum bestias alliciendo gratia sui odoris. At nobis nullam odoris affert suavitatem. Nisi verum etiam illud dixeris, ut certe est verum, olfactum homines habere omnium ferme deterrimum. Itaque multi odores, suavitatasque eorum, vel gravitates, latere hominem possunt. & cap. 26. Animal nullum, inquit, penitus odoratum est, nisi quis Pardalim dixerit belluis bene olere, retulit id etiam Plinius lib. 8. cap. 16. ferunt scribens odore earum mire sollicitari quadrupedes cunctas, sed capitis torvitate terreri. Quamobrem occultato eo, reliquas dulcedine invitatas corripunt. Dixerat enim Aristot. lib. 9. de Hist. An. cap. 7. Pantheram sese abscondentem venari dicunt, propterea quod suo odore belluas delectari intelligat, propius enim ita accedunt, quas corripiat, hujuscemodi autem suavem odorem, non belluas tantum sentiunt; sed sui odoris vim ipsa quoque Pardalis sentit. Scriptum etiam reliquit Ælianus lib. 5. de Hist. Anim. cap. 40. Admirabilem quandam, & nobis occultam odoris suavitatem olet Pardalis, quam bene olendi prestantiam divino munere donatam, cum sibi propriam plane tenet, tum verò cetera animalia hanc ejus vim praclare sentiunt. Hæc autem hoc modo venerationem capit. Quum horum, quæ ad victum opus sunt, eget, sese vel in loca fructibus densis consita, vel foliis vestita, ita occultat, ut inventu difficilis, tantum respiret. Tum hinnuli, dorcades, capræ sylvestres, atque alia ejusmodi animalia quædam suavis odoris illecebra attrahuntur, & proxime accedunt, illarum, quam mox de latebra exiliens ad prædam serumpit, atque eam comprehendit. Est igitur Pardalis odorata. Addit Plinius: Panthera, & Tigris macularum varietate prope sola bestiarum spectantur, ceteris unus, ac suus cujusque generis. Pantheris in candido breves macularum oculi. Hæc autem duo, odor nimirum, & maculæ, Petrus Gillium, & alios (ut refert Gesnerus) induxerunt, ut crederent, nostram Civetram esse Pardalim antiquorum. Quæ opinio facile refellitur. Antiquorum enim Panthera vera omnibus hoc ævo est nota, & multum differt à Civetta, immo Septalius in problematibus, Joan. Faber, & alii negant Pantheris suavem inesse odorem: sed bruta alimenti specie odorem istum insequi, hominibus autem neutiquam gratum apparere. Sed, ut verum dicam, multorum animalium excrementa hominibus suaviter odorata videntur, quæ Aristoteli, atque Theophrasto ignota fuerunt. Siquidem Plin. libro 28. de animali Cordylo Crocodilo simili verba faciens, Alter, inquit, illi similis, multum infra magnitudinem, in terra tantum, odoratissimisque floribus vivit: ob id intestina ejus diligenter exquiruntur jucundo nidore facta Crocodileam vocant: Nimirum ipsius excrementum.

Pantheræ odorata.

Venatus Pantheræ.

Error. P. Gillii.

Animalium excrementa odorata.

Murium autem sylvestrium, qui flavo colore, & nostrorum puerorum delicia, (nuncupati Sorci moscaroli) stercus odore moschi præditum est, tale etiam Serpentium quorundam sentitur. Et Renodeus de mat. med. lib. 3. c. 15. Est quoddam genus Mustela majoris, quæ quod martia sit, & pugna, (Gallinas enim etiam grandiores enecat) quibusdam Martes, aliis Martorella, vulgo Fovina dicitur, cujus excrementa Moschum redolent, ut sæpe observavi. Addit Scaliger Exerc. 211. part. 2. Cercopithecum nihilo insuavius quam quodvis Moschum fragrare, mediocriter tamen, & sine fastidio. Moschum etiam Gazellæ excrementum esse notissimum est. Addam ego me observasse parva quædam Insecta vaginipennia à me picta libro de Insectis, quæ contrectata suavissimum spirabant odorem, qualis in floribus Dipcadi, seu Muschi Græci dicti percipitur. Igitur præter Pantheram, multa etiam animalium sunt genera valde odorata, & hominibus grata, inter quæ est Zibeth: quare mitotantquam inutilem quæstionem illam inter Cardanum, & Scaligerum de odore animalium, & de naturæ conatu in ejus generatione.

Insecta odorata.

Quidam arbitrati sunt Animal Zibetti (ut refert Dalecampius) esse Plinii Chaum, de quo talia protulit. lib. 8. cap. 19. Pompeji Magni primum ludi ostenderunt Chaum, quem Galli Raphium vocabant, effigie Lupi, Pardorum maculis. Namque hæ notæ adsunt in Civetta. Verum nulla odoris fit mentio; nomen autem, quod habet Gallicum, fortasse à Gallia patria desumpsit. Nec caput Lupi est in Civetta, quamvis adsint magnitudo, pilorumque asperitas, & color: maculæ pellis ipsum præterea distinguunt. Annotavit verò Dalecampius, fortasse Thoem pro Chao esse reponendum: vulgo Lupum Cervarium: & qui Genettam nostram esse putant verisimiliora loqui videntur. Sed de Thoë extant Philes versus Græci, qui ita latine sonant:

Chaum.

Thoes.

Atque pudoris eruditus dogmata,
Hominem veratur Thoë, hominem si viderit?
Quæ jura fæderationis mutue
Colens opem fert impiger nobis suam,
Hostilis in nos irruat si bellua?

Herodotus lib. 4. Thoës ex Hyæna, & Lupo genitos esse, testatum reliquit.

CAPUT III.

An sit Antiquorum Hyæna?

Civetam veteribus probe fuisse cognitam, & Hyænam ab ipsis fuisse nuncupatam, eorundem auctoritate demonstrare conatur Petrus Bellon. suar. observ. lib. 2. c. 20. quamvis odoratum reddere excrementum non observaverint. Ratio autem est, quia Civetta ferum est Animal, quale etiam

etiam Hyæna describitur: nec tradita figura differt; siquidem Hyæna ex Arist. colore Lupi propè est; sed hirsutior, & juba per totum dorsum prædita est. Civetta etiam magnitudinem, & colorem Lupi habet, similique modo hirsuta est, verùm corpus maculis est aspersum nigris, ita ut sub oculis binæ sint nigræ maculæ, pedes nigro pilo obfiti, crura maculata, cauda oblonga, superius nigra, infima verò parte albis maculis aspersa. Præterea Civetta in cervice, & per dorsum spinam pilos habet nigros, quos surrigit, cum indignatur, non minus quam fuscus, inde factum, ut Glanis piscis etiam Hyæna nuncupatus sit, & talis forte erit juba illi ab Arist. tributa: accedit, quod omnes antiqui maxime ferum Animal dixerint Hyænam, adeo ut Pantheræ mirum in modum eas timeant: etenim scriptum fuit à Plinio lib. 28. cap. 8. *Præcipue Pantheris terrori esse traduntur, ut ne contentur quidem resistere, & aliquid de corio earum habentem non appeti. Mirumque dictu, si pelles utriusque contraria suspendantur, decidere pilos Pantheræ.* Hyænam Pardali inimicam esse, Ælianus etiam lib. 6. c. 22. retulit. At Civettam Cardanus X. de subt. feram adeo judicavit, ut quæ nulla temporis longitudine mitescat.

Hyæna
pisci.Genitale
Hyænae.

Potissima autem ratio desumitur ex eo, quod antiqui Hyænam genitale simul & maris & foeminae habere scripserunt, unde Ovid.

— & que sit foemina tergo
Passa marem, nunc esse marem miretur Hyænam.

Et Plinius lib. 8. cit. *Hyænis utramque esse naturam (ait) & alternis annis mares, alternis foemina fieri, parere sine mare vulgus credit;* quod quamvis revera falsum sit, negetque constanter Aristoteles, tamen negligenter aspicienti vas quoddam ori vulvæ simile, foemininus videtur sexus, quæ apparentia forsitan imposuit antiquis, ut crederent utroque sexu donatam fuisse Hyænam. Arist. 3. de Gener. Anim. cap. 6. voluit stultè, magnoque errore narrari à multis Hyænam duplex genitale habere, maris, & foeminae, & 6. de Hist. Anim. cap. 32. commentitium id esse asserit. *Sed Hyæna virile similiter, atque in Lupis; & Canibus haberi; quod verò foemineum esse videtur (ὀσσεύου) sub cauda positum est, figura simile genitali foeminae, sed sine ullo meatu, sub hoc meatu excrementorum est. Quin etiam foemina Hyæna præter suum illud, etiam simile, ut mas habet, sub cauda sine ullo meatu, à quo excrementorum meatu est, atque sub eo genitale verum continetur. Vulvam etiam Hyæna foemina ut ceteræ hujusmodi foeminae animales habent,* & lib. de gen. citato scripsit, Hyænas, tam mares, quam foeminas habere sub cauda lineam quandam similem genitali foeminino, quæ quidem nota, quamvis communis sit, tamen in maribus potius cernitur, quia mares, quam foeminae frequentius capiuntur,

Aristot.
de genitali
Hyænae.Linea pro
Genitali.

quæ, qui negligentius considerat (refert Aristot.) indictam aberrat opinionem.

Nobis diligentissime considerantibus Civettæ genitalia membra apparuit in ipsis ad amussim quodcunque Hyænae tribuit Aristot. siquidem hæc primo aspectu, & negligenter consideranti duplex videtur habere genitale, at diligenter speculanti nullo modo duplex apparebit; sed unicum tantum, & maris tantummodo in mare, (quale fuit in Cadavere à nobis secto) virile autem perinde ut Lupi, & Canes habet, nimirum osseum, in hoc tamen differt à Canibus, Lupis, & vulpibus, quod horum genitale totum in medio sit osseum, glans vero carnosa solum sine osse: contra Civettæ ossiculum est in sola glande admodum breve, reliqua pars genitalis nervosa osse carens. Vidimus etiam Cuniculum Indicum dictum Romæ *porcelletto d'India* in Genitali continere ossiculum in summo tenue, in basi quadratum, sed depressum.

Quod verò foemineum esse videtur; infra caudam, & genitale positum est, immo inter virile, & testes: figura simile vulvæ foeminae, & in mare labiis est crassioribus, quam in foemella: verum sine ullo meatu est; sed duæ tantummodo cavitates inspicuntur, in quibus colligitur excrementum dictum Zibeth; vocavit autè Arist. hanc particulam in libro de Gener. Anim. citato, *lineam similem genitali foeminino*: Græcè *ἡσθητικὴ ὄσσεύου τῆς τῆς θήλειας ἀδελφῆς* nam negligenter aspicienti foemina apertura, quasi linea videtur; sed meatus non habet penetrantes. In foemina porro Civetta eadem partes eodem sunt dispositæ modo, & ubi in mare est virile, in foemina vulva est: solum modo vascula zibetti in foemina minora sunt, & testes interius latent. Cum igitur tanta appareat Hyænae, & Civettæ genitalium partium similitudo, asse rendum omnino videtur cum Bellonio, idem esse animal, quamvis Zibeth excrementum non consideraverint antiqui.

Ex altera parte Scaliger de subt. exer. 117. part. 7. irridet Hyænam existimantes Catum Zibeticum; quam quoque opinionem resellunt etiam Gesnerus, Augerius Busbequius Ep. 1. de legatione sua Turcica; Clusius in addit. ad Bellonium; & Io. Faber Bambergensis in Romano Lyceo, meus olim Collega; Plura namque sunt ab Aristotele, Plinio, Solino, atque Æliano de Hyæna relata, quæ Civettæ nostræ aptari minimè queunt.

Primo quidem callum, & júbam continuitate spinæ porrigi, flectique nisi circumactu totius corporis non posse, de Hyæna retulerunt, quod in Civetta nostra falsum vidimus, & ex ossium forma in nostro Schelero quilibet considerare valet, collum facile verti posse.

Præterea quoque Solinus assertit, in ore gingivam nullam, sed dentem unum habere,

Notæ ab
Aristot.
assignatæ.Hyænae
conveniunt
notæ.Genitale
osseum.Linea
Genitalium.Opinio
Bellonii.Hyænam
non esse
Catum
Zibeticum.A Colli
inflexione.Ab uno
dente.

atque perpetuum, qui ut nunquam retundatur, naturaliter capsularum modo clauditur: in nostro autem Scheleto dentes plures.

Afermo-
ne huma-
no.

Demum scriptis mandarunt Hyænam fermonem hominum assimilare, pastorum nomina addiscere, ut eos dolo capiat. Item vomitionem hominis imitari ad sollicitans dos canes, quos invadat. Nec ullum ex his adhuc observatum est in Civetta etiam maxime cicurata. Sed hæc facile refelleret Bellonius. Namque sicut Lupo, & Leoni falso tribuit Aristoteles hujuscemodi rigorem colli, ita falso potuit eundem tribuisse Hyænae. Deinde Solinus non loquitur de Hyæna; sed de Crocuta, quæ genita fuit ex Hyæna, & Leæna. Quædemum afferuntur sunt potius admiranda, quam credenda, tum quia, qui ea retulit Plinius pro re mirabili proposuit. Ælianus vero lib. 7. c. 22. Crocutæ ista tribuit, dubitatque an sit fabulosum, quod confirmari videtur, quia Arist. tanquam falsa ea reticuit, nec Busbequius meminit in sua Hyæna.

Crocuta
quid sit.

Civetta
mansueti-
ta.

Addit Scaliger contra Carnum Exer: 211. part. 2. tantum abesse, ut Civettæ sint implacabiles, ut eorum unam humeris suis gestaret Nicolinus ab Ancisa Marchionis Mantuæ spurius: immo Bellonius fatetur, quendam Alexandriae, qui tunc Florentinorum Consulem agebat, Civettam habuisse adeo cicurem, ut cum hominibus colludens illis nasum, aures, & labra sine noxa morsu præhenderet. At levia quidem hæc sunt, natura enim ferum est animal, & foeminam quidem cicuratam scimus, non aures marem.

A Juba.

Majorem vim facit Juba, quam ex Arist. 8. de Hist. Animal. c. 5. Hyæna habet, quemadmodum equus, sed seta duriore longioreque & per totum dorsum porrecta his verbis: *χάρην δὲ ἔχει ἀσπίρ ἕνωσθαι, & ὑπεκκλιροτέρας & βαρυτέρας τὰς τρίχας, & οἱ εἰς τὴν τριχάειαν:* & libro 6. c. 31. *Juba per totum dorsum prædita est*, scriptum reliquerat, & quamvis Civetta irata in dorso pilos erigat Apri modo, non tamen longior est equina juba.

Sed respondere probabiliter admodum Bellon. posset; Nequaquam esse intelligendum Hyænam habere jubam longiorem equina juba; sed cæteris sui corporis pilis; quia equi multi jubam habent ultra tres palmas longam, quod si talem, & longiorem, ac duriolem, nec non per totum dorsum porrectam haberet Hyæna, quum sit Animal omnium consensu lupi magnitudine. & proinde duob. palmis non altius, proculdubio hujusmodi Juba longa per terram traheretur, quare rationi consentaneum est dicere Arist. voluisse, Jubam Hyænae per totum dorsum esse porrectam, non in collo tantum, atque constare ex seta duriore, & longiore, quam sint reliqui pili, ut videmus in suis, & in nostra Civetta.

At dices, si hoc est, cur Arist. Hyænae jubam non affimi lavit potius Aprinae Iubæ, quam equinae, quæ in solo est collo? Respond. Arist. fortasse descripsisse formam Hyænae ex aliquo Indo auctore, qui equum jubatum in collo vidit, non autem Aprum, vel suem, haud enim constat an in India nascantur sues nostris similes: unde Arist. non commutavit inditam jubæ similitudinem.

Genitalium præterea situm diversum esse Hyænae, & Civettæ, ex Arist. verbis colligunt Scaliger in libro 15. Metamorph. Ovidii, & Io. Faber hoc loco. Namque Aristoteles videtur collocare, tam in mare Hyæna, quam in foemina imperviam vulvam statim sub cauda, sub hac excrementorum exitum, sub quo genitale: ex quibus colligit Scaliger, tum à situ, tum quia impervius est meatus, non esse uterum: absurdum enim esset censere Matricem supra rectum intestinum sub dorso esse. Nam ex Arist. meatus excrementorum inter illam rimam, & veretrum est. Faber autem invenit etiam Scaligerum sibi ipsi contradicentem Exer. 217. contra Card. par. 7. *Aristotelem*, inquit, *eam rimam, quæ sub excrementorum exitu est, imperviam introrsum esse dixisse, & dicere debuisset, ait Faber, quæ supra excrementorum exitum est, si Aristotelis mentem declarare, nec sibi ipsi contradicere voluisset.* At veritas ipsa coegit Scaligerum recte loqui; eo enim modo intellecta Aristotelis verba rem impossibilem fingere videntur; omnia enim animalia caudata meatus excrementorum immediatè sub cauda habent; unde, vel de-

A Geni-
talium
situ,

Scaligeri
contra-
dictio.

ceptus fuit Aristoteles falsa relatione: vel error est in textu, & intelligendus, quod dicat, sub cauda quidem esse pseudovulvam, sed non immediatè, aut sub cauda meatus excrementorum, ex altera vero Genitale verum, ipsum vero in medio, & hæc sunt consona rationi, & positui, quem à natura observatum in Civetta videmus, illam autem situationem in nullo animali, nec etiam monstruoso, adhuc vidimus. Sed subtilius hi disputassent, si dixissent, Hyænam habere lineam tantum sine ullo penitus meatu: sed Civetram habere meatus duos, & cavitates, in quibus colligitur Zibethum, verum non ita strictè accipienda sunt Aristotelis verba; sed ut rationi, & experimentis congruant. Porro Busbequius, qui legitimam antiquorum Hyænam se vidisse refert, lineam dictæ situm, & formam si dilucidasset, suas egisset partes: interim dicemus Hyænam non posse habere suum pseudouterum, nisi ea positione, quia spectatur in Civetta, quæ magnitudine sua ferme naturali talis est in resupinato Animali.


Explica-
tio.

Busbe-
quii ne-
gigen-
tia.

Sed omnium maxime hanc refellit Bellonii opinionem ipse Busbequius, dum narrat se Hyenas duas Constantinopoli vidisse, cui fidem præstamus; describit autem Lupo aliquanto

Figura 1.
Descri-
ptio Hy-
nae à Bus-
bequio.

Hyæna Odorata Africana



Catus Zibethicus Americanus



Flaquatzin

Mus Aquaticus



Lynx baileyi



Lynx baileyi



Lynx baileyi

Lynx baileyi

Lynx baileyi

Lynx baileyi

Lynx baileyi

Lynx baileyi



quanto humiliorem, sed nihilo breviorē esse. Pellem habere Lupi similem; nisi quod pilo sit horridiore, & grandiore, maculis quoque nigris distinguatur. Atque Caput (quod maximum est) dorso spinæ contiguum sine ullis vertebrais esse, ut cum respicere velit totam se vertere necesse habeat: plurimas esse in Galatia Hyænas, & frequentissime sepulcra suffodere, & ossa congregare ad suas speluncas, tam humanorum, quam ferinorum cadaverum, & ob id Hyænas facile inveniri, nimirum ex ossium cumulo, ante harum speluncas conspecto. Præterea Joā. Leo in nova Africæ descriptione, esse, ait, forma Lupi, habere pedes humanis similis, humanis maxime cadaveribus delectari, quæ ex sepulturis auferat. Animal esse minime astutum, & cum cantu, ac Tympani sono maxime recreetur, fieri ut interea venatores adeo ad musicam attento, fure pedes ambos innodent, atque ita è speluncis suis extrahant, occidantque. Sed adhuc dubitare licet, numne hæc sit vera Hyæna, quum nec Jubæ, nec genitalium partium, nec morum ab antiquis Hyænae tributorum fiat mentio: sed diversorum: imo cum veteres maxime malignam, & callidam describerint Hyænam, & Leo dictus minime astutam prædicet: dubitatio augetur; quia nec constat de nostra Hyæna, quod refert Plin. lib. 8. c. 30. *Hyæna plurimæ gignuntur in Africa, quæ & Asinorum sylvestrium multitudinem fundit. Mares in eo genere singuli fæminarum gregibus imperitant. Timent libidinis amulos, & ideo gravidas custodiunt: morsuque natos mares castrant. Contra gravida latebras petunt, & parere furta cupiunt, gaudentque copia libidinis. etiam quum liquorem timent, & latratus edunt* Tamen cum dicatur Hyæna libidinosa, & mas, & fæmina, non differet à nostra, quæ ob Ziberhum, non solum ad coitum prona est: Sed alios homines utriusque sexus, ob id ipsum inunctum inciat.

Huc etiam referendi erunt Philes Gæci versus de Animalium proprietate, quibus quædam Anim. proprietates adnotantur, non convenientes Cato Ziberhico, ut cap. 43. de Hyæna, & terrestri, & marina: qui ita latinè sunt redditi:

*Hyæna qua mas pridie videnda erat,
Nunc fæmina est, inique initurque in vicem,
Maternus utque fiat avus haud dixeris.
Alvo ferens, ferensque fætum mutuo.
Si forte quenquam dormientem offenderit,
Pede strepitum non excitante subvolat,
Suamque porrigens dolose dexteram,
Somno jacentis, admoveat eam naribus,
Soporis auctorem, quod ajunt, maxime.
Hinc eruto, quod subtus est caput, solo,
Deponit hoc, nuda, & supino gutture,
Inque illiud incumbens feris complexibus,
Somnos trahentem strangulat miserrime.
Quod si marinae quispiam hyæna pinnula*

*Dextra sopare tangat oppressum, gravem
Statim rigorem huic injicit, cum somniis,
Quæ terreant dira jacentem imagine.*

*Astutia canes hyæna irretiens,
Mox pascit horum carnibus jejunia.
Fulgente namque Cynthia sub vesperam,
Umbra sui illos corporis ferit, retro
Lumen tenens vestigiorum callide.
Mutosque reddens percitos formidine,
Instar veneficæ increpantis carmine,
Occidit incautos dolice crudeliter.*

Idem refert Ælian. lib. 6. c. 14.

Multa quidem de Hyæna relata videntur potius fabulosa. Sic etiam Ælianus lib. 15. de Anim. cap. 14. referre videtur Hyænam esse cornib. præditam, cum ait: *Denique Hyæna, quod animal Capreis minus esse ajunt, sed Cervis animosius multo, & cornibus ferociens:* de quo Æliani loco dubitavit etiã P. Cillius, dum in sua translatione omisit, & Gesnerus adnotavit, esse absurdum, cum Lupi cognata quadrupes sit, nihil cum Capreis, aut Cervis commune habens. Sed quicquid sit de hac Bellua, certum fatemur, multas Hyænae notas adesse in Civetta, non paucas desiderari.

CAPUT IV.

Sub quo Animalium genere sit reponenda Civetta.

QUUM clare ex dictis pateat, nostram Civettam, neque antiquorum Pantheram, neque Plinii Chaum, neque veram Hyænam esse, jure adhuc quaeritur, ad quod animalium genus sit referenda: Multis quidem de genere Felium visa est, unde Catum appellarunt; sic Alexander Benedictus Ruelius, Matthiolus, Scaliger, & alii non pauci Felii silvestri similem faciunt. Et quidem facies videtur Feli similis, pilos enim in barba, ut Felis, habet eodemque modo tres alios oblongos in genis: Sed præter hæc nihil aliud commune cum Cato habet: non pellem, quæ in Fele levis, in Civetta aspera, & oblongis, crassisque pilis; neque ungues quæ Feli sunt adunca, Civettæ obtusa: dissimilia etiam genitalia, immo Fab. Columna Io. Fabro scribens: *Effigies, ait, ad Canum, quam Felium, aut potius Vulpium figuram accedit; quod rostrum non harum ritu obtusum; sed illorum forma oblongum habeat.* Renodeus: Animal ferum est, dentibus ferox, Feli non tam simile, ut multi scribunt. Majus enim est, sæpe Vulpem excedens, caput, collum, pedes, atque alias partes habens illi valde dissimiles. Os ei oblongum est, ut Meli, seu Taxo animali, corpus longum, maxillæ inferius albæ, ut etiam barbitium, pedes nigri, laterales ventris partes albicantes, dorsum ex obscuro cinereum, maculis nigris conspersum. Præterea dentibus canipotius, quam Cato assimilatur.

Equidem ad Hyænas refero, & has ad genus generale illud, quod continet Lupos, Canes, & Vulpes, & similia animalia carnivora. Genus autem Hyenarum multiplex cum

Hyæna
Marina.

Joā.
Leo.

Dubita-
tio.

Quæsi-
t. an.

An sub
genere
Felium.

Gesner.
i ter
Lupos.

Genus
generale.

cum etiam dicat Herodotus lib. 4. ex Hyæna, & Lupo gigni Thoës. unde si conjunguntur Lupis, aliqua inter ipsos est affinitas naturæ.

Hyænarum divi-
sio.

Dico autem, Hyæna, vel est odorata, vel inodora. Atque Hyæna odorata, vel est Orientalis, & Arabica; vel Occidentalis, & Americana. Hyæna inodora erat antiquorum Hyæna, quæ fortasse duplex est: nam, ut mox dixi, Hyæna Busbequeii desiderat non paucas antiquæ notas, & ad Lupum silvestrem arabicum referri posset.

Hyæna autem odorata, & Zibethum ferens duplex est, Arabica, & Americana, ambo conveniunt in generatione Zibethi: sed forma aliquantulum differunt, ni pictor nos fefellerit in Americana. Namque Zibethicum Animal Americanum, quod pictum ostendit Nardus Antonius Recchius, hanc habet formam.

Figura II.

Describens ipsum Faber: Caput, inquit, non crassum, sed tenue, & acutum habere, ut rostrum Caninum potius quam Felinum esse judicares, quod cum labris suis subrubet. Orbitæ circa oculos, qui minus truces sunt, nec magni admodum albicant. Cæterum subcineritii coloris est caput, & pili in barba vix ulli. Collum quoque longius, quam in Tigre, aut Catopardo, quod pulcro quodam ordine alternis nigriusculis, & albicantibus fasciis, velut totidem torquibus arte adpictis exornatur. A capite ad dorsum per colli longitudinem supernam similitudinem colorum lineæ excurrunt. Dorsum medium à collo ad caudam lineam nigricans pilosa valdè distinguit. Maculis in corpore cinereo minus obscuro nigricantibus, rotundis, & ovalibus ordinatim secundum lineam rectam, versus caudam productis, insigniter decoratur. Ita ut superiores, dorso quippe viciniore, sint majores, mediocres paulo inferiores, & quæ in imo sunt ventre sensim evanescent. Caudam gerit alternis similiter, ut in collo dictum, fasciis nigrescentibus, ac cineritiis distinctam, ac satis longam; sub cauda tria foramina eminenter visui se præbent, anus scilicet, locus ille, in quo Zibethum colligitur, & extrahitur, ac vulva: medium tamen cæteris duobus majus apparet.

Hyæna
Americana.

Figura
III.

Hyæna autem odorata Africana, quæ nostra Civetta est, Lupum potius æmulatur, quam Felem: capite enim est oblongo, & rostrum acuminatum, non obtusum, ut Felis, hebet, item dentium formam, ut Canum, duorum palmorum altitudine erat à me sectum animal, tantundem erat corpus à scapulis ad caudam: caudæ vero longitudo quanta totius corporis: collum etiam longitudo superabat semi palmam, (corpus sine collo dupla longitudine altitudinem superare visum est Columnæ: sed vidit animal timidè, & depressè gradiens, ego verò etiam

Hyæna
Africana.

Scheletum sum dimensus) capitis longitudo dupla erat ad latitudinem. In barba, & genis pilos habebat duos, albos & longos Felium ritu: rostrum pilis denudatum, nares nigricanaes, & sub oculis maculæ nigræ: oculi splendentes, & subrubentes Bellonio: Columna autem apud Fabrum, nigriores vidit ex colore castaneo, & flavescente mixto, nec hilares; sed potius tristes, & depressos magis, quam eminentes. Verum ex ambobus oculis nostri Animalis mortui erui gemmas pisi siccati forma, & magnitudine orbiculares, & angulosas, cristallo æmulas, quas etiam nunc servo, quod facit, ut confirmem illi Hyænae nomen. Nam scripsit Plinius lib. 37. cap. 10. & similiter Albertus de lapidibus ex Enace, & Arone: *Gemma Hyænae ex oculis Hyænae, & ob id in vase inveniri dicunt, & si credimus, lingue hominis subdita futura prædicere.* Sed haud dico veras esse gemmas, nam etiam si erutæ hæ geminæ per duos, vel tres dies manserint cristallinae, duræ nimirum, & Diaphanæ; processu tamen temporis opacæ fiunt, & scinduntur in tres aut quatuor veluti squammas lapidibus limacum similes, certè Alexander 1. probl. 6. proposuit: *Cur feles, Hyæna, & vespertilones acute noctu conspiciunt?* Præterea Zibethæ aures sunt parvæ, orbiculares ad Melis, seu Taxi formam, in ipsis similis pilus, nec mollis, nec asper. Corpus habet albicans, & cinereum Lupi colore, maculis aspersum nigris: crura, & pedes potius parva, quam magna; brevia, quam alta, & pilo nigro obsita. Pedum digiti, quatuor simul, & insuper parvus pollex internè situs, nec longè distinctus, ut in Fele. Ungues sunt caninæ, nigræ, breves, crassæ, & obtusæ, minimum aduncæ. Circa genitalia, dicemus, sub cauda immediatè esse excrementorum meatum, proxime collocari testes in maribus, tum vas Zibethicum, & sub hoc sexum masculinum, vel fœminum. At in resupinato animali pinximus primo verile membrum, foris exertum; licet in Animali vivo sit intus reconditum, quod in media glande officulum habet; sub hoc situata est pseudo vulva, sub hac testes, infra quos excrementorum exitus est immediate ad caudam; ut suprâ pag. 21.

Gemmae
ex oculis
Hyænae.

Aures.

Situs vesiculae
Zibethi.

Pinximus autem ea omnia sua ferme naturali magnitudine ad unguem dimensa. Vas autem Zibethi positum est inter genitale, & testes, quos satis magnos, ac evidentes habet, istos secui, & inodoros reperi, & ab his vasa seminaria admodum crassa ferebantur, ad genitalis radicem ad latera pseudouteri sub quo vesica parva erat. Natura autem hujus particulæ paulò post considerabitur. Genitale totum occultatur in corpore Felium modo, dum vivum Animal quiescit, apparetque sola glans: at in cadavere ob relaxationem, uti pictum est, totum mem-

Explicatio.

brum

brum foris extabat, ut à nobis tractum remanserit, nec intus iterum reductum, quiescebat. Totius præterea corporis pili sunt longi, rudes, & asperi apri modo, & in cervice, ac per dorsi spinam piliadsunt nigri, prælongi, ac duriores, quos erigit iratum animal, uti sus. Cauda est oblonga, & bene pilosa, usque ad terram pertingens, variis distincta maculis. Icones hujus animalis positæ à Matthiolo, Bellonio, Clusio, & Columna inter se differunt: magis placet, quæ est in Matthiolo à Valgrisis impresso.

Hyænae
nomen u-
niversale.

Hyæna-
rum pro-
prietas.

His positis concludemus, jure hæc tria animalia à nobis reducta esse ad Hyænae nomen, nimirum ob proprietatem insignem, quam hæc tria animalia habent nullis aliis animalibus communem: nimirum falsæ vulvæ formam, ob quam utrumque habere sexum ab aliquibus credita sunt: quæ proprietates, ut ab aliis animalibus hæc distinguit, ita eadem inter sese unit generica unitate. Communicant igitur simul Hyæna nostra, & antiquorum Hyæna, pseudovulva, genitali osseo, & oculorum gemmis. Verum quia generis nomen hæc tria animalia continentis nos latet, ab antiquiori specie nomenclaturam mutuari libuit. Fortasse sub eodem innominato Genere continetur Fiber, nam Castoreum, vesicæ sunt in inguinibus humorem apertura stillantes melleum: non autem testes ut dicemus.

CAPUT V.

Ubi Hyæna nascantur?

Ex Syria.

HYÆNAS, scripserunt Herodotus lib. 4. Plinius, atque Solinus, plurimas gigni in Africa. At nostra Hyæna, odorata dicta, à Francisco Alexandri Catus Syriacus vocitata fuit, & Matthiolus Venetiis vidit ex Syria delatas. Cardanus verò scripsit, Hispaniam ipsas mittere, quapropter notatur à Scalig. Clarius autem loquutus est Amatus scribens, Lusitanos eas deferre ab Indiis: sed memoria non excidit mihi, aliquot ab hinc annis à Litvano quodam pharmacopœo Romam ad Henricum Convinum transmissum fuisse vasculum Zibethi, & Ungulam Alcis, qui etiam scripsit, ista esse fructus suæ regionis: unde suspicor etiam in illis frigidis regionibus oriri Civettas.

An in Li-
tuania.

In Indiis.

De Zibethico autem animali Americano scribens Jo. Faber ex F. Gregorio de Bolivar; Hoc animal, inquit, nascitur in multis Indiæ orientalis, atque occidentalis partibus, cujusmodi in orientali sunt provinciæ Bengala, Ceilam, Sumtra, Java major, & minor, Malipur, & plures aliæ.

Nova Hi-
spania.

In nova Hispania verò sunt provinciæ de Quatemala, Campege, Nicaragua, de vera Cruce, Florida, & magna illa Insula S. Domini, aut Hispaniola, Cuba, Matalino, Guadalupa, & aliæ.

In Regno Peruano animal hoc magna copia reperitur. In Paraguay, Tucamam, Chiraguanas, Sancta Cruce de la Sierra, Yungas, Andes, Chiachiapoias, Quizos, Timana, Novo Regno, & in omnibus provinciis magno flumini Maragnone confinitibus, quæ circa hoc ferme sine numero adduo Leucarum millia sunt extensæ. Multo adhuc plura ejusmodi animalia nascuntur in Brasilia, ubi mercatura Zibethi exercitatur.

Guinea.

Magna horum abundantia quoque est in Guinea, in provinciis nimirum de Loango, Congo, Manicongo, circa flumina Angolæ, usque ad Cafres, & finem bonæ spei, maxime autem in grandissimis, & extensissimis montibus, qui ibi prostant, quos Fragofas Cuspides appellare solent. Et ex parte quidem Cafres montium de Torea, aut de Luna, ubi maxima Algaliæ quantitas extat.

CAPUT VI.

De Vasculo Zibethico.

Zibeth, quod ab hoc animali generatur, non ex toto corpore, sed ex determinata particula colligitur, quo, qualis, quanta & ubi sit, nunc est à nobis investiganda. Turpiter autem erravit Jo. Riolanus, suæ Pathologiæ cap. 11. scribens: *Damarum stercus benè olet, & Gazella cacat Zibethum.*

At Ruellius primo de Nat. stirp. capite 27. *erui è genitalibus locis scipsit & subjungit, è cujus natura sordes manant, &c.* cui assentiri videntur Matthiolus, & Francisce. Alexandri. Excrementitium genitalium humorem vocavit Dessenius. At Renodeus circum testes & pudenda concreescere scripsit. Itaque hi videntur censuisse testes esse vasculum Zibethi, sed rediculum est, quod Everhardus à Mepschen narravit Dessenio de Civetta Alexandri Cardinal. Farnesii, *excelsis testibus aperto vulnere sudorem defatigata, & irritata fera colligi.* Nam orificia, quæ cernimus naturalia, ipse censuit arte facta excelsis testibus. Columna autem Epist. 1. ad Fabrum, vocat testiculos, sive utriculos, qui medii inter anum, & pudendum prominent, tam in mare, quam in foemina. *In mare tamen duplo grandiores apparent. Hi utriculi interna sui parte, ubi pilicurtiherent, capacem satis cavitatem obtinent, in quam ingressus patet exiguus, & cartilagineus.* deinde subdit: *sub dictis utriculis, folliculis, sive testiculis (nam alii testiculi haud apparent) maris genitale situm est.* Quæ verba fecerunt, ut Faber dubitaret, quid sibi vellet Columna, ex folliculis illis, utriculis, sive testiculis Zibethum colligi. an foeminæ quoque extra prominentes Didymos habent?

Pars fe-
rens Zi-
bethum.

Colum-
na.

Clarius profecto loquutus fuit Alexander Benedictus de cur. morbis Foeminæ intragenitale, & alvum: Mari intra genitale membrum, & testes colligi Zibethum, & Columna altera Epistola ad Fabri dubi-

tionem respondens, denuo revisis, & exactius consideratis dictis animalibus: *Testes*, ait, *ex lateribus folliculorum cum manibus eversi, tam magni eos atrectanti manifestantur, quam ab iisdem folliculis contineri possunt, & subdit: folliculis his ad latus foraminum (qua instrumento humorem exempturo ingressus datur) in externa parte testes adherent. In femina testes illi perquisiti, non inveniuntur, molliores enim sunt illi utriculi, seu folliculi, nec ut in mare grumofitas illa, & durities oblonga testium percipitur.* Præterea Frater Gregorius de Bolivar apud eundem Fabrum, *Mares solos*, ait, *foras eductos, & conspicuos testes, intus conclusos feminas gestare.* Decipi autem omnes affirmabat, qui prominentias illas in femina ambas intra vulvam, & anum fitas, testiculos esse sibi persuaderent. Hos enim tumores, solos esse illos folliculos, & utriculos à natura eoloci fabricatos, in quibus Zibethum paulatim colligitur, & inde evacuatur. Et cum duo sint, imponere facile possent, etiam valde gnaris, & Naturæ studiorum non in expertis, ut testiculos esse ad credendum adducerentur. Et quoniam iidem utriculi in eadem regione, ubi maris testiculi hærent, positi videntur, illosque veluti investiunt, & cooperiunt, hinc fieri posset, ut crederent aliqui testes esse: hæc, si apud eruditos quidem, & oculatos auctores leguntur, quid sperandum ab iis, qui Animal non viderunt? Columna asserere videtur, testes in folliculis contineri, & adhærere in externa parte folliculis ad latus foraminum, quod jure negat Bolivar.

Verlor.
sententia.

Nostra
inspectio.

Dilucidatio.

Vas Zibethi.

Sed nos cæteris omissis dicemus in resupinato animali mortuo sub ipsis utriculis testes esse, non tactu solum; sed oculis quoque manifestissimos, ut pictura ostendit, erecto animal non ita prominent, cum interius comprimantur, ita etiam in vivo, & bene valente Animali semper testes sunt retracti, ut in homine juvene, & valido accidere dixit Galenus libro 1. de sem. capite 15. fecus in fene, nisi morbosè fuerint convulsi, ideo F. Columna in animali inquietissimo, ferocissimo, erecto, & valido non potuit istos bene tangere, & considerare; adeo ut ipsi visum fuerit testes in folliculis ipsi contineri. Sunt autem testes à Zibethi vasculis omnino distincti, & sua habent vasa ferentia semen ad meatum genitalis, valde crassa, ut nos Anatomæ docuit, & servamus adhuc apud nos hujus Animalis scrotum exiccatum, in quo testes.

Membrum Zibethicum primo aspectu feminea vulva videtur: lineam enim oblongam habet, & labia crassa, quod si manibus tangatur, tactu sentitur ovi parvi magnitudine, veluti cartilagosum corpus, & duriusculum, in quo, cum parum digitis deducitur, & dilatatur, apparent duo oblonga foramina, iis, quæ sunt in naribus, similia, sub quibus cavitates quædam sunt, sedes Zibe-

thi; Hæc vascula si digitis magis pressa deducantur apertis omnino foraminibus totas cavitates demonstrant, loculique perfecte patent, quorum cavitas tanta est, quanta sufficeret ad continendum Amygdalæ nucleum, in his loculis nullus porus, nullus meatus apparet: Sed sectione facta, corpus duriusculum ovi magnitudine, quod cartilagosum tactu videbatur, agnovi distingui in duos utriculos olivæ Hispanicæ magnitudine, & nequaquam cartilagosos, sed carnosos, & minutis, albis, duris glandulis, seu granulis infertos; duriore autem multum, quam testes, erant substantia: omnino tamen inter se distinguebantur hi folliculi, membranæ tamen uniti, & interior quidam communis erat ambobus utriculis; servo adhuc apud me hosce utriculos exiccatos, qui mire redolent Zibethum, cum testes veri exiccati cum scroto nihil oleant: sed quod mirum Animal Hydrope exanimatum putrefactis omnibus visceribus, & maximè foetidis, vehemens ut nausea secanti excitaretur: & alioqui foetidum totum: tamen mire olebat, & nunc etiam optimum spirat odorem, vas Zebethi.

Structura.

CAPUT VII.

De Castoreo.

CUM autem ad dilucidandum genus, & proprietatem Hyænæ odoratæ plurimum conferat Fibri Historia: ideo dicemus quod Fiber Animal sit, cujus & mas, & femina reperitur, ambo in inguinibus conceptacula quædam habent, è quibus, per sua oscula, melleus quidam liquor emanat, quem Fiber ipse delingere solet; Mares autem habent præterea suos testes sub cute intus ita conclusos, ut tangi nequeant, veluti fues, teste Dioscoride. Rondeletius similes tumores in Leporibus esse dixit, unde factum sit, ut vulgus eos, mares, & feminas censuerit. Pariter Moscho Animal similes esse censuit, vesiculæ enim Moschi id indicant, sed Rondeletii verba digna sunt, quæ huc transferantur, hic lib. de Amphibiis cap 8. *Fibri*, inquit, *in inguinibus geminos tumores habent, utrinque unicum membrana sua conclusum, ovi anserini magnitudine, inter hos est mentula in maribus, in feminis pudendum. Hi tumores testes non sunt; sed folliculi membrana contexti in quorum medio singuli sunt meatus, è quibus exudat liquor pinguis, & cerosus, quem ipse Castor sæpè admoto ore lambit, & exugit, postea hoc veluti oleo, quas potest corporis partes contingere oblitit. Hos tumores testes non esse hinc maxime colligas, quod ab his nulla sit ad mentulam via, neque ductus, quo humor in mentulam meatum derivetur, & foras emittatur. Præterea quod testes intus reperiuntur. Liqueur ille, de quo loquimur, quum recens est, oleum refert, quum vetustior mellis liquidi colore est,*

Rondeletius.

est, & crassitudine. Idem Leporum exemplo declarare non inutile fuerit. Iis in utroque inguine tumor est, glandula prominentis modo, intus meatus est varicosus, capreoli modo intortus, & quo liquor effluit. Hos tumores cum in omnibus leporibus observasset vulgus, lepores omnes simul mares, & feminas esse credidit. Eosdem tumores Moscho animali esse putato, à quibus odoratum illud pus emanat. Neque sunt audiendi, qui putant tuberculi, vel umbilici inflammati saniem esse. Tumorem esse glandulæ, vel testiculo similem membrana circumdatum norunt, qui adulterant. nam in testiculi formam effingunt, ac testiculum Moschi appellant. Hæc, quæ de tumoribus inguinum Castoris, & liquore inde manante à nobis prodita sunt, cum ita se habere doceat ipsa inspectio, & paulò ante dixerat Rondeletius. Testes parvi, substrictique, & adherentes spina, qui adimi sine vita animalis non possunt. id prius scripserat Dioscorides, licet censuerit, quod defertur, bivastrum esse testes. pariter Plin. lib. 32. cap. 3. ex Sextio Medico diligentissimo. ex quo videtur colligi posse liquoris folliculos non esse testes, & quidem facile, quia testes non sunt liquoris forma in folliculis. Dicendum ergo adesse Animalia multa, ut Hyænas, Zibethica, Castores, Moschifera, Lepores, & alia, quæ inguinibus vascula ferant, in quibus liquores quosdam odoratos proprios deferant, ut inter pisces sepia, loligo, purpura, excrementa odorata continent in Vesiculis.

Quod autem de Moscho ferunt, non videtur verum. Concedimus quidem Animal esse exoticum, & Indicum in regno Pegu, ac potissimum in agro Tumbascorum admodum frequens, capræ non multum dissimile, ac corpore prægandi, *Dorchadem Moschi, Gazellam Indicam, & Capreolum Moschi* nominatum, ex cujus inferiore maxilla, æque dentes utrinque singuli porcorum instar exe-runtur.

At quum narrant, huic cum Veneris cæstro percellitur, furoris vehementia umbilici regionem intumescere, ibique congesto sanguine multo, & crasso fieri apostema: atque tum ferum illud animal potum, cibumque averfari omnem, & humi sese proolvere, atque lapidibus, & arborum truncis turgentem partem quadam voluptate confricando, disrumpere, ac vomitam aperire, ex qua saniem quandam excerni, quæ verus est Moschus, illam autem saniem (etiam referunt) super arborum truncis, aut faxis relictam, calore solis, ac Coeli bonitate coqui, & elaborari, sic virosam ipsius odorem, si quis est, dissipari, & hanc esse optimum Moschum. Alioqui capta fera venatores partem cum corlo simul abscindere, cruorem effluentem exprimere, colligere, exicare, & servare cum utriculis, aut pellibus eorumdem animalium, quorum sæpe sanguinem exicca-

tum, præculæ recrementi dicti portioni commixtum pro puro Moscho ab infirmis, seu adulteratoribus vendi, &c. Nos si hæc attentè consideraverimus eandem esse naturam Moschiferi Animalis, ac Zibethici aperte cognoscemus, nonne amobus sub umbilico vas excrementi collocatur? nonne amobad Venerem irritantur copia sui excrementi? nonne amob, ut tale excrementum expurgent, se confricant lapidibus, & stirpibus? nonne utrumque excrementum eligitur potius ab Animali expurgatum, quam ab homine extractum? Quare utriusque similis est natura; & ideo si ex Arist. à notioribus nobis ad minus nota procedendum: ex nota natura Zibethi, veniemus in cognitionem Moschi minus nobis noti, & dicemus sicu Zibeth est non ex apostemate, ita neque Moschus: quare Moschiferum Animal habebit etiam particulum determinatam naturaliter ad colligendum excrementum ductum Moschus.

CAPUT VIII.

Quid sit Zibeth.

EX hoc Animali colligitur odoramentum dictum Zibeth à Scaligero, Zibetum, & Zapetion ab Hermolao, & Ruello: à nonnullis Algalia, ab aliis Civetta. Hujus in Animali ipso, quæ sit materia, non certo apud omnes constat.

Siquidem animalis semen vocavit Cardanus: unde à Scaligero reprehenditur, & jure: verum enim semen non esse, patet manifeste, quia, qui adhærent, subsuntque testes, non eo suos seminales ductus evacuant, sed per penem, ut in Canibus, quod sectione earum partium clarissime videmus. Nec possumus dicere, quatuor habere testes, duos proli generandæ destinatos, alteros vero apertos ad superflui feminis excretionem; quia hi utriculi exiccati, quos servo, odorem Zibethi spirant; nullum autem testes, quo patet aliam materiam contineri in testibus, aliam in istis folliculis, & verum semen neutiquam esse odo Zibethi.

Plurimi censuerunt esse Animalis sudorem, ut Scaliger, Matthiolus, Januensis, Renodeus, Jo. Leo in desc. Africa, F. Gregorius de Bolivar, quibus subscripsit Faber, id affirmant, quia defatigato, irritato, & sudante animali plurimum colligitur, imo etiam sub coxis, brachiis, collo, & cauda ex F. Gregorio. Quibus ego assentiri nequeo: nam cum sudor per totum corpus emittatur, non in hominibus tantum, verum etiam in belluis (vidimus enim in equis sudantia dorsum, coxas, collum, & caput) etiam si copiosior à dictis partibus sudor emergat: & ideo totum corpus eodem deberet esse præditum odore. Cum verò soli utriculi, & humor solus in ipsis collectus percipiatur odorata, non autem pellem, carnem, axillas, & totum corpus, odora-

An sit semen?

Nominat.

An sit semen?

An sit sudor?

odorato sentiamus, ne utique dicendus erit sudor: nisi forte à modo, quo colligitur in ipsis utriculis, hoc nomen sumere voluerimus; videtur enim à corpore glanduloso, & spongioso per invisibiles poros in cavitates folliculorum resudare; unde dicitur, non simpliciter sudor; sed membri Zibethici sudor.

An sit excrementum?

Alii generalius loquentes excrementum dixere, ita Ruellius vocavit sordem odoratissimum genitalium locorum. Dessenius excrementum genitalium humorem dixit, Scaligero & Renodeo placuit etiam appellare strigmentum circa testes, & pudenda concretum. Sed hi non descendunt ad particularem hujus excrementi naturam: quare assumpto, omnium auctorum consensu, quod sit animalis excrementum, considerandum à nobis erit, quale sit excrementum.

Distinctio excrementorum.

Possimus distinguere excrementa, ut aliud sit utile excrementum, ut semen, lac; aliud inutile, ut pus, sudor, sordes, &c. Diximus, non esse semen, neque sudorem, neque erit pus; quia nec ulcus adest, nec materia corrupta, vel similis, ex qua pus gignatur. Ego censeo esse excrementum proprium substantiæ glandulosæ dictorum folliculorum; quæ tale gignat insita & propria vi, ac facultate, ut ventriculus chylum generat, Hepar sanguinem, Mammæ lac, testes semen, aures suas sordes, sepia atramentum, Vipera in dentibus Venenum, & similia, immo, & simile omnino Melleo excremento Castori, & Moschi, & similibus Animalium. Sed vereor determinare, an sit excrementum utile ipsi parti, vel Animali gignenti, ut lac, & semen: vel omnino inutile, ut sordes aurium. Nam quum genitum excrementum grave videatur ipsi animali; ab ejus enim acrimonia velligatur, & cogitur se ipsum eo exonerare. femina autem, quæ cicur facta est, videtur delectari, dum auriscalpio Zibethum extrahitur, ex quo suspicari, inutile, & nocuum ipsi animanti esse excrementum, possumus. Contra odoris suavitas non indicat concoctionis carentiam nec putredinem, uti accidit in excrementis præter naturam; sed perfectam concoctionem, & naturæ dominium: unde superante natura, materia concocta à vi specifica membri, dicenda erit naturalis, quamvis copiose excrefcens, partem propriam, veluti ad foetum edendum, ad sui excrementum irritet. idem enim accidit abundante in suis vasifemine, & lacte. Erit ergo excrementum utile, alioquin frustra natura tantam vim dedisset illis utriculis, quæ gignerent materiam adeo odoratam, & suavem, ut multas alias superet odoratas res. Sed ad quem finem? semen inservit ad generationem animalium, lac ad eorundem nutritionem, ad quid proderit hoc excrementum? equidem

Excrementum utile.

Finis.

possem imaginari, vel ut irritentur animalia ipsa ad coitum; vel ut ad idem remedium sit homini, ejus enim gratia animalia fuerunt creata, ad hoc Castoris mellaginem destinamus, vel denique, ut iste odor inserviat animali ad venandum, & ad se allicienda animalia, ut de Pantheræ odore diximus. si quis meliora attulerit, laudabimus ingenium.

CAPUT IX.

De collectione, & electione Zibethi.

Quum repleti fuerint utriculi substantia Zibethi, animal ipsum inquietum est, & semet exonerare satagit: unde videtur dicendum, ab ipsius acri qualitate turgere, vexari, & pungi, atque ad excretionem proritari: delectarique videntur cicurata animalia, dum folliculi in auriscalpio exinaniuntur, scribit Faber ex F. Gregorio citatio. In hisce montibus, quos animalia hæc perrerant, omnibus adhibita diligentia Nigrite, sive Mauri illi perquirunt veteres arborum, aridosque truncos, & ubi aliquas maculas magnas, easque oleosas observaverint, eo se conferunt, & globosam quandam materiam truncis iisdem adhaerentem, nuculas, aut castaneas magnitudine æquantem inde auferunt, in aqua ebullire permittunt, id quod supernatat pingue, & oleosum removent, mundioribus vasibus infundunt, usuique reservant. Atque hæc est omnium optima, ac purissima Algalia. repletis enim folliculis, ob acrimoniam, ut reor, vellicantur, & coguntur animalia se depurare: ideo in silvis arborum truncis se confricant, ut talis materia arboribus adhaereat.

Collectio.

Ea autem Animalia, quæ in caveis magnis domi asservantur, vel cicurata sunt, si abundaverit in eorum utriculis succus iste quasi eo molestata, velociter per caveam ambulat, nec loco stare queunt, & si non extrahatur à nobis excrementum. Animal ipsum, caveæ lateribus, & domus parietibus se confricando, Zibeth à se abstergit, quod ita perit. F. Columna apud Fabrum descripsit modum, quo famuli D. Barnardine de Corduba odoriferum hunc liquorem ex maculo detrahere parabant. Ex famulis unus *seu catenulam, qua ligabatur, traherebat. Posteriores alius pedes tenebat: Tertius utriculos revolvebat, qui medii inter anum, ac pudendum, prominent, tam in mare, quam in femina, in horum cavitate scaturiginem suam liquor ille Zibethicus, consistentiæ prorsus mellæ, sumit. Hic extrahitur immisso auriscalpii majores simili instrumento, quod per cavitatem quaqua versus sæpiuscule revolvitur. Hoc ubi in uno, atque altero folliculo præstitisset, gossypio utriusque pilos, qui curti sunt, abstergebat. Ab ubi sexies forsan cochleari illo*

Modus colligendi.

illo parvo utrumque utriculum emundasset, tantum ferme Zibethi collegit, quantum avellanae nucis cortici implendo satis esset. Addebat idem D. de Corduba æstate liquidior, quàm hyeme succum colligi, ita ut in caloribus illis, singulis binio diebus semuncia corraderetur: hyberno vero tempore, vix semel in septimana succum illum, nec tantam ejus quantitatem acquiri. Ex femina postea minus Zibethi educebat, quæ cicur facta nullatenus repugnabat.

Substantia.

Zibethi substantia videtur esse pinguis, & unctiosa: nam in aqua ebulliens superiora petit, & ab heterogeneis separatur: consistentia Mellis, seu Butyri est: liquidius æstate abstractum, vel recenter; temporis processu incrassatur. ego extraxi à folliculis animalis demortui ultra drachmas duas, colore albido, & mellis liquidioris consistentia. Scaliger (& cum hoc Renodeus) dixit esse odoramentum pingue, crassum, nigri saponis facie; sed vidit in superficie, & antiquatum. Amatus vero, quum recens est, inquit, tetri, & horribilis est odoris, postea vero successu temporis gratum spirat odorem. Quadramius Zibetho contrarium accidere, Ambræ, & Moschi, hæc enim quo recentiora, eo præstantiora, Zibethum autem vetustius, melius F. Donatus ab Eremita lib. 1. Antidotarii cap. 10. optimum, ait, esse leonino, ac sub pallido colore, pingue, moderate liquidum, tempore crassescens, papyro impositum, & confricatum solubile sine corpore, quo distinguitur ab adulterato. Idem Frater Evangelista Quadramius lib. de Theriaca c. 11. scripsit: Masculi Zibethum albido est colore, foemellæ vero leonino, post hebdomadam ab Animalis extractum, tempore procedente obscurum apparet. cum tamen & ipsum initio album spectetur, sed citissime fulvescat, præstans sic evadat. foeminei Zibethi uncia valet quantum Masculi unciaë quatuor. ita admista uncia una foeminini, sex masculini uncias ambo perficiuntur, cum masculinum solum absque foeminino parum valeat.

Qualitates.

Adulteria.

Adulteratur variis modis, admisto Butyro, vel pulpa passularum majorum, seu Zibibi, & aliis rebus. Frater Evangelista Quadramius l. de Theriaca cap. 1. Zibethum adulteratur Adipe rancido, vel Butyro, vel caseo. sed si hujusmodi parum impositum fuerit cochleari argenteo super prunas, adulteratum reddet suæ missionis odorem, vel casei, vel adipis, vel butyri rancidi, legitimum vero suavissimum odorem. Sed legitimumne, an adulteratum sit, ex F. Gregorio scribit Faber, cognosci, quia infusum in vas in quo aqua bullit, statim, quod heterogeneum, & Algaliæ admixtum fuit, fundum petit, Zibethum autem sincerum aquæ superficiei innatat. Nos dicemus admixtum cum Butyro, vel alia re pingui, non posse separari dicto modo: sed percepimus etiam aliquando in ipso odorem Butyri rancidi; butyrum enim veterascens corrumpitur, & odore rancido

Legitimum.

femetipsum manifestat. Solet etiam optimum Zibethum acquirere colorem, veluti telam quandam fuliginæ, sed in profundo albescit; quod vero adulteratum fuit, ejusdem est coloris in profundo, ac in superficie. servatur in vitro, non alibi.

CAPUT X.

De usu, & facultatibus Zibethi.

Duplicis est usus Zibethum, vel odoris gratia, vel facultatum. odorem tantum respiciunt Myropolæ, Medeci facultates. Cautè dicunt Myropolæ adhibendum esse in compositionibus aromaticis Zibethum; nam suo valido odore alios superat; unde odorata unguenta ex multis conflata Zibethum tantum redolent. Pulvis Zibethi simplex apud Alexium fit saccharo candi, & Zibetho simul in pulverem redactis, qui servatur vase vitreo optime clauso. Rosellus sumit Ovorum cortices lotos, & siccatos, in tenuissimum pulverem redigit, & cuilibet unciaë addit Karaktos iij. Zibethi. Karaktus autem pendet grana iij. vel recipit cortices præparatos ovorum duarum unciarum pondere, infundit in aqua rosacea Moschata. 10. vel 12. diebus, eos exiccat, terit, & cribrat in tenuissimum pulverem, addit pulveris sacchari fini unciam unam, tunc Mortarium æneum prunis ardentibus intropositis calefacit, quantum tactu ferre manus possint, inde absterfo mortario imponit pulverem corticum, levigat pistillo, & addit Zibethi Karaktos iij. paulatim miscendo inuncta pistilli summitate, sic levigat spatio unius horæ, postea in vitreo vase bene clauso servat: quo pulvere aspergemus dealbata linteamina, subuculas, & alias vestes.

Cautio.

Pulvis Zibethi.

Sapo odoratus fit ab iisdem auctoribus, accipiendo saponem communem optimum, fecant subtiliter, & exiccant ad solem, vel in umbra per 10. dies, tundunt, & cibrant in pulverem tenuem, tunc addunt Zibethi pulverem, & aqua rosacea uniunt in solidam formam.

Sapo.

Fiunt etiam ex Zibetho olea, unguenta, & suffumigia, quæ describere supersedebam.

Odoramenta.

Quoad vires medicas; F. Gregorius de Bolivar apud Fabrum, Pellis, inquit, ventris ipsius est saluberrima in omnibus frigidis affectibus. Ventericulus præcipue roborat, si frustulum ex hac eadem imponatur, & quotidie gestetur. Nigri illi Guinea, & Brasilienses barbari hujus quoque animalis carnibus vescuntur, utcumque sit pessimi odoris, & digestionis durissima, quam ad venerem tamen præstare maximum stimulum affirmant. Sed Hyenæ pellis ad morsum canis facit ex Scribonio Largo cap. 171. Pervenit ad me opinio, inquit, esse in insula Creta barbarum quendam naufragio apulsam, majorem natu publice mercedem accipientem. Quin etiam

Vires Peilis.

etiam

etiam quum liquorem timent, & latratus edunt spasmoque vexantur: remedium brachio sinistro alligato efficere, ut & potionem accipiant, & liberentur vitio. Hoc ego cum quererem ab hospite meo legato inde misso, nomine Zopyro, Gordiense medico, quod esset pro magno munere, accepi. dixit autem Hyena corii particulam esse panno inligatam: quod eo adhuc non sum expertus, quamvis protinus magna cura Hyenam invenerim, & pellem paratam habeam: quia non incidit ex eo quisquam, & opto quidem ne incidat: sed quia id non est in nostra potestate, si casu incidere, remedium habere oportet ad tantæ rei experimentum, & Marcellus Empiricus cap. 36. Vituli marini, aut quod melius est, Hyena pelle facta calceamenta si quis in quotidiano usu habuerit, efficaciter podagra morbo carebit. sic etiam Ætius serm. 2. cap. 162. Hyena pellem quidam domi repositam adservant, & usu expetente ipsam à rabioso cane commorsis circumdant. Nam proprietate quadam prohibet, ne commorsus in aqua timorem delabatur sed etiam illapsis auxiliatur. supra fidem autem est, quod refert Nonius cap. 259. de fulminib. scribens, à fulminibus dictas pelles homines tueri, & præservare, his verbis: Phoca pellis, & Hyena: Quorum animantium pelles etiam imperatorum Naves circumferunt.

Avicenna.

Zibethi autem liquorem equidem affirmare Avicennæ fuisse cognitum, & de eo egisse lib. 2. c. 326. nomine Galix, & Algaliæ. quò loco non potest intelligere Galliam Moschatam, quia loquitur de medicamentis simplicibus, non autem de compositis. Alia verò res est Algalia, & Sedervam Serapionis, quæ succus herbæ frigidus, & astringens est, ut Acacia, quod etiam animadvertit Lusitanus in Dioscoridem. Porto Simon Januensis Zebeth esse Avicennæ Galliam censuit, & animalis Arabici sudorem. Adde quod vires ab Avicenna Algaliæ tributæ nulli alteri rei, quam nostro Zibetho conveniunt. scribit namque Avicenna: Galia lenit apostemata dura. Dissolvitur in Oleo Ben, aut Keiri, & destillatur in aurem dolorosam, & ejus odoramentum confert epileptico, & vivificat eos, & sedat sodam frigidam, & quando datur de eo in vino, inebriat. Odor Galix confortat cor. Algalia confert doloribus matricis frigidis supposita, & apostematibus ejus duris, & phlegmaticis, & provocat menstrua, & facit matricem descendere præfocatum, & inclinatum, & mundificat eam, & præparat ipsam ad impregnationem. quæ omnia Zibethum peroptime præstat; non differt Galia, ab Algalia, quia al est articulus apud Arabes.

Temperamentum.

Matthiolus calidæ, & humidæ facultatis esse censuit. contra Cardanus animalium odorata excrementa valde sicca pronunciauit. Renodeus, & Amatus Lusitanus odorem Zibethi Moscho affinum dicunt, sic &

qualitatem, at Moschus ex Avicenna est calidus, & ficcus in secundo gradu. Quod si Animalis sudor est, quum sit Animalis calidissimi, & tempore calidissimo abundans; immo in animali ira, & motu calefacto; dicendum videtur Zibethum esse substantiam biliosam, calidam, & ficcam, facultate digerente præditam. sed quia sapor à nemine, quod sciam, est degustatus, ideo ex hoc nihil colligere possumus certi. Galen. 10. de sump. med. fac. agens de sudore, illi misceri interdum dixit nonnihil bilis, ita ut aliquando falsus, aliquando amarus appareat sudor, unde quum Civetta sudans, & bilescens copiosorem reddat Zibethum, huic sudori nonnihil misceri bilis opinabimur: quare succus erit facultate calidus, & ficcus, & fortasse amarus, & acris. Et quum sudantium fordes facultatem habere expertus fuerit Galenus digerentem, ita ut in phlegmone uberum fuerint efficacè remedium; præterea ad Bubonem iisdem usus, celeriter disparuisse tumorem, conspexerit. Hinc Avicenna Zibethum, seu Algaliam dura apostemata lenire scripsit. Sed partium genitalium videtur proprium, iisdemque dicatum pharmacum, de quo Castor Durantes ita cecinit:

Zibethum calidum, ficcum.

Castor Durantes.

*Zibethi Veneris crescunt solatio odore,
Adjuvat hoc uterum ne præfocetur, &
inde*

*Est adeo vulvagratum, ut proclives ad illud
Quamvis admotum irrepit.*

Ruellius vero, si cavernula, inquit, umbilici admoveatur, tradunt conversum in alterutram partem uterum in suam resilire sedem: aut si sursum versus impulsus opprimat, subito eo devocari, tam amans hujus odoramenti vulva, ut ad id undecunque admotum irrepit. idem tradit Matthiolus, Renodeus, Amatus, qui etiam pessos adaptat. Hoc etiam utuntur ad uteri stranguationem L. Marcatus, M. Pascalius, G. Bruellius, Scenckius, Hollerius, Altimarus, & Capivaccius. Ad uteri prævocationem malignam commendat Jo. Colle. eodem etiam utuntur Rasis, & Valescus Algaliam vocantes. Rod à Castro lib. 2. de Morb. Mul. cap. 1. ad stranguatus uteri, inungit os vulvæ oleo aliquo odorato, admisto uno, vel altero grano Zibethi; utitur etiam ejusdem suffitu ad uterum. & lib. 3. cap. 1. ad sterilitatem, ex Zibetho suffitus facit utero. item cap. 2. facit linimentum, & cap. 4. os uteri Zibetho inungit. Hæc autem vis experientia confirmata, signatura videtur esse indicata: quum enim gignatur in animalibus particula, quæ uteri, seu vulvæ quandam formam habet, videtur per id natura nobis indicare voluisse, hujuscemodi succum ibi genitum habere maximam proprietatem cum animalium vulvis.

Ad uteri stranguatus.

Et quia Zibethum abundans in folliculis Animalis, irritat ipsum ad sui excretionem, vide-

Ad coiram.

videtur per id natura nobis significasse ipsius vim ad coitum incitandum, proinde, inquit Matthiolus, nec mirum est, si eo viri peni circumlito magnum mulieribus in coitu afferunt solatium. Sic Amatus Venerem incitari scripsit pudendis illitis. At Cæsalpinus lib. 8. de mor. cap. 9. ad conceptum: *Ut autem avidus (inquit) uterus semen suscipiat, ajunt Zibethum glandi illitum in coitu voluptatem mulieri adaugere, unde alacrius semen admittit.* Gattinaria scripsit, ad præfocationem Matricis valere Zibeth, vel Zebeth, quod applicatur inuncto digito obstetrici, & in vulvam immisso, & subdit: *De quo semel usus fui in muliere quadam patiente præfocationem, cui causavit tantum appetitum coeundi, quod quasi continue volebat marito suo copulari; deinde rogavit me sibi vellem talem appetitum remove, dixi quod ex se removebitur post aliquot dies. Et nota, quod si vir, quando vult uti cum muliere, ponat in summitate virga de dicto Zibeth, & subito utatur, causabit in ea maximam delectationem.* utuntur etiam eo ad delectationem mulieri præstandam Capi vacceus, Fumanellus de comp. med. cap. 54. & alii.

Ad appetitum Veneris.

Ad varios morbos.

Ad impotentiam coeundi, Rod. à Fonseca consult. 10. Zibetho oleo de Ben dissoluto inungit penem, & testes. Fallopius, & Bellocatus apud Trincau. lib. 4. conf. 78. Capi vacce. ad Epilepsiam cujusdam sceminæ. Salomon Albertus apud Jo. Philippi Brendelium conf. 19. cerotaria ex Tacamahaca, cum Zibetho in eorundum meditullio subligare fecit ossi sacro. unum in confinio hujus, & lumborum, & unum è regione sub umbilico. eadem Cerata etiam applicat Hystericæ, conf. 99. sed conf. 98. in suffocatione uteri. Oleum liliorum alborum cum Zibetho, & Moscho subdit mulieri gossypio. Præterea Felix Platerus apud eundem conf. 102. adjuvandam conceptionem jubet inungi pettinis regionem noctu cubitum ituræ ex quodam linimento, cui Zibethi scrupulum semis miscet, & subdit: hujus magna est utilitas affectibus uterinis, ut sint, qui credant, hoc solum sterilitatem uteri corrigere posse. & Daniel Mylius lib. 1. Antid. Medicochym. in fin. Zibeth, inquit, *Colicæ stercora expellit.* Sed Hollerius ad colicam ab humore frigido. * *Civetæ gr. iij. aut vj. dissolve oleo rutaceo, inungatur venter:* Greg. Horstius lib. 4. observ. 12. colico linimentum ex Theriaca cum pauxillo Zibethi ad inunctionem umbilici: Solenander sect. 3. conf. 28. in colica pituitosa, *Zibethum inquit, utiliter umbilico infricatur, & inungitur: vis enim ipsius penetrans calorifica promptese in interna insinuat, & quicquid nebulosum est, discutit, ac dissolvit, quod humidum est, siccatur, & mediocriter ita usurpatum calefacit.* quod repetit ex isto Camerar. de Mirabil. cent. 4. num. 46. Erot. de pass. mul. c. 4. ad suffocationem, *super omnia est inunctio facta ex Zibe-*

tho intus, & extra vulvam, quia menstrua attrahuntur, provocantur. & etiam Mercur. de morb. mul. lib. 4. cap. 10. Paræus de hom. gen. cap. 48. Vidius de cur. membr. lib. 11. c. 21. Capi vacce. Hystericis inungit pudenda Zibetho, vel Mariti penem.

De Catti Zibethici felle, pinguedine, & oleo ex ipso incocto, nihil apud recentiores legimus; sed apud antiquos nonnulla extant de Hyæna ipsorum, ut ex Gal. 2. de comp. med. loc. cap. 7. Asclepiades in Collyrio quodam liquido Basilis habet *fellis Hyænae.* in alio Antonii Musæ, & alio Philoxeni. Sed Ælianus de Hist. Anim. lib. 6. c. 46. Ibis felle, inquit, Hyænae interimitur & 1. de comp. med. loc. cap. 1. Galenus ad Aplopeciam *Hyænae adipem* laudat, quia tenuium partium substantiam habet, quæ prompte in cutis profundum penetrare queat, atque ad radices usque capillorum pertingat. denique Ætius serm. 2. cap. 164. *idem facit, & Hyæna tota oleo velut vulpes cocta.* Olei vulpini multas dotes enumerat, quæ Hyænae oleo etiam convenient. de mum cap. 194. *Hyæna viva* inquit, in oleo cocta, velut de Vulpeditum est, oleum discussorium efficit, arthriticis utilissimum.

CAPUT XI.

De ossibus Civette.

Restat ultimo loco proponendum de Animalis ejusdem Scheleto à me parato, quod apprimè utile erit istius naturam investigantibus; in hoc enim cognoscetur ossium dispositio, unde licebit conferre cum Scheleto Canis, Vulpis, Lupi, Felis, & aliorum animalium, ut percipiatur similitudo, & dissimilitudo cum dictis animalibus.

Quum in omnibus animalibus non idem sit vertebrarum spinæ numerus: in nostra Hyæna odorata 49. numerantur. at Sui, & Erinaceo 4. tantum sunt, Equo 8. Camelo 15. collum enim constat sex vertebris; ut in Canibus. hinc thorax assumit sibi duodecim, more solito, adsunt in dorso septem alia, ut Cani, &c. at Erinaceo 8. Cuniculo 10. demum Cauda constat viginti quatuor ossiculis. In Cane numeravi 15. tantum. In Maxillis, dentes incisorii sunt sex utrinque, admodum parvi, ut in Catopardo, & Canibus; hia proxime accedunt canini dentes magnitudine, & forma, ut in canibus. molares autem utrinque sunt sex, quorum primus prope caninos cæteris minor spectatur, ut penultimus, ex his, major omnibus est.

Effigies potius Cani, & hujus generis similibus, quam alteri generi assimilari videbatur; & hæc breviter dicta sufficiant de Anatomie. Excuset autem nos lector, si nihil observavimus interiora secando; quia talis erat viscerum putridorum fœtor, ut nausea excitata in meis discipulis præsentibus nempe in Doctore Dominico Panarolo, secante, & aliis adstantibus, celerrimam sectionem vix permetteret.

INDEX CAPITUM
HISTORIÆ

D E

HIÆNA ODORIFERA.

Exetasis, sive Cap. I. De Hyæna Odorifera,
Zibethum gignente, quæ Civetta vulgò ap-
pellatur.

CAP. II.

An Civitta sit Paradalis Antiquorum?

CAP. III.

An sit Antiquorum Hyæna?

CAP. IV.

Sub quo animalium genere sit reponenda Ci-
vetta?

CAP. V.

Ubi Hyæna nascantur?

CAP. VI.

De Vasculo Zibethico.

CAP. VII.

De Castoreo.

CAP. VIII.

Quid sit Zibeth?

CAP. IX.

De collectione & electione Zibeth.

CAP. X.

De usu & facultatibus Zibethi.

CAP. XI. & ult.

De ossibus Civette.



